
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
22 D
11



C. Rom. ... ... 20.

ANDREÆ LIBAVI
HALENSIS SAX. MED. D.
Po. Laur. Physici Rotenburgici
ad Tubarim,

NEOPARA-CELSICA.

IN QVIBVS VETVS
MEDICINA DEFENDITVR
aduersus τερετίσματα.

Tum


GEORGII AMVVALD. CVIVS liber de PANACEA *excutitur; doceturq; quid sit Panacea, quomodo paretur, & quæ eius vires:*

Tum

IOHANNIS GRAMANI, olim Theologi, nunc Pseudochymici: qui omnes Medicos acerbissima charta est insectatus.

Seruata vera veræ Chymiæ laude.

Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest. special. ad decennium.



FRANCOFVRTI,
Excudebat Iohannes Saur, impensis Petri Kopffij.



M. D. XCIIII.

tionis medico, & veræ medicinæ antesignano illustri, vt in vestibulo aphoristicæ doctrinæ afflictum illud axioma posuerit, in quo dicitur: ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. Iudicatum enim est non tantum a methodicis olim plane aduersum, ita vt scripserint τὸν βίον μακρὸν, τὴν δὲ τέχνην βραχεῖαν referente Galeno, medicinæ Hippocraticæ & illustratore, ampliatoreq; impigerrimo ingeniosissimoq;, & propugnatore non minus strenuo: sed & a nostris, qui hodie etiam vltra Salomonem sibi sapere videntur, nihil habetur medicina facilius. In aliis artibus requiritur δύναμις quædam φυσική. Nihil enim inuita Minerua. Dialecticam cogniturus affert ingenij ad inueniendum & iudicandum felicitatem quandam: Orator futurus cum memoria ampla procliuitateq; ad dicendum paratissima linguam facilem, & expeditam: figulus crura pedesque agiles & lacertos brachiorum

rum non iunceos; Pictor leuem manum, & ad ductus ſuſpenſos, cum ſolertia attenta & minimas quoq; notas animaduertendas imitandasque ſagace, accommodam: & omnino quiuis id optime diſpoſitum deſiderat, & ad artem afferre ſtudet, quo elaboraturus eſt maxime. Ad medicinam omne ingenium ſatis eſſe credunt. In aliis diſciplinis vix proficiunt ſine doctore, & conſtat qui ſenſu doctrinæ percipiendæ deſtituti ſunt, eos informari liberaliter non poſſe: medici euadunt etiam in cunis, nec facile inuenias ſurdum mutumq;, quin ſe medicinarum peritum ſimulet, adeo vt etſi in omnibus aliis falſum ſit illud Platonicum Pythagoricumq; de animabus corpore prioribus milleq; annos, antequam in lucem veniant, omnia naturæ arcana ſcrutatis, ſingulaque mundi loca emenſis, vnde poſtea corporibus immerſæ non diſcant, ſed recordentur ſaltē, in medicina tamen verum eſſe iudicari nō

inepte poſſit. Vſus magiſter in poeſi, in agricultura, nautica, ſutoria, architectonica, & ſimiliter aliis, artifices facit, nec, licet cognouerit præcepta tyro, & memoria teneat felicius veterano, niſi exercendo ἕξιν acquiſiuerit, beneque agendo firmauerit, artis magiſterium ſibi rapere audet, & confidenter arrogare: Qui vix in tranſcurſu guſtauit lympham pœoniam & lutum figulinum ſubtiliter paulo eluere poteſt, e veſtigio medicus eſt, & terras ſigillis premit, & vno remedio omnes ſanat morbos, quaſi vno calopodio, cothurnove aduerſus quælibet mala omnem muniturus pedem, & eadem fidelia omnem inducturus incruſtaturuſq; parietem. Facile id olim erat methodicis, empiricisq;: noſtro æuo longe eſt facilius. Etenim non tantũ in cunabulis inter crepundia veluti noui phylli, aut in vitam reuocatus Hercules, donatis ludunt, aut colluctantur impune (niſi fallor) anguibus, atq; ita longe felicius Gallorũ, Anglorumq;

regi-

regibus non parua corporis parte, pyrrhine digito, ſed toto corpore ſe alexipharmaca, nõ aliter ac Alexander moſchum, ſpirare confidunt; ſed & qui ætatem, omnemque ſubſtantiam in aurificio conſumſerunt, iam pene argentei a ſuſcepto hydrargyri halitu facti: qui in muſicarũ choro plectris digitos mutilando, pedesque decurtando conſenuerunt: qui inter mercatores obærati fere ad ferrum redacti ſunt: in paſtoratu ad rauim vſque infeliciter declamarunt, & non tam in templis ſalubres voces, quam tabernis morbificas ſparſerunt floces: Qui inter rabulas forenſes cum venali lingua mentem ferme perdiderunt; hi omnes cum immenſo plebeiorum comitatu, vbi pœnituit factorum, nec amplius ad loculos ventremque eſt vitæ inſtitutum, ſaltem vna vertigine facta, Vulcaniam irrepunt, & more fabuloſi Promethei, ſapientiæ igniculum ibi inuenturi, rapturique animalia, vegetalia, mineralia, cœleſti-

bus ſolis relictis, vtpote deficientibus gigantum humeris ad comportandos montes per quos cœlum diriperent, coquunt, recoquunt, putrefaciunt, ſublimant modo ruſtice, modo philoſophice, in calces redigunt, verberant, reuerberant, elixant, deſcendunt, filtrant, mortificant, viuificant, & plurima mirificiſſime miſcent, concinantq;, vt inde exeant quatuor elemēta, & elementa elementorum, quintæ eſſentiæ ſpecificæ formæ virtutesq; omni elementari corpore exutæ, prima entia, magiſteria, arcana, Turbith ſeu pulueres minerales, tincturæ, elixiria, azoth, mercurij, ſales, ſulphura, olea, aquæ, phlegmata, capita mortua, aquæ ſtygiæ, capitella, xenechdon, riſa Galli, lacerti, dracones, lac virginis, homunciones, materiæ primæ, & mille alia portenta, quorum nomina quam res longe ſunt monſtroſiora; Et ea omnia non iudicio ſapientum, & communicatis conſiliis, ſed cuiuſque pro ſe opi-

nione

nione dum ſacra iſta eleuſinia incommunicabilia æſtimant, & vnusquisque ſuum habet crocum, ſuam hydram lernæ, ſuum ſanguinem draconis, ſuum quoque lutum & carbones & vulcanum & omnia. Hæc autem dum agunt, & magna cum religione ſummaque ſapientiſſimæ ſapientiæ præſumtione apud alios prædicant, profitentur non vulgares artes, mundo hactenus cognitas, quæ ſunt ipſis σκύβαλα proiecticia, & plus quam Alexica faſtidia, ſed vt partui reſpondeat matrix, artem eſſatam, ſignatam, ſpagirian, anatomen materialem, chiromantian mundi magni, pyrotechnian, phyſiognomian, micro et macrocoſmicam in primis illas magorum meretriculas de ſpirituali informatione abſque libris, quæ comprehenditur in libro Arbatel & ſimilibus. Atqui hæc, inquiet aliquis non ſunt αὐτομάτων ἰητρῶν, ſed longa diſciplina, vſuq; exercitatorum medicorum, non eius facilitatis leuitatisque de qua prædictum eſt. Imo,

inquam ego, iſta omnia callent, etiamſi ſpecu Platonicum, vel antrum Trophonij & officinam Lemniam nunquam, a prima ſtudiorum priorum deſertione, exceſſerint. Paracelſi eſt & veterum ſapientum, diuturnis peregrinationibus ſibi theſaurum ſcientiæ comparaſſe. Obſoleuit mos ille. Hodie ridentur qui in Italiam ſaltem excurrunt. Nam dum rerum eſſentias a corporibus ſeparant, & puro ab impuro ſegregato, ſpecificas virtutes formasque ipſas, oculis vulcani (quanquam præ nimia fauilla pridem cæcutire incepit) non ſuis & genuinis intuentur & cognoſcunt, non aliter ac ſi in cœli vertice, vel turri vniuerſi apud Amadiſium, vel tripode Delphico more furentis Pythiæ eſſent conſtituti. Non opus eſt ipſis alias terras, & peregrinos luſtrare ſoles. Negant patriæ noſtræ id quicquam conducere, ſiquidem noſtro cœlo & ventriculis iuſcula gallicana ſint inepta. Neque

opus eſt anatomica humani corporis ἐγχειρήσει. Lanienam abominandam vocant. Si cordis temperiem & organicam ſtructurã inquirere volunt; ex magno mundo cor ſumunt hoc eſt, ſeu aurum, ſeu vinum aut aliud ἀνάλογον id ſecant, in eius eunt viſcera, id ſoluunt & tantum proficiunt vt ad vnguem de humani cordis temperie, forma, ſitu & reliquis poſſint pronunciare, & longe minus errant quam vllus veſalius. Indicat enim aurum ad amuſſim iſta omnia; nec ſolum conſtitutiones naturæ conſentaneas ſed & aduerſas, atque adeo totam medendi rationem, quæ tota peragitur vi ſimilium. Ita ſi placet de cerebro inueſtigare; ſecto capite non eſt opus. Argẽtum rimantur. Sicut enim aurum eſt cor hominis in megalocoſmo, ita argentum cerebrũ, cum omnia minoris mundi membra, ſecundum totam naturã in rebus maioris mundi lateant, tecta ſordibus quibuſdam, & capſulis externis. Itaque noſtri homines

mines dementiæ accuſantur, qui omnes mundi angulos excutiunt, & in Italiam eunt ad anatomias, quaſi hic deeſſent homines quos excarnificarent, aut lapides quos vice hominum exenterarent. Doctores noſtri ex alto deſpiciuntur, Democriticoque riſu excipiuntur ſalſius, dum in ſcholis & academiis declamitant de prolixis naturæ humanæ cognitionibus, ab ipſis elementis vſque inchoatis; de animalibus, herbis, mineralibus; de præparationibus laborioſis & inutilibus; de vtendi modo peruerſo: de morbis, cauſis, ſymptomatibus, & aliis infinitis. Ictu oculi iſta omnia Vulcanus monſtrat demonſtratque nouis medicis perfectiſſime. Alij qui mirabiles Panaceas vendunt, ne opus quidem habent vlla ſcientia. Nam ſimplicia quæ panaceæ puluerẽ conſtituunt aliunde poſſunt comparari, & quidem e tabernis mercatorum. Et hi in vſu quoque omne repudiant doctorum conſilium. Hac arte non tantum alij, quorum fama ad vos, viri pru-

prudentiſſimi, proculdubio pridem peruenit, euaſerunt ſuo iudicio medici abſolutiſſimi; ſed & paſtor quidam fugitiuus, idque ea cum felicitate, vt Principes, comites, iureconſultos & alios præcipites in ſuam ſententiam traxerit, miniteturque extremam internecionem Galenicæ, vt loquitur, medicinæ. Superioribus iſte menſibus, vulcanica, & linguæ petulanti volubilitate fretus, duo ſcripta emiſit in publicum, quibus medicinam ipſosque medicos Galenicos adeo excoquere tentauit, vt ſi ea opera impurum a puro non ſegregatum eſt, nulla amplius Spagiria ſanari poſſe videantur. Qui enim ſunt & fuerunt, proclamat veneficos omnes, & ad coruos ablegat, oppoſuit ſe illi quidem vir Doctiſſimus, & peritia medica & philoſophica, nec non longo rerum vſu longe præcellentior D. Bartholomæus Hubnerus medicus Erfurdianus, cuius ſtudium & diligentia in defendenda medicina eſt ſumma laude digna. Sed

ille elephanti ingenium ſecutus, in plerisque hominem inſanum contemſit, & pro fœtida muſca habuit, ratus generoſum animum dedecere tam contemtum hoſtem. Vires acuit in fortiorem. Mens vero ſtomachus iſtum bolum concoquere non potuit. Putaui non me tantum, ſed & omnes alios medicos pro ea, quæ nobis ornamento fuit, medicina decertare debere; pro veritate vero etiam aſſerenda, & a calumniis virulentiſſimorum hominum vindicanda, nullos non intendere neruos. Nec præreptam aliis palmam volo. Pro mea parte quantum Deus dedit virium reſiſtere aduerſanti ſum conatus. Qui in magna autoritate conſtituti ſunt & negotiis implicati quotidianis, vix ſeipſos curare poſſunt, arma in hunc vertere nequeunt. Neque vilem aduerſarium, & tyronem res patitur. Perſuaſum habeo mediocri me facultate, idque non meo, ſed aliorum de me iudicio, vt & otio ad repugnandum inſtructum acceſſiſſe.

Itaque occaſione dicti Hippocratici, & facilitatis hodiernorum ſophiſtarum in diſcenda docendaque medicina, conſulere volui iunioribus, & ſi non perſuadere, tamen ſententiam indicare meam, non male ſcriptum eſſe a diuino illo ſene iſtum aphoriſmum, vt vt impugnetur a male feriatis mulomedicis. Nec abſterreri me paſſus ſum autoritate aſtipulantium illi ſtellioni. Notum omnibus eſt, qua facultate alienus ab arte iudicet. Rectius informati, qui non ſunt ingenio diſtorto deprauatoque, ſententiam haud grauate mutant. Vobis autem viri ampliſſimi, hoc quicquid eſt laboris nuncupare volui; non vt defenderetis; non enim eſt aduerſarius tanti vt contra ipſum auxiliatrices ſint conſcribendæ copiæ; Sed vt animum ergą vos meum declararem. Cum enim ſub tutela veſtra non tantum in lucem venerim, & ciuitate Salinarum Saxonicarum vtar patria omnium dilectiſſima: Sed &

ſtudio-

ſtudiorum potiſſima iecerim funda-mentain celeberrima illius honeſta-rum literarum ludo quin & libera-litatem veſtram aliquoties ſim ex-pertus, non ſolum annis diſciplinæ meæ, verum etiam dignitatis: an non ingrati immemorisque ſtigma-te iure me notare poſſitis, ſi poſt tot annos, nullo ne verbulo qui-dem, quomodo erga vos bene de me meritos ſim affectus, declaraſ-ſem? Non doceo, viri ampliſſimi, quos qualesque medicos legere in ſubſidium reipub. veſtræ debeatis; neque quicquam illis qui nunc ma-xima cum laude apud vos medici-nam faciunt, præſcibo: Vnicum hoc quæro, ſpectoque, vt me be-nefactorum non immemorem eſſe comperiatis intelligatisque, me quicquid a Deo accepi, libentiſſi-me in emolumentum patriæ meæ conuerſurum. Satis mihi eſt, fauor, beneuolentiaque veſtra, & hono-rifica de ſtudiis meis ſententia. Re-liqua ſuo in loco relinquo. Sed va-

lete

lete tandem, conſules conſultiſſimi & ſenatores ſpectati, meque clientem veſtrum, qui vos ſtudioſiſſime obſeruat, veneratúrque, vobis habere commendatum. Scriptum Rotenburgi ad Tubarim vndecimo Februarij anno Saluatoris milleſimo quingenteſimo, nonageſimo quarto.



AD CLARISSIMVM, ET REVERENDA DIGNITATE AVTORITATE, ERVDITIONEQVE PRAESTANTISSIMUM virum D. Georgium Mylium S. S. Th. Doct. & Professorem Ienæ primarium.

MYLI potentis præco grauis Dei;
Myli virorum prime docentium,
In pulpitis Salæ iuuentam;
Culte Myli, mihi iure amice
Optatius te post sacra, post focos,
Nihil paternos iudicio est meo.
Viuo tui memor fauoris;
Detinet ingenium tuum me.
Tanti stupentem flumina pectoris
Et gratam amantem comparis ingenij
Felicitatem. Viue longum
Viue bonis sine labe fatis.
Aut nullus vrat membra labor tua;
Aut sperne sanandus Paracelsicos.
Nil vera in illis e taberna
Vndique prolicitis medela est.

AD

AD

EXCELLENTEM PERITVMQVE MEDICVM D. MARTINVM RVlandum patrem &c.

MAGNE *machaonij Rulande, assertor honoris,*

Qui tibi Gramani iurgia fœda placent?

Qui tibi Chemiacæ, quam iactat sedulus, artis

Cognitio, impurus iuscula quæque coquit?

Hippocratis stolidus diffamat iamata, damnans

Stulticiæ medicos atque veneficij.

Nos & pristinis, & coruis, exilioque

Destinat. O Sanæ mentis egene puer.

Tune bonos ausis tam turpi arrodere morsu?

Tune salutiferos tam temerare viros?

Det tibi pro diris, & tanto crimine plaustrum

Ellebori, claudus, quem venerare, faber.

Nil in te scribo (neque enim tu dignus) honestos

Pramoneo, vt fugiant te furiale caput.

Qui tua facta probat simili est carbone notandus,

Insanitis enim tuque gregesque tui.

Hoc neq; te, Rulande, latet, neq; quemq; probatum,

Quem chemia tamen multum operosa trahit.

Plurima pars odio præclara reperta profanat,

Pars stulte attentat; Pars sine labe colit.

AD

AD CANDIDVM LECTOREM.

SI flagras veræ, quicunq; es Chemiæ amore,
Et mistis latebras detegere igne cupis.
Non satis est versare manu Paracelsica scripta,
Aut quæ Dornesij cura, laborque dedit.
Hi, ne proficias, studiose ænigmata miscent,
Et fallant tenebris, cymmerioque chao.
Sensibus orbati fumoso in fornice pendent,
Secretique loco conscia vitra coquunt.
Quam mire occultant momenta superba laborum?
Diuersis eadem nominibusque notant?
An non quæ clare priscis digestio dicta est,
Multa apud Aureolum nomina ficta tenet?
Sublimat, figit, rursusque resoluit in idem,
Quod fuit ante cuprum, aut massula mercurij.
Deposito ergo luto tali, fumisque relictis,
Sulphureis aliam præstat mire viam.
Quam tibi Libauius monstrat, qui vana refellens
Somnia Gramani, multiplicesque strophas,
Inclyta quid possit vel non, conferre dolenti
Chemia, præclara dexteritate docet.
Siue velis veteres seu cognouisse modernos
Spagiricos, hic quod rite sequaris habes.
Expedit egregie, quæ sint primordia nostri
Corporis, & morbi quæ sit origo, monet.
Contra insensatum Gramanũ, animisq; carentem,
Cum sociis siccis, quos malus error agit.

Dum

Dum stolide carpunt summi monumenta Galeni,
Quaque sua cous tradidit arte senex,
Et si hunc a nostro totum differre Galeno
Mentiri Gramas non vereatur iners.
Verius Aureolo quod competit hæresiarchæ,
Qui modo quod dixit mox reuocare potest.
Nec latet id quenquam, nisi quem legisse pigebit,
Dornæus testis: noster Erastus item.
Quin iubet ad sacrum Dornæus currere asylum
Ignis, ibique patris purificare caput.
Si forte impingat, vitij, erroris que monarcha
Victus ab Ogygio torpida membra deo.
Et venia dignus, nisi fallor, is erro putatur;
Archicidoxa vomens ebrius atque furens.
Sed vulgata cano. Si noscere plura iuuabit
Hunc gnaua librum volue reuolue manu.
Hinc constat quæ sit sanatio vera Galeni,
Et quantum Graman peccet in arte noua.
Interim apollineo proles sata sanguine, grates
Libauio solues, quod tua cepta iuuet.
Nestorios ipsi votis constantibus annos
Optabis posthac, vt dare plura queat.
Nam quo vitalem spirabit longius auram;
Hoc maiora tibi commoda ferre potest.

Bernhardus Stieberus, Philosophiæ & Medicinæ D. Physicus Rotenburgi ad Tubarim.

CLARISSIMO VIRO, DOCTRINA ET VIRTVTE PRÆSTANTI D. Bernhardo Stiebero M. D. & Reip. Rotenbur. ad Tubarim Physico:

IOHANNES HARTMANNVS BEYER, MEDICVS REIP. Francofurt. ad Mœnum, S. D.



AGNA ſane cum delectatione, Clariſſimi viri, D. Libauij Antigramania legi, quibus matæologum, ſcurramque putidiſſimum, genuinis miro artificio depinxit coloribus. Optarem vero in refellendis Panacearij Amvvaldi ſophiſmatis hanc operam virum doctiſſimum impendiſſe, qui ſtrophis ſuis toti iam orbi pæne innotuit. Nec ſcio alium, medius fidius (quod citra cuiuſquam offenſionẽ dictum ſit) qui pari dexteritate & alacritate id præſtare queat. Non

ât. Non deſiſtam vrgere impreſſionem apud Typographos. Nam libri lectu digniſſimi editionem percupio. Vale atque vir clariſſime: & excellentiſſimū D. Libauium, quem ob Rameam, & politiorem philoſophandi rationem, miramque iudicij acrimoniam plurimum amo, verbis meis officioſe ſaluta. Scripſi, celeri calamo, Francofurti ad Mœnum, decimo octauo Septembris, anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi tertij.



IO-

IOHANNES GVINTERIVS ANDERNACVS

Dial. 2. Comm. 2. de veteri & noua medicina.

Imitatores Paracelsi infidi erga optimos sunt viros, omnesq; alios medicos, qui Theophrasti libros non habent, præ se contemnunt & infamant, & tanquam perniciosos homines execrantur, cum tamen ipsi non sint eruditiores, quam quiuis mechanici, ac fabri ferrarij, carbonariiq; mendaciorum magis quam veritatis studiosi. Item: Complures hodie Chemistæ, & alij Mechanici proprio magisterio relicto, in medicinæ studium insiliunt, tanquam porci in rosas.

DE



DE PANACEA AMVVALDINA.

PRAECLARA ERVDITIONE, peritiaq; rerum & dignitate excellenti viro, D. Iohannihartmanno Beyero, Phil. & Med. D. & Reip. Francofurt. ad Mœnum Physico,

ANDR. LIBAV. S. P.

NON ignarus sum Iohanneshartmanne præclare, quantum humanæ societati debeat is, quem natura iure natiuitatis suæ in ea voluit existere, cuique adiuuandum vires seu corporis seu ingenij concessit non pœnitendas. Summa ope, omnibusque talem anniti decet neruis, vt benè merendo quantum potest, salutem eius procuret, defendatque, non committens vt aut publicum commodum sua culpa negligentiaque labefiat, aut ipse viuus non esse, &, mortuus, extitisse nunquam, videatur; tantum abest, vt eidem nulli ornamen-

to, sed dedecori damnoque esse cupiat. Itaq; non possum non improbare eos, qui, cum literis nati videantur ampliandis, ornandisque, & ea parte humano generi plurimum prodesse possint, malunt tamen sibi sapere, & vel otio torpescere, & posteris facultatem proficiendi inuidere, vel negotiis alienis vitam sine fruge consumere.

Paruum mihi & leuiusculum talentum diuinitus locatum agnosco. Nolim id vitio meo defossum. Operam itaque do, vt quid societati nostræ, & diuinæ gloriæ lucrari queam. Quapropter neque viuæ vocis doctrina, neque scribendi officio deesse, meum stadium decurrentibus, hactenus sustinui, neque sustinebo etiam deinceps, ni me diuina gratia cum ingenio relinquat. Cognoscere naturæ abdita, thesaurosque omni conabor industria. Sed non cognoscere tantum ipse, verum & aliis cognita communicare atque ita publici, quantum licet, iuris iudiciique facere. Hoc vt præstem, soleo non tantum artium secreta rimari; Sed & fundamenta earum diligenter excutere, alisque proponere disceptanda, & ad vsum experientiamque accommodanda, vt eò facilius & mihi & aliis liceat genuinum verumque ab adulterino & falsario diiudicare. Interdum cõgredior cum his qui mihi videntur a synceritate professionis rerum naturalium

ralium & medicarum præcipuè, deinde etiam aliarum artium in quibus elaboro non parum exorbitare. Defendere non solum veritatem consueui, sed & dignitatem eorum, quos scio cum magna sui laude aliquando eam & in lucem produxisse sedulò, & posteris citra inuidiam communicasse.

Placent hæc mea studia aliquibus; aliquibus displicent. Negant, quid dici posse, quod non dictum sit prius. Non esse mundum implendum commentis. Veterum placitis acquiescendum & in his tum intelligendis, tum exosculandis posteritatiq; obtrudendis immorandum. Qui dissentiunt dictum quidem veteribus agnoscunt, at non omni seculo conuenienter dictum: imo nec omne dictum. Semper enim priores anni aliquid posterioribus inuestigandum reliquerunt cognoscendumque; quin & iudicandum si quid inuenerunt ipsi. Itaque pergendum acriter iudicant, & inter alios etiam me ad istud officij genus instigant.

Horum tu, Iohanneshartmanne, non es postremus. Venit ad te Francofurtum chartula quædam mea, perfunctoriè paucorum dierum interuallo, aduersus petulantiam cuiusdam paracelsici, fœdè admodum Galenicam disciplinam criminantis & omnes professores eius summa iniuria, maxima

cum ſcurrilitate conuitiandique licentia, afficientis. Placuiſſe tibi non tantum defenſionis conatum animaduerti, ſed & Rameæ explicationis, cuius vmbram ſecutus ſum, acumen. Itaque & liberaliter mihi in vulgando libro operam tuam defers, & me ad ſimile, aduerſus Amvvaldi nimis prædicatam Panacean, inuitas opus. Graue eſt quouis aduerſario certare, grauius in quemuis ſtylum ſtringere, & publica de ſe experiri, in tanta præſertim ingeniorum varietate, & inconſulta ad probandum peiora temeritate, iudicia: grauiſſimũ vero, eum quem tibi amicum & nunc, & olim velis, & cum quo Chriſtiana pietas colenda, literis ita lædere, vt non facilis ſit ad reconciliandum via. Noſti enim vir præclare, noſtri ſeculi cacoëthes. Capitalia odia diſſenſionibus excitantur: Non de re certamẽ inſtituitur; Sæuitur in ſcriptores, re præterita. Nec ſatis eſt id cognouiſſe præſentes; ad poſteros fama percurrit. Si iudices litis arbitrosque exquiras; nullos inuenias. Nam & hi, quorum gloriæ conſulitur, proq; quibus pugna initur, ringunt; id quod mihi in contentione Gramaniana accidiſſe, velim te non ignorare. Verumenimuero, conſulendum publico commodo magis eſt, quam ſuo; Et licet vnum fortaſſis offendas, multis qui rectius ſentiunt obſecundandum tamen. Si liceat

aliis impunè in rectè inuenta iudicataque grassari, quo tandem perueniet veritas? Medica disciplina aliquotin locis non tantum aduersariorum empyricorum rabie & audacia, sed & nostrorum, quorũ fuerat aduersari, ignauia, imperitiaque, quin & vulgi perperam illis fumiuendulis applaudentis temeraria persuasione, indigna patitur. Armis sane sumtis resistendum est, ni breui velimus noscum medicina pueris ridendos prostituere. Facilè itaque patior, admonitionem tuam apud me locum habere; quanquam me instigarint etiam aliorum sententiæ; neque quicquam iam impedimento est, præter typographorum difficultatem. Eò ferè deducta est res medica, vt vix inueniantur qui typos exarandis scriptis nostris, etiam cum suo lucro commodare velint, cum tamen aduersariis sua non desint prela. Non minus inseruit conseruationi augmẽtoq; medicinę, hodie qui excudi opera medica procurat, quam qui ingenium admouet excogitandis, concinnandisque. Tibi itaque, vir & Medice excellens, non parum debebimus, si, quæ digna luce iudicaueris, quantum fieri potest, eo in loco, in quo iam cum summa tua laude es constitutus, illustrari beneficio typographiæ curaueris.

Sed ad me redeo. Duo iam exhibeo opuscula; vnum aduersus calumniam, atrocem-

queiniuriam & ludibria Gramani, in vniuersam Galeni artem, medicosque eam profitentes debacchantis, feruentiore quidem acrioreque stylo, attamen non pro merito procaciæ eius, compositum; alterũ de Amvvaldina Panacea modestius institutũ. Prius statueram penitus luci subtrahere, quod viderem non tantum impressionis difficultatem, sed & summorum aliâs virorum, quorum mentes ille ad se uertit, iudiciaque deprauauit, in me conspirantia odia. Sed me tum tua recreauit animauitque autoritas, tum Bartholomæi Hubneri & aliorum artificum, præsertim autem magnifici Rulandi, amici mei singularis, & filij eiusdem iam Ratisbonæ medici solertissimi, induxerunt adhortationes grauissimæ. Nec postremas in eadem re tulerunt medici excellentes, collegæ mei, D. Hieremias Sengius, & D. Bernhardus Stiberus. His repugnare, cuius fore putas pertinaciæ? Alterius de panacea, tu solus es promotor. Neque enim vnquam animum induxeram quicquã aduersus Amvvaldum edere, quem iam animaduertebam vltro a magnificis istis eloquiis promissisque abstinere, & paulatim ad Galeni castra, veritate ipsa ductum, deflectere, cuius rei fundamenta in ipso tractatu apparent eximia, sicut ostendam infrà. Præterea non adeo sæuit in Galenicos, vt ἄσπονδον bellum videatur

videatur esse. Priuata potius eum exercent odia. Non credo eum quid grauius in Galenum dicturum publicè fuisse, nisi obiter, vt fieri solet in priuatis contentionibus, vt se eò infestius opponeret suis, fuisset attractus. Vtitur & modestia; nec planè ignobilis est eius medicina. Insuper non tam in Galenica dogmata, quæ sunt artis ipsius perpetua axiomata, inuehitur, quàm eos qui ab arte mineralia auxilia & chymian synceram exulare iubent. Hos neque te probare cognitum habeo; neque qui aduersatur ineptæ horum censuræ, artem ipsam infestat, sed potius auctam ornatamque, quantum in se est, cupit.

Veruntamen, vt tuo inseruirem amori, & tot iuuenum inexplebili ad cognoscendum cupiditati offam obiicerem; quid ego sententiam de illa panacea, formâ styloque epistolij, citra acerbitatem, aperire conatus sum. Inuenies hîc non tantum prodigiosè amplificata illi tributa esse encomia; sed & quidnam sit, ex quibus componatur, & quomodo; quæ vires eius assequantur, in quibus valeat, & omnino quid hactenus studiosè inquirendo experiendoque potui obseruare. Vnde facilimè si quid in Galeni artem dictum est acerbius, & in alios hostilius, quâsi sit, æstimare quiuis poterit. Loquar primum de titulo operis sicut anno 1592 denuo prodiit. Deinde de opere ipso, in quo primo *Summa libri.*

loco occurret deſcriptio eius medicinæ. Deinde docebo eius parandæ modum; Docebo autem non quemuis, ſed initiatum ſacris chymicis, vt noſtros ad chymian amandam invitem ne tam cæci ſint in alienis inuentis iudicandis. Sequetur de pondere ſeu doſi. Poſtea de modo vtendi, & regimine vtentis. Addam de effectu, an ſola tantum poſſit, an cum aliis; Et quomodo agat. Hinc perueniam ad teſtimonia. A teſtimoniis reſiliam ad conſilia ſeu præceptiones Amvvaldinas in ſingulis morbis. Inde expaciabor in amœnum illum vniuerſalitatis campū conſiderans medicinam oppugnantem morbos omnes, notos, ignotos, præteritos, præſentes, futuros. Tandem apologiam quoq; percurram, & ſententias noſtrorum, quibus putat Amvvaldus nobis crabrones moueri poſſe. Sine virulentia & acerbitate, quantum permittent Amvvaldi in nos dicteria, differā de ſingulis, non tamen quantum neceſſe eſt, ſed quantum breuitas iudicij & perſpicuitas requirit. Incedam via media, nec curabo quorundam aſininas voces, qui ita affectos, nec frigidos, nec calidos, vocant. Si quis veriora docere poteſt; ei patet mundus. Tuo, mi Iohannes hartmanne, iudicio, omniumque peritorum calculo me meaq; in his ſubmittam promte.

I. DE

I. DE OPERIS TITVLO.

NVNC περὶ ἐπιγραφῆς. Promittit modum, cauſſamque vſurpandæ panaceæ in omnibus morbis internis, externis, curabilibus iudicatis, & incurabilibus, notis, ignotis, & omnino quouis vocabulo nominatis. Pingue hoc nimis eſt, & ambitioſum. Modum quidem vtendi indicat tum in genere, tum in ſpecie; & cauſſas aliquas affert, cur in omnibus morbis adiumentum eius tantoperè deprædicetur. At neque modus, neque cauſſę euincunt id quod de omnibus, quocunque appellentur nomine, morbis, diſſerit. Eſt & prima ſtatim fronte ſuſpectum encomium de morbis notis, ignotis, curabilibus, incurabilibus. Si curatio illa artis eſt; ignotorum nequit eſſe. Fortuna autem quid gloriæ obtinet? Ita ſanare eſt cuiuſuis. Incurabilia iudicata reſtituere velle, profectò animi incurabili cacoëthe laborantis, ventoſique & nimium ſibi ſumentis indicium eſt. Multa eiuſmodi hactenus paracelſicorum commenta, cum magna vanitate coniuncta, accepimus. Sed quod dixi, præſtitit nullus. Alicui inſanabile quod eſt, aut certa circumſtantia ita iudicatum eſt; contigit forte ſanari. Et noſtrates ſæpe

De inſcriptione.

Ars medetur notis nō ignotis.

Inſanabile.

de totis generibus pronunciarunt ideo, quia in raris exemplis comperta est cura, in pluribus temere instituta. Et quædam simpliciter sunt immedicabilia, vt gangræna diuisum a corpore membrum restitui per artem nequit. At ille sine determinatione proclamans, non potest vane dicti crimen euitare.

Addit, curam fieri ad purificationem, restaurationem, renouationem totius corporis, sine læsione aut consumtione radicalis humoris, dolore, purgatione per aluum, vomitu, sudore. Hæc se euertunt mutuo. Purificatio enim corporis quomodo fieri potest sine sudore; excretione, vomitu? An omnia aut occulta transpiratione, aut per vesicam excernuntur? Si illa; quomodo non quod bonũ est simul cum malo dissipabitur? Ad vesicam vero quomodo peruenient omnia ventriculi intestinorumq; pergamenta? per tussim, screatum sputumq; aut nares haud puto eum purgare animum induxisse, idque absurdum foret. Forte per hæmorrhagiam ea corpore exiget? Sed & si aluo immota, nec turbato ventriculo, nec diaphoresi facta iuuat, quomodo omni opponi morbo poterit? An non multi ex obstructione intestinorum prodeunt? An non multi iis modis necessario sunt depellendi? Sed in titulo ita forte loqui cõueniebat nobilitati

Contradictoria.

Promissa plena.

bilitati Amvvaldinę, ne minus sit in promittendo liberalis. Nescio enim quod malum quosdam eo ventositatis perduxit, vt persuasum habeant, nihil promitti vel posse vel debere, nisi plenissimis buccis. Ignoscendū eiusmodi ingeniis est. Si deest facultas, voluntati acquiescendum. Possunt enim plærique, quia volunt. Infra addemus plura.

Vsus panaceæ & virtus.

Porro ait, illam medicinam adhibendam vtilissime commodissimeq; & maximo cum fructu doceri. Satis magnifice. Deus esset Amvvaldus si id posset. Tractatus nimium quantū non assequitur. Bibi aut vorari docetur. Id non conducit in omni morbo. Sed & euentus testatur speratū fructū non semper respondere. Vino malo hedera debetur pinguis & illustris. Nisi autē fallor hæc in vestibulo posita ϑελητήεια Galenicorū rusticitatē pungunt, qui ita delicate, & ex animi sententia nec ꝑmittere cuiquā, nec tractare morbos possunt. Tantū est Gnathonū vbiuis.

Promissa magna Galenicorū modestiam arguunt.

Dicitur & panacea vsurpanda more lapidis philosophici. Credo istud. Nam nullum hic encomiū ponitur, quod non lapidi quoque suo tribuerunt Chymici. Sed an respondeāt illa μεγάλα; mundus ignorat. Est.n. ille lapis nomine potius quam re cognitus. Et Amvvaldus ipse scribit, se de eo solicitū non esse. Si quid fidei Vlstadio artifici est, ne ingerendus quidē corpori est ille, nedum efficiat tanta.

Lapis philos.

tanta. Sed ne de ignota re iudicem; ſi me Dominus adiuuerit, operam dabo vt eius vires in manifeſta proſtituam luce. Interim cum Andernaco dicam, Azoth illud non ſeruaſſe paracelſum, nec omnes eius ægrotos curaſſe. Imò ſi ex principiis licet de effecto coniicere; non video quomodò iſtius ſit virtutis. Præclara eſto medicina; at non ita felix. Fortaſſis iam vera ſunt lapidis præconia, quam illud ridiculum Lullij de quinta vini eſſentia. Non enim ignoro τὸ ὑπερβολικὸν chymicorum.

Lapis phil. videtur æque immodice prædicatus.

Chymici hyperbolici.

Sed nondum ſatis venti efflatum eſt; annectitur, vnuſquiſque in hoc vnico medicamento verum vniuerſale, electum, gratum, præſtabile, innoxium perfectum, & vtile medium, & integram pharmacopœian habet. Incepta cantilena eſt tono ſummo. Non alio deducenda erat fine. De vno & ſolo, infra oſtendemus τὸ ψεῦσμα. De perfecto demonſtrabimus τὸ ἀτελές. Riſum vix teneo cum audio integrum pharmacopolion vnicum eſſe ſimplex. Vnde ergo illa adiumenta quæ inferius recenſet, mutuatus eſt autor? vtinam ſaltem ſuppoſitoria vna venderet. Nam his ſæpe carere non poteſt. Caueat ne aliquando epithematis & ſuffitu aliiſque ſit opus. Quæ etſi quis domi poſſit parare; non tamẽ non ſunt de pharmacopœia. Quid refert tunc an alius medicamenta paret?

Panacea integra apotheca.

ret? publice, an priuatim ſeponas, vnde poſtea promere queas?

Sed mirum illud; Non tantum ſe, ſed & alios abſque omni Doctoris conſilio quiuis curare poteſt. Si curare eſt medici opus; quicunque ab Amvvaldo panacean emit, medicus erit. Sed & pharmacopola. Emit enim integram pharmacopœian, vendereque iterum & aliis adhibere poteſt. Doctores mittuntur ad cynoſarges.

Cura omnium ſine Doctore.

Iam tu, mi Iohanneshartmanne, diuina, quidnam ſit Amvvaldus iure. Num philoſophiæ & vtriuſq; medicinæ Doctor? Eum ſe appellat quidem, at, ſi ſine Doctoris conſilio omni licet curare cuiuis; nec ipſe quidẽ erit Doctor, ſed ſaltem materiarum diſtractor, quem ſolent materialiſtã vocare. Non dico hæc in eius ignominiam. Ex conceſſis prioribus neceſſaria ſunt conſequentia. Ego talia ſi ſcriberem, Anticyras mitterer; tantum abeſt, vt vllum haberem aſtipulatorem, emtoremve. Sed noſtro ſeculo id moris eſt: Quo quis vanius garrit, eo plus lucratur. Non credo Amvvaldum ex animo ſcripſiſſe; ſed ita inſidiatum eſſe emtori cupido. Nimirum incedendum eſt, qua multi. Ego iure pauper ſum. Forſan enim æque nobilia poteram proponere. Sed damnoſa taciturnitas me perdit, coruo illi Horatiano felicior futura. Audio vtriuſque medicinæ Doctorem,

Amvvald ſeipſum infamat.

Vanitas agyrtis eſt lucroſa.

ctorem,& insuper philosophiæ. Non inuideo titulis. Laudi esse opinor, si non sint rapti. Dubito tamen an vllis priuilegiis academiarumque consuetudine vlla creentur duplices medici. Res per se ridicula est. Non enim geminauit medicinam, qui vtendi materia aliqua particulari inuenit compendium, aut ex charonæis specubus antroue Trophonij produxit prius inuisum lapillum. Vna eademque perpetuo ars est. Sed de titulo hactenus.

Duplices medici in academiis non fiunt.

II. DE PANACEÆ DESCRIPTIONE.

Panaceæ descriptio.

DESCRIPTIO panaceæ ab autore hæc traditur: Panacea est coloris punicei, cumq; liquori miscetur, tingit eum croceo: Estque medicamentum mite, facile, gratũ, acceptumque, omnino non validum turbulentumve, non pungens, non mordens, nec acidũ. Sumi potest absq; nausea, metu, damnoque. Huic descriptioni quot res conueniunt? Sed ne quis erret; puluis est mistus repræsentans præcipitatum corallinum & colore & pondere, tingens croceo, & particulis quibusdã micans. Perfectam definitionem forte hanc protulerim; Est puluis constans minera auri viscosa, & balsamo metallorum arte chymica admodum deparatis vnitisq; & postea

& poſtea croco margaritisque remiſtus. Sed ad autoris verba. Puniceus color ei non eſt perpetuo vniuſmodi. Interdũ illuſtrior eſt, interdum lateritius, interdũ pallidulus prout miſtura eſt. Principio ſummã obtinet rubedinem, pene vt cinabarim dicas. Tinctura a croco eſt, poteſtq; ſeparari lotione. Puto autorẽ fallendi gratia admiſcuiſſe crocũ. Ita enim facile poterat decantatum illum lapidem, qui & ipſe dicitur rubeã tincturã obtinere, imitari. Sed & cordis gratia & penetrationis videtur additus. Vnde cognoſcis primam perfectionẽ non eſſe abſolutã. Non.n. perfectum id eſt ſumme, cui additamento opus eſt. Compoſitum autẽ eſſe ſcripto quidem, at non verbis negat ipſe. Et qui negari poſſet, aperto iudicio? Quod aſſerit abſque nauſea ſumi; comparatum iudico. Quis enim neſcit multos vel mentione medicinæ horreſcere? Mihi nõ admodũ gratus crocus eſt, nec terreus puluis. Rectius miſcerẽ saccharum, cornu cerui, & ſigillum lemniũ verum, parua tamen quodq; portione, ne baſis obruatur virtute peregrina. Videndũ etiam ne ex accidẽte noceat. Ego ipſe ſumſi, & aliis multis dedi impune. Vbi tamen in præcipiti eſt ſentina; aut æger colliquandi vim calore externo proritat; non citra metũ eſt. Vellem ergo autorem nõ reieciſſe conſilia Doctorum in vtendo. Nam ne tutiſſima quidẽ teme-

Color panacea.

Tinctura crocea.

Panacea per ſe imperfecta.

Panacea nõ ſimplex.

Vſus ſine nauſea.

Miſtura panacea melior.

Vſus ſecurus.

Vulgo nil permittendum in medendo.

temeritati vulgi sunt permittenda. Et si nobilis medicina est, sane extra periculum raro est, nisi nobilis dicatur, non operatione sed precio, quo hodie nobilitas æstimatur. Si operatione præclara est, quis medicorum aut saltem peritorum inficias ire potest in manu imperiti esse instar gladij? Nullius virtutis id dixerim, quod etiam infanti securum, quouis modo tractetur, est.

Nobiles medicinæ non omnibus tutæ.

Ad descriptionem pertinent etiam hæc: Non cogitandum suspicandumque est, esse Mercurium præcipitatum; vitrum antimonij, aut aliud imperfecte præparatum, venenatumve medicamentum, quemadmodum etiam nec operationē absoluit instar vnius ex illis. Item: Non est ignis elementarius, licet morbos consumat sicut ignis ligna. De præcipitato & vitro antimonij vere negat. Neutrum enim horum est, nec accedit. Moneo tamē aliquos Chymicos Mercurio Corallino, & auro vitæ non minora miracula Amvvaldinis tribuisse. Neq; abnuerim posse simili modo parari etiam hydrargyron. Sed Amvvaldus loquitur de vulgari, vt & de eodem vitro. Alias stibium vere videtur mihi proteus quidam esse; Et Chymici eius tincturam extractam mirificis encomiis interdum vltra auri essentiā & sulpur euehunt. Consentiunt & alia, quorū vnio facta est in radice mistionis primæ: nec effectus fallit.

Panacea nō est præcipitatus aut vitrum Ant.

Stibium instar protei.

Imper-

Imperfecte præparatam esse panaceam pernegat. Si perfectum interpreteris ad Amvvaldi arbitrium facile consenseris. Ita & ego quamvis a me descriptam formulam perfectam vocauerim, quia nolui quid additũ aut subtractum. Sed chymici perfecte tunc præparatum quid profitentur, cum ad summam puritatem, virtutemq; altissimã opere chymico est perductum. Nihil.n.relinquendũ impuri est; Quo arte euehi potest, eo euehẽdum est. Quod vno gradu infra subsistit; imperfectum est. Itaque illis scopus propositus est hic; si cœlestem imitatur naturam; si summe subtile est & penetrabile instar ætheris, si elemẽta quoq; videtur exuisse, Gramano eo vesaniæ prolapso, vt specificam formã absq; omni elemento & elementari qualitate donet. Aliqui & fixum quod est, manetq; in igni seu immobile, seu ita vt amplius nobilitari non possit, quin totũ simul deficiat auoletq;, perfectionis censu æstimãt. Quod fine naturæ constat, perfectum & hoc est. Prima chymicorum perfectio nõ potest tribui panaceæ. Nam ex croco constat crudo, vt & margaritis seu concha margaritifera. Cuius partes imperfectæ sunt chymicis; idne sit perfectum iisdem? Veri Chymici meris vtuntur essentiis. Vnam saltem eius partem chymice paratam agnosco. Agnosco & aliquatenus perfectam; summe neutiquam.

Panacea an imperfecte parata.

Perfectio chymica.

Fixum perfectum.

Panacea imperfecta.

Panacea fugax in igni. Nec constãs in igni est panacea. Combustilem habet partem; partem volatilem. Talia quæ sunt, perfecte vnita & absoluta nõ sunt. Sed nec in aqua nec igne color manet. Nec summa subtilitas & cœlestis natura inest. Etenim elementarem naturam, eamq; admodum adhuc impuram, & diuersis constantẽ substantiis retinet. Id perfectum, perfecteve præparatum nullus concesserit, ex veris, chymicus. *Panacea elementaris.* Aestima rem auri natura. Hoc perfectum vocant, quia vnio principiorum indissolubilis est; In igni manet citra iacturam, nec perdit colorem. In genere metallico quod tale non est, id omne imperfectũ & censetur & nominatur. *Auri perfectio.* De spiritibus quid dicam? Panacea spiritualis est, aut ex talibus principiis orta (intellige chymice) sed nullo modo fixis. Atqui spiritus tunc demum perfecte præparati sunt, cum non fugiunt. Quæ ergo ei debetur perfectio? Sed volebat Amvvaldus hic quoque esse magniloquus potius quam verus. *Spiritus minerales.* Incredibile enim fuerat elementarem, imperfectamque medicinam tantum in homine sanando pollere, quanquam mihi licuisset etiã admistionis naturalis perfectionem confugere, sed ea nõ appăruisset in examine, cum leui flamma soluatur vnio, & color mutetur & exhalet spiritus.

Panacea nõ venenata. Non esse venenatum medicamentũ scio ex vsu multo; sed & principiorum conspiratione.

tione. Noui qui grana sexaginta vno die deglutierunt sine notabili effectu, nedum cum noxa qualis est veneni. Loquor de Amvvaldina, & quæ ad exemplū eius ab artifice probo peritoq; concinnatur. Aliis mea autoritate nolim cautum. Scio.n. mineralia mobilem habere naturam, & alterari variis modis posse, cum, sicut prope terrā, ita & intra terram turbæ sint elementorum, & halituum noxiorum incerti Euripi. Quin & principia panaceæ nisi prius eligantur, & ad puritatem legitimam perducantur, nolim liberare suspicione. Monere soleo nostros, vt quę ex mineralibus confecta sunt, diligenter explorēt ante vsum. Multum refert vnde accipias materiam, & quo magistro, quaq; pręparatione sint comparata. Spiritum vitrioli efficiat imperitus segregandi. Nolim vti. Fieri potest, vt spiritus arsenicales adhæreant, non in superficie tantum, sed & in radice mistionis. Nec fidere licet vni eidemque mineræ. Antequam homini exhibeas; in cane experire, vel sue, non in auiculis, quæ non raro a venenis sunt immunes: moriuntur autem a non venenatis, vt amygdalis amaris.

Mineralia naturā mobilem habent.

Non a quouis sunt sumenda Chymica ex mineralibus.


Venena non recte in auiculis spectantur.

Negat ignem elementarem esse, quanquam effectu similem affirmet. Dicit enim consumere morbos sicut ignis ligna. Hæc autem explicat pluribus, alio loco. Vocat astralem medicinam depuratam summe per

artem chymicam, ſeparatoriam ſpagiricam: vult redactam in primam materiam, & ad ſummam ſimplicitatem deductam. Tribuit analogiam cum ſpiritu vitali, & proprietate eius. Iterum ait adductam eſſe ad naturam igneam, penetrantemque, & adductam quidem apte artificioſeque. Confirmat hæc veterum ſpagirorũ iudicio, qui vetuerint vllo medicamẽto vti, ni in ignem ſit conuerſum. Hic prolepſis eſt. Ne enim intelligas cõmunem ignem, cœleſtem producit, qui ſit extractus, qui non inflammet, nec excitet æſtum, ſed LONGE longe diſtet ab elementari; quo pacto & anima mundi, & ſpiritus vitalis omnia penetrans, a Platone, Galeno, & aliis ſit vocatus ignis. Mirabilem panaceæ naturam audis. Dum de igni elementari diſſerit, quam vellem eum deſcripſiſſet, aut vbinam ſit, monſtraſſet. Si intelligit illum, qui breuiſſimo curſu ad lunam contendit, ſpiritum, cui tribuunt vim non corrumpentem, ſed generantem vegetantemque, quemq; Ariſtoteles vocabulo ignis nõ recte ait nominari, cum ignis ſit halitus inflammatus feruensque; non recte ſuam panaceã ei diſſimilem facit. Si flammam, ſeu prunarũ, ſeu ardentium rerum aliarum; nõ opus erat operoſo argumento. Senſus ipſi negant, ſi calorem, qui & ipſe vocatur ignis; non conſentanea dicit ſuis decretis. Ignes vocantur

Panacea ignis non eſt.

tur & ſtellæ, & ſpiritus calidi in homine. Si talis eſt ignis: ex minera terræ, & officina vulcania petenda non erit illa panacea. Sed nec eſſe poſſe, euidentia probationis argumenta euincunt. Ignis ergo plane non eſt. Igneum quid intelligit. Et id veriſimile eſt; *Panacea ignea.* Quia conſumere morbos dicitur, ſicut ignis elementaris ligna. Mirificum pabulum. Putaſne tu mi Iohanneshartmanne, aliquid *Panacea morbos abſumens.* in rerum natura exiſtere, quod abſumat morbos eo modo? Philoſophus dicebat ignem eſſe maximæ formæ; quia non videretur habere proprium ſubiectum, & ineſſet omni alij elemento, iiſque vteretur pro pabulo, quaſi nutriretur, id quod ſit potiſſimum formæ. Erit ergo panacea forma quædam, quæ in ſubiecto elementari hærens paſcatur. At morbis paſci, mirabile quid eſt. Fateor hæc tanta eſſe, vt aſſequi non poſſim. Ignis depaſcendo ligna ſubiectum vna corrumpit. At Amvvaldi panacea dicitur ſaltem accidens tollere ſubiecto intacto. Quod abſumit, id generandi deſtruendique vim obtinet. At panacea tali vi eſſe negatur. Sed fabulas ludo. Si non eſt ignis; & nihilominus corpus elementare; neque tamen *Contradictoria.* aer, nec aqua, nec terra; miſtum erit. At dicitur ſumme ſimplex. Eſſe autem corpus *Panacea elementaria.* elementare arguunt omnia. Patitur ab elementis, & in ea agit viciſſim; Id neceſſe eſt



elementare esse, quia omne cœleste perpetuum & ab elementorum qualitatibus immobile est. Vide ergo an phantasma sit, aut potius nihil. Sed mistum esse res ipsa arguit, cum proprio testimonio. Crocum non tantum odor saporque prodit, sed & leuitas, & separatio. Cōsule omnes sensus, mistum inuenies. Accede Vulcanum, contestabitur idem. Ipse quoq; autor solet multis dicere, magnā eius molem ex mistura esse; basin esse exiguam. Si mistum est, non est ignis, nec cœlestis natura, nec aliud elementum. Esto igneum. At philosophorum placita dissentiunt. Arguunt enim ab adiunctis id maxime terræ esse, quod grauissimum: ignis quod leuissimum, quodque effectum ignis habet, & aliis indiciis eum prodit. Sed frustra laboramus, cum ipse autor neget. Vocat enim astralem medicinam. Profunda hic quoque est sapientia. Patet stellam non esse, nec partem ætheris. Sitne aliquid stellas imitans? Consule astrologorum placita & physicorum; falsum deprehendes. Aliud fingendum est cœlum, nempe philosophorum, de quo Lullius. Id autem est spiritus vini summe depuratus, & quinta eius natura, credita potius quam visa Huic adiunguntur medicinæ loco stellarum: Et si multæ sint eæ; astra fiunt. Est enim astrum stellarum plurium collectio; licet

Panacea mista.

Panacea vix ignea.

Panacea an astralis.

Cœlum philosophicum.

Astrum.

licet interdum & de ſimplici ſtella accipiatur. Adiunguntur autem infuſione ſeu maceratione, quam aliqui etiam mirabiliter (vtpote cum in cœlo putredinem locent) vocant putrefactionem; fiuntq; aſtra per extractionem. Credunt enim ipſam eſſentiam quintam a cœlo extractã eſſe relictis elemẽtis. Simile enim gaudet ſimili; diſſimile repudiat. Sed illi chymici referunt elementaria hæc ad analogian cœleſtium corporum. Itaque non abiicienda eſt eorum doctrina. Panacea illo modo concinnata nõ eſt. Inueniendũ ergo cœlum aliud. Solent eo nomine etiam Athannoris ſummam partem vocare, & in vaſis ſublimatoriis concameratam in ſublimi rotunditatem. Aſtralis ergo eſto panacea, quia ex imo vbi terra eſt, & caput mortuum, exaltata eſt ad ſummum. Attamen non tota, non enim mera eſt eſſentia. Sed ſi ita ſit, non continuo perfecta eſt, cum iſtam dignitatem non largiatur vna ſublimatio. Poterat & aſtralis dici ex ſimilitudine, per ſpiritum vini extractarum eſſentiarum. Paracelſico quoque more quaſi planetaria. Ille enim fingit quamque partẽ corporis in microcoſmo repræſentare aliquam ſtellam; & planetis aſſignat nobilia membra ſeu viſcera. Quod cordi congruit, id ſolare eſt; quod cerebro, id lunare. Et quia hæc aſtra ſunt; & illa. Vulgari ſenſu para-

Eſſentia extracta.

Aliud cœlum.

Paracelſica aſtra.

celsicorum astrale est, quod cœlestem induit naturam, & mirabiles operationes in microcosmo habet, quales non expectes ab elementari. Donandum hoc est illis autoribus, suo more loquentibus. Nobis philosophis nihilominus elementare est id quod extraxerunt. Non enim fieri potest, vt toto genere dissentiat effectum a caussa naturali naturale. Talis autem etiam est panacea.

Extracta sunt naturæ elemẽtaris.

Explicata astrali natura, videndum est de attributis. Depuratam summe per artem separatoriam, quæ est chymia, affirmat. Non est ita. Primum enim reclamat res ipsa, vt quæ heterogenea plura habet admista, eaq; ab impuritate terrea non separata. Depurari tamẽ summe posse non negauerim. At id non præstitit Amvvaldus. Deinde ipse asserit se posse subtilius parare, adeo vt minore dosi sit expendenda; nolle vero, quia ita placuerit vendere. Quod subtilius parari potest, id mihi summæ puritatis non est, nisi fixum pridem sit, & immobile secundum substantiam, quo pacto noui lapidem philosophorum etiam fixum iam operatione repetita, spiritualiorem fieri prædicari. At Amvvaldi puluis eo deductus non est. Non dicam se euertere mutuo huius autoris axiomata; dum subtilius facere & præparare posse ait, & nihilominus de panacea quam venum exponit, asserit

Panacea nõ est summe depurata.

Contradictio.

eam

eam esse summæ simplicitatis, puritatisque & cœlesti cognatam spiritui.

Redactam in primam materiam pronuntiat. Sed male. Vtinam mihi liceret liberaliter & aperte dicere. Temeritatem vel oculis videres. Nunc me absterrent imposturæ quas promouerem παῤῥησίᾳ. Primam materiam, quæ est absolute talis, non intelligit. Itaque in suo genere primam. Sed hoc vanum est. Nam ex tali materia per naturam existente potius est facta compositio. Principia enim illa separata vniuntur primum, ruditer. Postea sublimantur; & in hoc opere commiscentur interius; sed tamen non stabili mistura, propterea quia neutrum ante compositionem fuit fixum, nec figitur in ipsa. Est tamen res quædam in qua etiam per naturam commiscentur, modo perfecte, modo imperfecte; & nunc corporaliter, nunc saltem spiritualiter, veluti in nube in qua halitus & vapor commiscentur. Sed vt illud melius intelligas refero tibi quæ ad me perscripta sunt ex ore studiosi qui dicitur fuisse amanuensis Amvvaldi quo tempore veneno hausto se decumbentem putauit: verba hæc sunt: Addebat ille, totam compositionem panaceæ Georgium Amvvald, signo quodam complexum esse, ne omnibus mysterium tantum patefieret. Signi forma est triangularis, cuius angulus superior

Panacea non prima materia.

Confectio panaceæ.

Principia panaceæ etiam in natura sunt commista.

VViteberga studiosis passim dicta de panacea per AmVValdi famulum.

Symbolum hieroglyphicum panaceæ. numero vnitatis; secundus binarij, vltimus ternarij sit inscriptus. Præterea addita aiebat signa hæc: ☉ ☽ ☿ in singulis angulis vnum. Ad basin scripta hæc verba: compone & dissolue. Nec omnibus affirmabat bonus ille iuuenis potestatem fieri contemplandi tale secretum. Custodit enim illud tanquam asiaticam gazam. Inter medicinæ doctores nominabat quendam qui compositionem huius medicamēti petiisset, cui responderit: medicamentū meum constat, primo solido pellucido, deinde spiritu cœlesti, *Ex quibus panacea.* & tandem vno simplici. Hæc amicus. Si hæc sunt vera, quomodo prima materia is puluis est? Ego puto Amvvaldum ad prædicandam panacean, vndiquaq; comportasse titulos chymicos, earum rerum quæ maxime commendantur in ea arte, idque sine iudicio. Inde & materiam primam arripuit. In lapide conficiendo verum id est, quod debeat aurum & argentum ad materiam metallorum primam hoc est mercurium & sulphur adduci. *In lapide ☉ & ☽ redigenda ad primam materiam.* At in panacea hoc opus non est. Quod si quis id velit efficere (posse autem ex perfectis elici illa principia, & iterum componi, artifices prædicant) is lapidem assequetur potius, aut aliud quam Amvvaldi puluerem; Et huius mei iudicij sunt rationes argumentaque non temeraria.

Pergis

Pergit narratque ad summam simplicitatem adductam esse. Vanitatem assertionis arguit ignis, & aqua. Summe simplicia ea non sunt, quæ sunt cōposita, idque leuiter vt parua flamma discedant in diuersa.

De summa simplicitate panacea.

Nihil aut parum veri est in professa analogia cum spiritu vitali, & proprietate eius. Concedo in spiritus facile abire puluerem. At qui vitali, sint analogi, non do. Philosophus calorem animalem in spiritu hærentem animali, proportionatum facit elemento stellarum; tribuitque calori solis principium animatiuum, id quod nec calori ignis deest, nec maris, nec terræ, vt testantur animalia in illis genita. At in illa materia minerali, nihil vnquā tale est deprehensum. Ita est & de proprietate. ὑπόθεσις esto, quam alias facile possem demonstrare, initio cum ex minera accipitur materia, adeo dissimilē esse spiritui vitali, vt etiam aduersetur, eiusq; formam destruere possit, præsertim halitibus vtriusque suspirantibus. Si ad similitudinem & analogian adduci debet, id non potest fieri vllo organo artis, cui vita non est. Ratio enim vitalis, qua tale quid est in solis vitalibus est, & quæ potentiā talem obtinent. Sudabit ergo Spagirus satis, antequam id assequatur per vulcanū suū, & vasa inanima. Dicet ab assumtione, & caloris nostri natiui operatione facile acquirere istā formā,

De analogia cum spiritu vita.

cum quę ſpiritualia ſunt & ſymbolũ habent, facile transmigrent. At id, inquam, non eſt artis ſpagiricæ opus. Nec illi artifici ita cognita naturæ proprietas eſt, vt foris laborando ſimilimum poſſit conficere præſertim ex ea materia quæ nunquam vixit. Nec minerale corpus tam facile commutatur. Neceſſe eſt vt, quod proxime in ſpiritum vitalem tranſiturum eſt, & eius proprietatem acquiſiturum coctile ſit. At Amvvaldi puluis coctilem quidem crocum habet; reliqua non ita. Neceſſe autem eſt coctile eſſe, quia non niſi coquendo naturaliter in vaſis naturalibus eo perueniri poteſt. Quin nec aer etiam Galenicis confeſſus in vitalis ſpiritus naturam concedere poteſt, nedum panacea, quanquam crocus exhalet, & ipſe puluis craſſior in igni in fumũ promte abeat. Non, quod aereum ſimileque conſiſtentia vel corpore eſt, in ſpiritum vitalẽ ſtatim transmutatur. Non deſunt ſpiritus, illi infeſtiſſime aduerſantes. Sanguis id eſt, ex quo ſpiritus ille naſcitur. Si panacea in ſanguinem abire poteſt, etiam alere poteſt. Sed hoc nondum eſt compertum.

Amvvaldi puluis coctu non facilis.

Penetrantem eſſe pronunciat. Conceſſerim; ſed ita ne mihi inde facias ignem, aut æthercam naturam aut ſpiritui vitali analogon quid. Penetrant & halitus, quæque aerea ſunt; nec aquæ quædam ſunt tardæ præſertim

De penetratione panacea.

tim

tim ſi cum ἐνεργείᾳ acumen habent, vt acetum & acria ſubtilium partium. Quibus hydrargyri natura perſpecta eſt; illi non ignorant eius per omnia meantem, ſeſeque inſinuantem ſpiritum, quin potius ſubſtantiam, dilatatu facilimam. Nam huius homogenea quidem natura eſt, valde grauis; ſed vaporis tenuiſſimi ſpecie quaqua verſus extenditur, & vbi reſiſtens inuenit, colligitur, non aliter ac vapor aheni exceptus operculo concamerato. Non abſurde dixerunt, qui pronunciarunt aerem & aquam diſtare raritate denſitateque. Mercurius ille indicat fumum ſuum nihil eſſe aliud quam eandem ſubſtantiam, definitam modo ſubtiliſſime. Penetrans ergo natura non id arguit quod quærit autor. *Hydrargyrus.*

Sequuntur multa de igne. Igneam ei aſſignat naturam; & effectum ignis ligna abſumentis; at nec materia, nec forma ignis, aut igneum quid eſſe admittitur. Nos ante quidem multa diximus; ſed ſequendus eſt noſter. Si calor adeſſet; facile nos traheret ad igneam potentiam. Nunc ſtatuendum eſt ex calido frigido; humido, ſiccoque ſpiritu conflatam eſſe. Nec id abſurdũ eſt. Ita enim & philoſophus ſtatuebat ex habitu minerali gigni ſubterranea ſicca; ex vapore minerali metalla. Sed nos coniungimus vtrumque; & ex ſpiritibus conficimus corpora. *De ignea natura panacea.*

Vnde

Veterum spagirorum ignis.

Ignea vires celeres habe nt.

Chymici cælestia præ ferunt igneis.

Ignis chymicus & quinta essentia distant.

Terra sigillata Amvvaldi.

Vnde intelligis nulla necessitate sequi; penetrat, nec est ignis elementaris, nec igneum quid; ergo ignis cęlestis. Multo minus veterum spagirorū testimonio id euincitur. Finge enim illos ita pręcepisse. An inde concludas; ergo panacea est facta ignea? Notum nobis est non ignea saltem fieri chymica, sed & aquea, aerea, terrea, & horum quæuis suo loco apta. Deinde ignea quæ sunt, maximarum sunt virium, nec tuto adhiberi possunt semper. Itaque non erit καθόλυ illa præceptio. Quid quod ab igni transitum sit ad cœlum? Noluerunt posteriores ignea, sed quintæ naturæ eaque fixa & summe depurata medicamenta. Sed noster callide interpretatur veteres de igni cœlesti. Nolim ego tale quid comminisci, & spagirus audire. Nam constat ignem chymicū & quintam essentiam toto distare genere. Ille enim elementaris est, & a reliquis eiusdem naturæ separatus. Quinta natura totius misti summam vim obtinet contentam corpore subtilissimo. Non satis caute hæc scripsit Amvvaldus; nec fideli repetiuit memoria chymica præcepta. Sed cui igni sit similior panacea, cœlesti, an terreno; indicat inflammatio. Sicut terra eius sigillata, itidem immodice prædicata, flammam capit; ita & panacea. Sed illa comburitur promtius: hæc non. Iam inflammat & solis calor, quem si elemen-

elementarem dicas ſimpliciter, non ſis audiendus. Experire ergo an poſſit ab eo incendi. Vix crediderim niſi adhibeas ſpeculum, aut ſimile inſtrumentum. Inde autem exiſtimandum de cognatione eſt. Quatenus enim ſol comburit calore; eatenus elementis accedit magis vtpote hunc effectum non habiturus niſi radiis elementari contagio affectis. Itaq; etiamſi panacea diceretur vicinitate ſubſtantiæ attingere radios; non liberaretur tamen natura elementari. Sed quid de his philoſophor? Extractio ignis cœleſtis ratione ſubſtātiæ, inane eſt figmentum. Si intelligas eſſentiam quæ puritate, & operatione imitetur rem cœleſtem; in vere chymicis quidem concesſerim; at in panacea neutiquam. Nullā in ea agnoſco extractionem præter craſſam quandam a ſordibus foris adhærentibus ſegregationē. Cur ita iudicem, argumenta ſunt certa. Nō inflammare, nec vrere, non eximit panacean ordine elemētari. Dixi hoc inde eſſe quod ſpiritus cōtrariarū naturarum coierint, miſtione tamē nō ſtabili. Diſtat etiā ab elementari igni, ſed inde nō eſt conſequens, cœleſtē eſſe. Nam ignem eſſe nondū eſt euictum. Longe longe diſtare, vix perſuadebit vlli, qui combuſtilē nouit. Inter agens & patiens confinium eſt. Non longe diſtat id quod facile rapit flammam, inſtar ſulphuris.

Solis calor quatenus comburat.

Extractio ignis cæleſtis.

Cur non inflammet panacea.

Quam longe diſtet ab igni panacea.

Por-

Portentis de anima mundi & reliquis vix quicquam proficit.

De præparatione panaceæ.

Iam aggredimur illud magnum, quod tantopere Galenici scire etiã per fraudes desiderarint & corruptiones famulitij quodque dicitur Deus præ multis millibus manifestasse soli Amvvaldo. Sed recitentur verba: Nemo ægre ferat, inquit, quod, quomodo panacea sit præparanda non doceam, aperiamque, præsertim cum perpenditur Devm ipsum, sancto & sapiente suo consilio noluisse hactenus communicatam, cum tamen eam plurimi fere patriarchæ ac prophetæ sciuerint. Si vero omnino scire velit quinam sint veri libri, ex quibus artificium mihi a Deo præ multis millibus concessum, disci possit; suadeo fideliter, vt diligenter legat biblia, præsertim Genesin & Exodum, Canticũ canticorum, Esaiam, Ezechielem, Apocalypsin Ioannis, Hermetem, Turbam philosophorum, Democritum, Speculum Alchemiæ Rogerij, Alanum, Bernhardum. &c.

An Deus noluerit patefactã panaceam.

Negat docendam sibi præparationem panaceæ; argumento, quia Deus noluerit eam hactenus patefactam. Elenchus ignoratur. Quomodo noluerit, cum Amvvaldo patefecerit? An Deo curæ est vnus homo? An non ipsius bonitas se extendit ad omnia? Si soli patefecit; statuat ergo se solum esse per

quem

quem auctam medicinam velit, ſicut ſolus fuit typographiæ & tormentorum inuentor. Ita Ariſtoteles ſoli ſibi tribuit elenchorum inuentum: at non ſolus eo eſt vſus. Poſteritati conſuluit ſi Deus noluiſſet vltra Amvvaldi ætatem exiſtere tam præclarum donum, ſuam ipſius naturam videretur euertiſſe. Nam quorum ipſe autor eſt, ea ſtabilitate ſua ſunt immobilia perpetuaque, donec certa cauſſa ſit ſubtrahendi iterum boni, quanquam Deus ita ſubtrahit, vt non eximat genere mortalium in quorum vtilitatem quid dedit, ſed poſſeſſores permutet, vt videre eſt in ſacra profanaque diſciplina, imperiis & aliis. *Panacea* Patriarchæ & prophetæ inquit, ſciuerunt. *Patriarcharum nota.* Quo argumento? Eo nempe quo chymici lapidem ſuum illis fuiſſe notum euincunt. Eſt autem id teſtimonium proprium. Nam quæ de vita longæua garriunt, fabuloſa ſunt. Sed tamen eſt argumentum, nempe teſtimonium ſcripturis editum. *Nullus ſacer interpres vidit panacean Amvvaldi in bibliis.* Itaque iubet nos in illis diligenter verſari. O infelices tot interpretes bibliorum, Chriſtum ipſum, ſi omnia in bibliis viderunt, neque tamen panacean, non dico veram quæ eſt CHRISTVS, de qua ipſe dicit quod de ſe teſtetur ſcriptura, ſed Amvvaldinam deprehendere potuerunt. *Figmenta monachorum.* Quid verbis opus eſt? Magno cum

faſtu magnæ dicuntur nugæ. Monachi Philoſophotheologi varios affinxerunt ſacris literis ſenſus: Et quoduis conſentaneè dictum lapidis confectioni applicarunt, adeo vt totum redemtionis opus impudenter dixerint lapidem ſignificare. Hinc quæſita ſunt tectoria. Ita profanatæ ſunt ſcripturæ. Quod autem Amvvaldus hîc ſcribit; id etiam ad me in literis amici perfertur. Ita enim habent: Studioſus ille, quondam famulus Amvvaldi, efferebat panacean tanquam oraculum quoddam, nemini niſi ſoli Deo, & paucis cognitam narrans. Scriptis autem biblicis reuelatam toti humano generi eſſe. Quædam etiam adducebat dicta ex ſacris deſumta, quibus monſtrare conabatur totam eius compoſitionem petendam eſſe ex ſcriniis ſacrarum literarum. Hæc amicus. Prætendunt illi boni viri ſacrarum literarum autoritatem, vt nugis ſuis concilient admirationem apud plebeculam ſuperſtitionibus deditam. Res ipſa vana eſt. Vbicunque legeris de tormentis & purificatione animarum per crucem; & exaltatione bonisque eximiis; item de coniunctione duorum in vnum; de coloribus variis; de generatione per ſemen cui antecedit corruptio & ad materiam adductio; ſuccedit progreſſus ad formam vnionemque naturalem adeo

Sacra dicta accommodata chymicis.

vt ex putrefacto & ad informem massam reducto exeat paulatim nitidius, perfectiusque quod alimento suo ad absolutum vsque terminum perducitur, & variis agitatur exploraturque periculis, & non tantum per se perfectum est, sed & alia eo perducit; cogitato habere chymicos in quo sua arcana depingant.

Quoniam autem nominat turbã philosophorum; scito in ea esse sententias, non inepte panaceæ confectionem docentes, quanquam omnia, istorum autorum testimonia saltẽ sint de lapide & non de panacea Amvvaldina. Ita ait Turba: Coque argentum viuum cum suo corpore donec fiat aqua fluxilis. Coquite masculũ simul cum vapore suo, donec vtrumque coalescat, & fiat lapis. Item ex auro & mercurio facienda est aqua per coctionẽ, quæ coagulatur, cumque auro alio desiccatur & pulueratur. Sic Bassenius? Introducite citrinum cum sua vxore post coniugium in balneum. Et ne incendatis balneum plurimũ, ne sensu & motu priuentur. In balneo sint donec eorũ color & corpus vnum quid fiat. Item nihil aliud expedit quam aquam & vaporẽ sublimare. Nã cũ videritis illas duas naturas purificatas aquam fieri, totumq; corpus magnesiæ in aquã liquefactum: tũc omnia sunt vapor.

Ex turba philosophorum sententia.

De iure autem aqua continet suum compar. Vaporem nominant vtrumque, quia simul in putrefactione & decoctione sunt vnita, & vnum alterum continet. Ita & hoc: Oportet accipere ex ære nostro partem vnam & ex aqua permanente partes tres. Commisceantur aceto, & coquantur ad spissitudinem & vnum lapidem, qui coquitur imbibiturque vt fiat terra & puluis lyrius seu puniceus. Item arcanum est quod procedit ex sulphure & magnesia compositis. Iubeo vos argentum viuum viuo miscere &c. Argentum viuum apud visum est album, cum fumus ei accedit, vertitur in rubeum & fit cambar. Compositio est duplicis complexionis, rubeæ & siccæ. Hæc & similia multa sunt in Turba, quæ alio quidem sensu sunt dicta; attamen panaceę conueniunt. Reliquos autores percurras ipse.

III. DE MODO PARANDI PANACEAM.

Vera panaceæ exploratio.

SED quoniam libri fallaces sunt magistri, & tam falsum, quam verum in chymicis possunt monstrare; ego omissis libris iusserim te accedere ad vulcanũ, neptunum & alia examina, quæ tibi liquidam ostendent veritatem. Habeas cognitionem aliquam spagiriæ. Vtaris sensibus

& ra-

& ratione recte. Incede per ignis gradus; separa, sublima, vre, elue & attende singulis. Consule postea rerum naturam; facile assequeris quæsitum. Ego postquam inueni prius tamen accepto ab Amvvaldo puluere, compositionem, & operando eundem non quidem vno, sed geminis modis geminaque materia confeci; Conuenientiā spectaui, iudicaui expertusq; sum visu, olfactu, gustu, tactu, igni, aqua effectuque, & cognoui vnum idemq; esse. Nō te fallet cognitio, si vel leuiter versatus es in mineralium scientia, & operationibus chymicis. Non doceo aperte, vt impostoribus præcidam ansam; qui tamen attendit, tum ex prædictis facile colligit, tum ex his quæ nunc addo. Accipe mineram auri viscosam; aut si hæc deest; argenti, vel ferri, vel cupri; (stanni enim & plumbi est suspecta) aut si ista omnia desint, ex aliquo metallorum sua specie constantium elice modo eo quem in lapidis confectione docuerunt philosophi, vitans tamen plumbi genera propter nimiam cruditatem impuritatemq;. Optimam materiam eam iudico quæ ex auro & argento elicitur simul. Inde enim illud tantopere prædicatum electrum prodit; & ista duo cerebrū & cor respiciunt. Huic adde balsamum metallorum, seu spiritum *Panaceæ compositio.*

ſiccum. Et attende num his principiis aliqua inſit impuritas. Si enim eſt; tollenda eſt elutione aquæ ſalſæ, ſeu aceti ſalſi, & ſublimatione. Compone poſtea & fac μάλαγμα ad ſimilitudinem auri fabrorum. Quantitatis proportio eſto ſub dupla vel potius ſub tripla. Impone hæc in ſublimatorium ſeu terreum, ſeu vitreum luto tamen foris probe munitum. Præſto ſit & operculum quod alembicum cæcum vocant, cum paruo foramine, vt explores humiditatis peregrinæ abſumtionē. Hæc vbi euanuit; ſubiecti parui ignis calore foramine clauſo produc ignem paulatim augendo vſque dum videris in alto exiſtere, quod prius erat in fundo. Exime ſublimatum; feces ſeu caput mortuum abiice. Hæc eſt illa cōpoſitio, & diuiſio Amvvaldi.

Correctio. Quod exemiſti, in tenuiſſimum comminue puluerem; & affuſa quinta vini eſſentia corrige.

Miſtura. Inde addes quædam occultandi gratia; quædam tingendi, quædam adiuuandi operationis celeritatem. Mihi placeret adiicere cornu ceruinum debito modo præparatū, aut ſigillum Lemnium aut ſimilia, pauca tamē quantitate, ne baſis virtus exoleſcat. Poteris vini eſſentiā cum croco aliaue re cordis confortatrice deſtillare, & adhibere. Verus chymicus ad maiorem ſubtilitatem adduceret, adderetq;

eſſen-

eſſentias earum rerũ quæ principalia mẽbra proprietate roborant. Hæc eſt vera, & ex natura deducta præparatio, quanquam non ignorem aliqua aliunde iam concinnata poſſe accipi. Sed ego probo ea de quibus dixi; Et his veriſimile eſt non contemnendam eſſe virtutem, ſicut facile colligit cui nota ſunt auri, argenti, ferri, cuprique effecta, ſiue per ſe ſumantur vt vulgo, ſiue redacta ad eſſentias, aut etiam ab illis alterata aquæ vel liquores, vt vſitatum eſt etiam in Galenicorum diſciplina, nobisque præluxerunt anteſignani noſtrorum temporum, Zuingerus, Matthiolus, Andernacus, Muffettus & alij plurimi.

Panacea principia aliunde iam parata poſſunt ſumi; ſed minus tuto.

Sed non hoc tantum doctis enuncio; verum & ex compare iſtorum principiorum pene idem elicere doceo. Sume rem illam in qua metallorum principia tanquam in arca quadam concluſa latitant, quanquam ruditer, crudeque. Voco magneſiam auri, vel argenti, vel cupri vel ferri, vt quæ effoſſa ſit ex illorum mineris. Hanc compone cum ſpiritu acerrimo qui in terra naſcitur. Cum enim cruda ſint, nec tam excocta principia; oportet, quod habent improbi, bene digerere. Include vaſis terreis ad formam dimidij

Alia confectio panaceæ ex magneſia aurea. &c.

globi factis, ita vt alterum alteri possit iungi, & bene glutinari. Vndiquaque occlude iuncturas optimè, ne quis exhalet spiritus. Pone in igni primum lento, quem postea intende donec reuerberent spiritus fiatque sublimatio florum purpureorum. Hoc vbi peregeris; affunde aquam tartari; & macera per mensem. Inde elue omnem acredinem aqua dulci; & siccatum puluerem in catino fusorio liqua, donec vitri consistentiam conspexeris, id quod interdum prima, interdum secunda, tertiaue operatione fit, pro vt operatus fueris. Videbis excrementa quædam reiici, quæ oportet separare. Si recte peregeris, colorem puniceum inuenies in profundo, seu occulto; in aperto vero picis est vultus. Corrige hoc quinta vini essentia destillata cum melissophyllo; Et compone pro libitu, & rei præsentis necessitate. Compositio variata pro ratione morborum; πολύχρηστον & facile medicamentum præbet. Distat hæc ab Amvvaldina, si eodem composueris modo; tantum ebullitione quadam in igni. Nam viscositas quædam tenax inest, & spirituosa. Poterit tamen & hæc tolli, operis variatione.

Panacea potest variis morbis adhiberi varie composita.

Ita exposui duplicem istius pulueris compo-

compositionem recte quidem [illegible]ritus imposturas; at ingeniosis satis perspicue. Adde & hoc; vtriusque materiam aptam esse ad expurganda metalla, & vertendum argentum in aurũ, quanquam ad hoc summo sit opus ingenio. Nec putes me vani quid proferre. Ipsa principia id euincunt, & testimonia autorum ab omni vanitate procul remotorum.

Cur panacea efficacior interdum, interdum sterilior.

Ex istis omnibus recte acceptis facile intelliges, cur panacea alias sit nobilior, alias ignobilior. Principia enim non æque efficacia, & depurata sumuntur; nec semper eadem elaborantur industria, quanquam & externa in vsu non semper respõdeant omnia, sæpeque multum valeat fiducia. Iudicare etiam poteris quibus morbis sit commodum, & qua in dignitate habendum medicamentum. Non negem modo cordi; modo cerebro, modo epati & lieni aptius esse, pro ut principia sumũtur. Alterum reuera est putredinis & venenorum alexiterium, & balsamus pectoris pulmonumque verus. Vtrique natura penetrans est; priori tamen magis ob maiorem subtilitatem, & naturam eam, vt nõ immerito multis sit admirationi. Nec in renum affectibus fert postremas. Discernendæ tamen diligenter tum caussæ sunt, tum morbi ipsi & symptomata. In multis

Vis panaceæ vnde æstimanda.

quidem adhiberi poteſt; vt infra dicam de vniuerſalitate; ſed reductis ad vnum principium; Et hoc per ſe. Non raro tamen etiam ex accidente iuuat. Dum enim percurrit totum corpus, & partes ſtimulat; remouens quantum fieri poteſt ſuperfluitates, & aperiens obſtructiones; aliquibus etiam impetum afferens, & ex accidente intemperies ſanans; euenire iſta ſolent. Et nota in chronicis plurimũ prodeſſe. Quia enim corporis cõſtitutionem immutare, aggreditur; & hanc, vbi non fortiter obſiſtit ſeu natura ſeu malum, etiam immutat; accidit ad ſanitatem aſpiratio. Quæ membra ſana ſunt; in illis tantula doſi parum proficit; morbida ſtimulantur magis niſi malum ſit validum, & in hexin mutatũ. Tunc enim opus eſt prolixiore ad effectũ tempore. Verum enimuero cum medicamentum ſit; intelliges facile non præſtare poſſe iſta miracula Amvvaldina. Et cum non ſit furioſum: ſed ſuas nihilominus obtineat vires; etiam hoc patet non plane eſſe contemnendum. Plura non addo.

Panacea in chronicis proficua.

Nec omnia præſtat panacea, nec nihil.

IV. DE DOSI PANACEÆ.

Doſis panaceæ.

DE pondere ſeu doſi ſatis copioſe locutus Amvvaldus ipſe eſt. Paruæ

ſchedulæ ingeſſit granum; maiori grana quinq;.Præfinit ſecundum ætates & morbos, conſtitutionesq; alias, ita, vt doceat aliquibus dari poſſe quartam,aliquib.ſextam,aliis tertiam,aliis etiā dimidiā drachmæ partem: idq; aliquando ſemel,aliquādo bis,ter,aut etiam ſæpius die, ſi morbus vrſerit. Pungit inter hæc Galenicos,quod eorum medicinæ nō ferant certæ cōpertæq; doſeos exceſſum,&ne granularē quidem. Principio quod attinet iſtā ponderū diſpenſationē, ſi probe concinnata eſt illa medicina,non fert grandē exceſſum. Omne.n. nobile & precioſum medicamentū magnā requirit in præbēdo induſtriā, nec dandum eſt magna quantitate. Cum.n.ſit valde actiuū; etiā parua multū valet. Vnde ſi Amvvaldina tam variari pōdere poteſt, multū de nobilitate exiſtimationis amittit. Neq;.n.quod vbiq;,quouis pōdere excepta vltima impletione,& cuiq; tutū eſt, magnæ virtutis eſſe poteſt. Initio paruam doſin non exceſſit. Sed iam prouectus experientia diminutæ virtutis, proceſſit ad quantitatem eam, quam nullus chymicus in tātopere prædicato probare poteſt. Vera autē dicit, cū ait ſecure dari grana decē, viginti, triginta. Expertus.n. & ipſe ſum. Sed nihil hoc habet miraculi. Si eſſet tanti medicina, nō tanta daretur. Sed & datur

Nobilia medicamenta doſi ſunt pauca.

Secura panacea.

ſæpe

Panacea sæpe ignava. sæpe tanta cum nullo successu, & ne motu quidem id quod est torpidi pigriq;, nec aliter afficeris inde, ac si tantum pulueris alicuius ossis siccati hausisses. Nullã meretur gloriam, qui vorando multa (vt quidam terrã suam sigillatã) aut nihil proficit in virtute, aut etiam damnum incurrit. Si recte præparata panacea est, in dosi peritum requirit medicũ; adeo vt non sine omni doctore sumi debeat. Dum pungũtur Galenici, imperitiamne vocẽ, an maledictum, an fatuitatem? Valentium medicinarum dosis summa quædam est, siue morbos & cõstitutiones alias respicias, siue simpliciter humanam naturam. Hanc excedere, nisi singulari quodam casu, non est artis, sicut & minus iusto de ea dare. Interim autem variæ circumstantiæ inter summũ & imum interiectam poscunt dosin. Si medicina non est adeo valens; liberalior est usus; sed tamen & hic, vt & in cibo, est aliquod summum, non tamen grano definitum, vt inuidiose loquitur Amvvaldi litera. Sed vt viciſſim aliquid aculei a nobis accipiat, sciat nos mirari vehementer, si tam liberali pondere sumenda est panacea, idq; nõ raro sine fructu, ita vt vna die drachma, aut amplius sit voranda, cur tanti vendat rem tam parui adiumenti? An semper præsto sunt Cleopatræ & An-

De Galenicis dosibus.

Amvvaldus preciosus mercator.

& Antonij, qui vno hauſtu tantum poſſint perdere? Excuſare auaritiam poteſt aliis commodans beneficentia. Multa enim gratis expendit. Sed vni detrahere largiter, vt alteri profis liberaliter, idne eſt iuſticiæ? Deinde, magnis ampullis chymian veterum nobis oppoſuit. Anne veteres ignẽ ſuum tanta copia ingeri docuerunt? An non ideo ad ſummam ſubtilitatem perduxerunt ſua, vt parua quantitate multum haberẽt virium? Si etiam igneæ virtutis, penetrationis, celeritatisque eſt panacea, an non bonis viris ſuſpecta ſit tanta copia? An non ſi innoxia eſt, inde aut ſtupor ſumentis, aut inertia pigritiaque dati colligitur? Inſuper quam faſtuoſum eſt iſtud de lapide philoſophico, cuius virtutem omnino aſſequatur panacea, & cui omnino ſit æquiparanda? An vero lapis dari ſolet decem, viginti, triginta granis? Imo nondum vidi, qui monuerit duo grana excedenda eſſe. Datur grano medio, vno, ſeſqui, duobus; & hoc conſentit principiis chymicis. Nam adeo valens eſt illa medicina, vt a prima operatione tingere poſſit vna parte decem; vel vt Thomas ait ſeptem, in ſecunda centũ, vel ſepties ſeptem, in tertia mille, vel ſepties quadraginta nouẽm, & tandem in infinitum; quanquam varient ſenten-

Amuualdi liberalitas praua.

Panacea lapide phil. an æquiparanda.

sententiæ autorum ob diuersitatem virtutis: Imo ob robur, ne danda quidem homini est aucta, sed tunc cum omnium inualidissima est, quo tempore dicitur tantula dosi hominem innouare posse, at non metalla, quod eius corpus sit tenerius. Ita cum ad oleum reducitur; id vltra guttam vix permittitur. Moueat nobis etiam risum testimonium cuiusdam mathematici infra positum, qui negat Geometriæ instar certa esse axiomata medicinæ Galenicæ. At quæ in panacea perpetuitas? Ipse Amvvaldus nulla scientia dandi instructus est. Dat robusto tantū quantum floreno emitur. Si non iuuat; post horam vnam aut alteram repetit. Si neque tunc pergit, quousque sentiatur adiumētum aut motus aliquis. Hæc an non sunt incerta, & fortunæ meræ? Gaudeant Galenici, quod sua medicamenta stabilia sint & perpetua, non autem fortuita, & in singula momenta mobilia. Illud enim artiū est; hoc inertiæ seu fortunæ & casus. Rectius non momordisset Galenicos.

Incerta dosis panacea.

Galenicorū stabilior dosis.

V. DE MODO VTENDI.

De modo vtendi.

ACCEDIMVS ad vtendi modum, & regimē. Mult' est hac in parte; nec immerito.

rito. Vendere enim vno halitu omnia cupit, ne opus ſit vllo Doctore. Sed nos excerpemus ea, de quibus lector eſt monendus. Vnum præceptum eſt, panaceam ſumi debere ex vino maluatico, aut alio liquore; ſumi autem ex cochleari leui, & diligenter eluendam. O præceptorem acutum. Quid ſi linguæ imponerem, & poſtea haurirem liquorem? Diligens eſt in futili re, & quam quiſq; ipſe oculis notare poteſt. Si vniuerſalis eſt medicina, tamque nobilis, cur non ei vniuerſalem liquorem adiunxit? An quiuis liquor in omni morbo prodeſt? An non liquoris quantitas & actio poteſt excedere vim panaceæ tam ignauæ? Iſta verò cum aliis exhibitio etiam ſuſpectam a SOLA prædicatam ſalutem facit. Sed non eſt diu in vno immorādum. Infantibus ſubtrahit nimis calidas potiones. Nempe irrepſit in cucullum Galenicum, niſi forte a foro petiuit illud vulgare, μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ.

Præceptiūcula Amuualdina pueriles.

Præſcribit & ieiunia, duarum, trium, quatuor, quinq; horarū pro natura patiētis. Vtinam & morbū conſideraſſet. Reperiſſet non raro vna cum cibo dari poſſe, aut paulo ante cibum. Et quid ni ſummo iure potuiſſet? Si enim eſt renouatio totius corporis, & virium ſumma reſtitutio; nullum erat tempus aptius. Sed tamen

Ieiunia.

Panacea debebat cū cibo dari, ſi vera eius eſſent præconia omnia.

tamen nō satis docuit suos ægrotos. Cum enim tempus ieiunandi non sit idem & perpetuum, forte Doctoris consilio opus erat, qui vniuersale indefinitū ad certum indiuiduum accommodaret. At hic titulus vim patitur. Deinde si paracelsicus est, & longe aliter curat quam Galenici, cur non pleno ventre sanat suos? sed ieiunio quidem Galenicus est, specie vero & modo neutiquam. Ita.n. ait, Non opus est inedia qua Galenici macerāt suos ægrotos. Quam ergo æqualem præcipit ipse? Dictum est de ieiunio; quod ipsi fortassis inedia non est. Deinde subtrahit in febribus cibum tempore instantis, vel existentis paroxismi. Recte falsa concedit. Copia cibi interdicit. Quantum desiderat natura, admittit. Excessum in victu omni improbat. Duros concoctu prohibet. O Galene quid tibi est cum Bartholo & Baldo? Cum inediam præcipiebas, abstinentiam commendabas, qua curari multos magnosq; morbos, cæteris tamen paribus, & veteres & recentes recte pronunciant. Abstinentia vero nō auffert cibum, sed temperat, subtrahitq; partem de demenso. Eo & Amvvaldica inclinare videntur, licet valde imprudenter dicta. Primū enim si talis est panacea, qualis ab autore describitur; temere de omni victu guber-

Amuualdus γαληνίζει.

Amuualdus Galenica male præcipit.

gubernando præcipitur. Hæc enim præcepta euertunt præconia illa magnifica de corroboratione, renouatione, reſtauratione, innocẽtia, celeritate;cœleſti natura & aliis. Statim etiam cum adhuc in lingua eſt, dicitur vniri cũ ſpiritu vitæ. Quid hoc ad ventrẽ? Imo iubendus eſt æger ante vſum ſtrenue edere. Nam medicina illa cõiuncta ſpiritui, omnes vires & calorem ita roborat, vt ad coquẽdum ventriculus ſit paratiſſimus. Sed quædam ſunt in recondito ad futuram neceſſitatem tenenda. Deinde quid alieni a Galenicorũ dogmate habent recte falſa? Dare quantũ natura requirit, nihil diſtat ab eodem, niſi confuſione. Poteram enim rem æſtimare natura ſalua & labefactata. Sed tunc male ſe accommodauit autor ad vulgi ingeniũ, cum in aliis ſit admodum popularis. Is enim mos eſt noſtratibus, vt vel tormentis adigant ægros ad vorandum; putantes niſi edant, viuere non poſſe. At in aliquibus natura deſiderat nihil; quia copia humorum ante moleſtata, his coquendis vnice vacat. Interdum naturæ appetitus nihil quidem exigit, at patiens ſine cibo durare nequit. Interdum & cibandum largius eſt. Sed fortaſſis nos credidit Eraſiſtratæos factos. Non ſumus Amvvalde ne erres. Plura omitto.

Mala conſuetudo cogendi ægros vt edant.

Somnus a panacea. Aliud præceptum est: Interdum a sumta panacea dormire conuenit: Quia in somno operatur melius: Et hoc ideo, quia dum spiritui animali vitalique succurrit, actionem in somno perficit rectius, fortiusque. In hac generalitate procul dubio, emtor panaceæ hærebit tanquã mus in pice. Quæret enim num sibi in præsente affectu liceat dormire an vigilare, cum dictum sit interdum licere & conuenire. Deinde id præceptum furto subductum est ex Galenicis tabulis, & a Bartholo male declaratum adhibitumque. Panacea enim est omnia medicamenta, quæ omnia operatur vna e sola. At illud præceptum non in omni locum habet. Quędam enim vires perdunt in somno, vt infirma. Si panacea tam ignaua medicina est vt scribitur, procul dubio ei nocebit somnus. Confortãtibus in dormire cõuenit. Purgantibus non semper. Purgat autem & non purgat panacea. Itaque non satis liquida est præceptio. Sed his missis, physicum attendamus. Cur a panacea vorata licet dormire? Quia operatur melius. Atqui ligatis tunc sensibus nihil operari poterat. Occurrit: Nihil prohibet etsi partes ligatæ sint quodammodo circa sensus; satis est si spiritui iungatur, id quod rectius fit in somno. At inquam, si, vt encomia

Somnus nõ vbique permissus, at panacea vbique.

An melius operetur panacea in dormiente.

comia habent, vnitur semper spiritui, non interdum sed semper dormire præstat. Deinde dico committi elenchum planè ignoratum. Etsi enim non congrediatur spiritui, tamẽ in somno poterat esse vegetior, quia partium naturis sopitis citra impedimentũ procedere potest longius, idq; eo felicius, quia calor natiuus vnitus totusque pene intus coercitus, vacabit in prouocanda potentia in actum. Rationẽ ergo distributionis, & actuantis naturæ operatio procedet melius, veruntamen nõ in somno omnino, sed potius cum euigilauit homo. Nam Baldus debebat considerasse, actus agentium fieri in patientibus, & receptionem fieri nõ pro modo recepti, sed recipientis. Etsi.n.dormientis oculis adhibeas lumen; non tamẽ videbit, nec si impellas ad ambulandum ambulabit dormiens, sed euigilans. Ita & si præsens sit in parte affecta medicinæ virtus, quia tamen natura eius torpet, non multum valebit. Sed tamen fieri id aliquando potest. Et quis vetet fortuito agentẽ experientemq; vel quęuis cõdere præcepta? Forte enim ita curret. Monerem ego, caueret vel turbas, vel temeritatem, quorum vtrumq; eidẽ præcepto potest cohærere.

Sequitur præceptũ de sudore. Negatur necessarius esse sudor. Si sponte veniat, *De sudore.*

non compeſcit. In venenatis & periculoſis, non quidem neceſſario præcipitur, cõſultior tamen eſſe iudicatur. Adulatoris audio vocem non medici: in vulgus otioſe declamantis, non præcipientis. Vetat prouocare ſudorem. At hoc in aliquib. & neceſſarium eſt & admodum ſalutare. Nam occluſis validius poris; medicinæ, a centro ad ſuperficiem expellentis noxia, quin & ipſius naturę motus intercipitur prohibeturq;, id ꝙ non poteſt eſſe vtile; veluti in infectis, ſudore anglico, papulis, exanthematis, febribus aliquib. & ſimilibus morbis, præſertim in criſi per ſudorẽ videmus. Itaq; externis auxiliis promouẽdus eſt impetus; & hoc præceptũ eſt neceſſariũ. Sudare autem velle, tunc cum per aluum ducenda materia eſt, vel ratio obſiſtit; mente egentis eſt. Circumſtantia ἀδυναμίας per ſe ἐπιείκειαν præcepto afferet, etiam ſine monitore. Cur autem non aliquando ſit cõpeſcendus ſudor? An ruſtici intelligent, quando ſymptomaticus ſit vtiliſque, & quando noxius? Panacean profitentem, eiuſmodi conſulta dedecent. In veneficiis quoque non ſemper conſulendus ſudor eſt. Si enim in ventriculo hæret malum, quid promtius quam vomitum imperare? Sed panacea vomitum non procurat. O medicinam laudatam, quæ me ex minore malo

Amuuald. abblanditur plebeculæ.

In veneficio non ſemper vtilis ſudor.

malo præcipitatura eſt in grande, aut proſtitutura morti. Sed procedamus.

Non includit patientes, ſicut in cura ligni. Memorabile vero hoc eſt & magnificum. Si ipſe morbus ægrotum nõ detinet, & tempeſtas turbulenta, & alia pericula; quando ſecus fit a Galenicis? Non includit quidem, prohibet tamen aerem iniquum, & turbidum, & acrem ventoſumque. O longe diſtantem a Galeno doctrinam. O non includentem medicum, & tamen aerem qui futurus erat noxius, prohibentem. Talis præceptor dignus erat, vt ei non quidem prohiberetur cibus & potus; ſed tamen nihil porrigeretur. *De ægrotis includẽdis.*

Prohibet & exercitia valida. Hoc quoq; ſingulare eſt. Licet ergo exercere ſe ei qui poteſt, & cui conducit. Cui non conducit, ei omne exercitium erit validum; ſi quidem hoc æſtimatur viribus. *Exercitia.*

Inuiſa eſt ei ligni cura. At mi Amvvalde, tuæ panaceæ vires potiſſimæ ſunt illæ ipſæ quas præſtat lignum, idque non tam ignaue, nec tam precioſe. Nam impuritates corporis tollere, ſanare ſcabiem & morbum gallicum, & ſimilia, ligni effecta ſunt. Hoc non negant etiam chymici tui, qui precioſum effectu oleum ex ligno iſto proliciunt. Sed Galenicos id nihil attinet. Nam nec Galeno cognitum li- *Ligni cura*

gnũ eſt,nec a Galenicis cura iſta peti plæ-
rũq; ſolet. Ad barbitonſores & balneato-
res rediit, a quibus ſi raro proficitur, in
promptu cauſſa eſt. Imperite & fortuito
adhibent.Si etiam proſiciunt,non tam li-
gni virtute id fit, quam abſtinentiæ carni-
ficina indebitæ. Ignobile autem id recto
vſu medicamentum eſſe, neque Aſiatici,
nec Africani,nec Europæi cõcedent Am-
vvaldo,cui etiam lis erit cũ ſuis chymicis.

Recte ſalſa. Dum recte ſalſa concedit, videtur Ga-
lenis inſulſos obiectare cibos.Sed nos vul-
peculam deprehendimus.

Cœli obſervatio. Lunæ motus, aſpectus planetarum, &
varietates motuum in ſyderibus repudiat.
Atqui paracelſicus eſt & chymicus. Cre-
daſne tantũ exuere præcepta iſtorũ potuiſ-
ſe? Sapere iudicatus fuiſſet,ſi hic tacuiſſet.
Obſeruat aeris turbas; cœli faciem negli-
git. Effectum probat, cauſſam improbat.
Sed nullane eſt diſcretio hyemis, æſtatis,
veris,autumni? Nullane caniculæ,hyadũ
& reliquorum? Nullane creſcentis decre-
ſcentisq; lunæ? Eruditis non plane ſordet
ſydera. Sed nec populo perſuadebit ille
præceptor, vt qui ſuperſtitioſe nimis ad-
hæret aſtris. Socraticus eſt: Quia τὰ ἄνω
ὐδὲν πρὸς ἡμᾶς;niſi Epicuri de grege porcis,
nec cœlum nec terram curantibus, inſer-
uire voluit. Sed quid prohibet cœlum in-
tueri;

tueri: aut quæ res docet non esse saltẽ necessariam illam obseruationem, si non sit vetita? Quia, inquit, panacea habet vim astralem. Ita potest disponere corpora, ne cœli impressio quid noxæ aut impedimẽti afferat. At primũ elenchus est petiti principij. Non. n. agnoscimus illã vim astralẽ in panacea, nec asseuerãti Amvvaldo credimus. Deinde nihil offendit thesin. Potest n. esse astralis, & nihilominus necessaria esse cœli obseruatio, imo id necessariũ omnino est, quia consequens. Sicut. n. astrũ astri virtutem in imo seu patiente materia impedire aut labefactare potest, aliter disponendo materiã; ita & in astro medico, & corpore humano. An panacea a sole nihil patitur? An eius vis non exolescit tempore, & corrumpitur circumstantium efficacia? An nihil a cœlo pati potest humanũ corpus? Sed detur febricitanti panacea; collocetur autem in feruente sole. Si nihil impediet sol eius actionem, credemus Amvvaldo. Experire idem in soporiferis affectibus, aut apoplecticis, vel paralyticis, & admitte lunam capiti. Spectabimus & tunc virtutem. Si turbæ aeris sunt a vi syderum; fere ausim dicere temere præcipi turbulenti cœli fugam, si panacea corpus aduersus virtutem astrorum disponit. Sed fortassis non recte dissen-

Cur panaceam edenti non opus sit cœlo.

tio. Ille autem fiducia prioris præcepti de vitando aere etiam cœli vim exclusit, vt quæ valeat aere interueniente. Populo autem oportebat ostendere phaleras. Sed vtinam tunc non spirarent homines, & illi austeri astrologi occultas influentias cũ chymicis non essent commenti, nec clamarent etiam in penetralibus ægrotantes sibi lunæ calendarium in pedibus esse; nec cœpe sub terra crescerẽt lunæ decremento. Hæc enim omnia videntur Amvvaldinę sapientiæ magnam partem subtrahere.

An vulgata medicina prohibeant aspectuum minas.

Negat medicinas vulgares, instar panaceæ, posse syderum effecta, & infelices aspectus prohibere. At in Germania frigidiore nihil vulgatius. Nam Saturni hyemale frigus luculento pellitur foco; & caniculæ æstus cellis, & porticibus, in quibus latitant, sicut troglodytæ. Quid si vero chymicus aliquis ex Galeni castris diceret croci essentiam & auri & aliorũ etiam esse astralem? Si quis crocum integrũ vorat; is procul dubio eius vorauit essentiã. Tutus ergo erit ab aspectu omni. Quã vulgaris res autem crocus est? Vtinam nos non tangeret aer. Iras cœli veluti gigantes alteri, nauci æstimaremus. Si viueret Mithridates, sputa illa lunaria, & saturnina μνάσματα, & Martium furorem in excitanda peste, vix curaret, præsidio mithridatij,

datij, quod tamen noſtris valde eſt vulgare. Ita ſi reſurgat Empedocles, aut Socrates, forte panaceas non inquirerent. Ignibus vterentur, & aſininis pellibus aduerſos flatus abſtinerent. Noſtrates poſſunt ignem internum ex ſulphure conficere, vel ſimili materia; Et ſic venenatas ἀποχείσεις negligunt. Si pluuium quod ſydus aerem nimis humectat; vulgare eſt ſuccini vapore, aut iuniper igranis occurrere: Et ita in aliis. Dona hoc nobis Amvvalde, vt reddito corpore, aereque ſaltem nos ambiente ad patiendum inepto, vel retuſa eius virtute, poſſimus cœlo in morbis inferendis aut impediendo actiones internas, reſiſtere.

Galenici beneficio Atlantis cœlo reſiſtunt.

E re Amvvaldi eſt, quod monet panaceæ vſum continuari ad integram ſanitatē. Sed t nc oporteret ægrotos eſſe Crœſos, aut Midas quoſdam cum aſini auriculis. Veniebat ad me nuper ruſticus quidam gonagricus, qui fatebatur ſe acceptas quatuordecim, quinque granorum, capſulas deuoraſſe abſque fructu imo & vllo motu ſenſili. Suaſerant vicini continuationem. At ille metuebat ſuæ villæ fauillam. Pactus enim erat tres florenos Amvvaldo, ſi iuuiſſet. Credo vix curatum fore trecentis. Ille miſer curatus vnde viueret? At cum me de vxoris affectu conſuleret, no-

Continuatio vſus panaceæ.

Ruſticus Gonagricus.

Sanatio per dosin vnicam.

ſtræ pharmacopœiæ inuidebat medium floreni. Scribit quoſdam ſanatos vnica doſi quoſdam pluribus, quoſdam multis, diu adhibitis. Si vna ſanauit; in præcipiti oportet fuiſſe mali fugam, & nihil defuiſſe naturæ ad victoriam præter motum, ſeu impetus primordium, καὶ ῥοπήν. Nunc tam efficax non eſt panacea; nec vllus eſt qui teſtatur ſe ſanatũ vnica ſchedula. Quid ſi fiducia tanti doctoris, & grata nouitas, & læticia auiditasque experiendi plurimum habuiſſent momẽti? Narro quod ipſe obſeruaui. Reſtitueram febricitantem perfecte, quod ad morbũ attinet. At illi animus nihilominus erat aggrauatus, & recurriſſet morbus ex affectu. Interueniebat cũ nummis tabellarius. Ea medicina e veſtigio omnem adimebat recidiuæ metum. Exultabat enim æger fatebaturq; ſe prorſus ſanatũ. O felicem inquam medicinam. Tale quid accidere potuit & panaceæ. Non tamen vilipẽdo aut vitupero. Suam laudem meretur perite vſurpata. At fumi Amvvaldini diſplicent. Poſſent galenici vel montes talium curarum comportare, ſi gloriolam inde venari vellent. Et quis ignorat noſtri Rulandi felicitatem?

Reſtitutus nummorum aſpectu.

Panacea non vili pendenda.

Galenicis non deſunt repentinæ ſanationes.

Sed hîc obiectio eſt. Si ſemel vna doſis proficit ad integram curã, cur poſteriora ſunt primis deteriora? Cur aliis vel mille

doses non prosunt? Cur moriuntur multi? Deest argumentum euincens disputatori. Confugit ad comparatum simile, & de lapide philosophico prædicat idem. Sed hoc tibi, Amvvalde, non concesserint illi philosophi. Si tot grana lapidis voranda essent, quot tuæ panaceæ, vnico haustu periret regnum. Et Paracelsus ille tuus talem se non exhibuit, cum porrexit Azoth. An mentiti sunt etiam chymici? Caussas eius rei supra recensui; nempe quod inæqualis sit materia, compositio, præparatio, vsus, morbus, caussa, symptoma, cœlum, patiens & alia. Sed ista prætendenda fuerunt ab Amvvaldo, ne periret τό καθόλυ, aut si periret, cum infamia alterius id fieret, sicut ille optauit vna secum conflagrare totum mundum, & meretriculæ vellent omnes fœminas tales esse, quo ipsæ sint honestæ. Sed cur plura nunc involuuntur vni chartæ grana, quam olim? Cur plura veneunt floreno, & insuper donantur multa? Respondet, celerandi effectus gratia id fieri. Crediderim istud. Ita oportet inescare homines. Fors & illud Horatij est: Prodigus & stultus donat quæ spernit & odit. Non signum præstantiæ, sed vilitatis est, donare & vendere largiter. Sed ego expertus sum panacean

Cur panacea deterior nunc quam pridem

Cur plura grana nunc dentur quā initio.

primi

primi operis & secundi. Nihil deprehendi insoliti. Et præsens attendi sæpe, cum Amvvaldus etiam absens adeo sit oculatus, & acutæ naris. Hæc autem dicens rectæ præparationi & vsui nihil volo detractum. Fieri enim in acutis potest, & leuioribus malis, vt vnica prosit, aut etiam satis sit dosis. At in Amvvaldina, quam vendit ille, desidero fidem, cum nec euentus iam respondeat, nec verisimile sit in omni morbo id ita esse, cum tamen ipse omni opponat.

VI. DE EFFECTV PANACEAE.

De effectu. Verba Amvvaldi: Ob wol mein *panacea* alle kranckheiten vnd zufäll derselben / für sich selbs einig vnd allein vertreiben thut.

SATIS de vtendi modo. Sequitur de effectu. Dicitur panacea, adiuuante Deo, per se sola curare morbos omnes & symptomata; Et licet aliquando purgationem ab aliis purgantibus adhibendam, imo & diætam conuenientem & medicamenta alia, moueat; sancte tamen affirmat, se plærosque patientes absque purgatione sanasse; & alia medicamenta ideo addita, vt eorum ope celerius sit adiumentum. Quæ autem purgantia, & quibus formis sint vsurpanda, peculiariter ostendit. Materiæ afferuntur vulgares, senna, agaricus, cassia, mechoaca &c.

Formæ

Formæ sunt infusiones, potiones, pulueres, pilulæ, suppositoria, electuaria &c. Tempus vtendi, in minus periculosis ante; in veneficiis, post panacean. Panacea autem ipsa dicitur cum primum ventrem ingreditur, aut etiam linguæ imponitur, vniri cum vitæ spiritu, & penetrare. Hæc curandi methodus negatur esse Galenica; quia sit Paracelsica, & composita ad imitationem veterum philosophorum & medicorum. &c.

An per se & sola sanet. Quod ait per se & solam curare; id tollet omne in curando adminiculũ, omneq; accidentarium. Itaque quæcunque aliâs adhibentur, pro forma saltem, vt Iuris Licentiati loquuntur, aut obiter, vsurpabuntur. Non negarim quædam inueniri *Quædam sunt naturæ ambigentis.* ancipitis naturæ & mercurialis, ita vt ad omnes morbos & symptomata accommodari possint; sed ea per se nec iuuare nec sanare constat. Dirigenda sunt aliquo addito. Loquor autem ita, si non quantitate inusitata dentur, sed ex arte, vt aquæ tepidæ parua portio; item si noxa, aut vis agendi aliqua quidem est, sed quæ nullius est ad sanandum momenti; & quæ ambigunt non absolute, sed ad præsentem statum potius. Ita & aliqua sunt satis efficacis virtutis, sed quæ correctionibus, seu in præparando, seu addendo aliqua seu indu-

ſtrie accommodando, facile poſſunt apta reddi, de quibus infra copioſius. Sunt & multa quæ per ſe certo quodam modo operantur, certosq; effectus habẽt; at ex accidente etiam contraria poſſunt. Panacea per ſe applicatur omni morbo & ſymptomati vt ſola curet & ſanitatẽ reparet. Difficilimum hoc perſuaſu eſt; & infra recurret. Hoc ſaltem hîc dico, quod neutrum rationi ſit conſentaneum. Nam curatio perficitur Diæta; pharmacia, chirurgia; omnium vim quomodo habebit panacea? An & luxata poteſt reponere ſola? Deinde morbi ſunt in intemperie, organis & vnitate. Mirabilis vis ineſt, ſi per ſe curat calida & frigida, ſi per ſe dyſcraſian omnem cum materia depellit. Si per ſe obliqua corrigit; deficientia reſarcit. Anguſta dilatat, dilatata cõtrahit; Diuiſa vnit, vnita diuidit. Aduerſus aperte mentientem nil dicendum iudicarem, niſi Apollo panacearius aurem vellicaſſet, admonuiſſetq;, me nondum ſcire quinam dicantur Amvvaldo morbi & ſymptomata. Illum tamen Apollinẽ ſtatim redargui confeſſione Amvvaldi & ſpeciali enumeratione in qua ſunt calores ſiccitates, humiditates frigora, cum & ſine materia. Ita eſt & de organicis, & communibus, & ſymptomatis quotumuis; de quibus infra. Præterea non tam eluden-

cludenda diæta, purgatio, & alia medicamenta adiuncta, sunt. Non sola panacea curat qui diætam præcipit conuenientem; qui aerem & exercitia, & venerem, balnea, affectus & alia admodum reuocat.

De purgatione contraria titulo habet. *Purgatio panacea.* Et omnino aduersatur naturæ panaceæ. Si multi morbi curantur sola vena secta, idq; per se: Si quidam sola purgatione & hoc quoq; per se, & sic in aliis, temeraria est panaceæ prædicatio. Si est medicina ignea & penetrans, nō curabit per se & sola, ea quæ sine penetratione & igneo effectu curari desiderant vt nimis laxus ventriculus, & alia egentia astrictione, nec virtus ignea proficit in siccitatibus immoderatis sine materia. Multos curatos esse sine purgatione, credo. Aut enim pauca materia peccans affuit, aut nulla. *Sine purgante curati.* Sed hæc laus cōmunis est vitrioli spiritui atque etiam vitriolo & ærugini in stomachi imbecillitate humida. Est & balsamo sulphuris, & maluatico, & vini essentiæ, & aquæ, & multorum aliorum virtuti. Grus illa lupo detrahebat hærentem in rictu offam osseam, citra purgationem. Phlebotomia non solet purgatio vocari. Illa multos sola iuuit in apoplexia ex plethora & aliis. Sed mi Amvvalde, quare tibi exciderūt verba hęc, quibus affirmas tuas curas longe distare *Amvvaldi cura longe distantes a methodo Galenicorū.* a Ga-

a Galenicis? Scio quidem eas distare, quia sunt empyricæ & amethodicæ; Sed tamen materiis coueniunt, & præparatione. Tune Paracelsicus sis, & vtaris integris? Tune etiam aluo ingeras suppositoria? An tibi ignotum est illud Paracelsi; vbique natura malum bono coniunxit. Itaque arte separatoria vbique vtendum est. Vtinam & tu cerebrum tuum, aut saltem falsas persuasiones ad purum excoqueres. Totus fores Galenicus. Sed videamus & reliqua.

Panacea purgat.

Negat purgare; sed postea addit, NISI a veneno pectus, ventriculus, intestina fortius occupentur, & superfluis humoribus, phlegmate scilicet & bile molestentur vehementer. Esto illud verum per se; hoc ex accidente. Atqui cum panacea per se sola dicta sit omnes curare morbos; multi autem morbi non curētur nisi purgatione facta; alterutrum erit falsum. Si etiam panacea tunc purgat cum notabilis & molesta est abundantia humorum, quid opus erat senna, prunis, rhabarbaro? Dicis purgare tunc cum venenum vehementer obsedit partes, at tua medicina tunc erit ineptissima; & tu docebas tunc non purgandum esse, sed alterandum. Sed age datum sit philtrum, idque adhuc hæreat in ventriculo. Detur panacea. Quomodo curabit? procul dubio philtron iugulabit, & con-

Contradictio.

Philtrum.

& consumet sicut ignis stipulam. Nam negatur vomitu purgare nisi cum venenum fortiter amplexum est membra. Atqui tunc necessarium maxime erat purgare? Et valde dubium est, num ventriculum sit adiutura panacea, quia traditur iungi statim in lingua spiritui vitæ, qui cum instabilis sit, & discurrat per omnia membra, atque etiam magnam subinde partem exhalet, adeo vt necesse habeat nutritione crebra restaurari; tam frigitiuæ rei egon' confidam? Esto autem philtrum corporale quod non tam statim a fugace panacea possit alterari & consumi, sicut nec ignis facile consumit ligna humida: an non satius est id prorsus & primo cum tempore e ventriculo exturbari, antequam & ipsum se coniungat cum spiritu, aut substantiam ventriculi erodat? Si non purgat; ergo existentem in eo membro copiam non promouet ad intestina; neque etiam eiicit vomitu; nec in nihilum potest vertere. Quid mihi cum tali medicina? Verum purget. Quomodo id peragit? Sine dolore, ait, torminibus, conuulsione, coactione, & læsione membrorum: nec more turbulentorum infestorumque illorum, nempe Antimonij, præcipitati mercurij, Turbith, Esulæ, Colocynthidis, Scammonij, Ellebori, quibus adhibitis *Quomodo purget panacea.*

docti, indoctiq, multis ademerint vitam. Si id pręstat panacea, debet cum cibo quotidiano sumi, ne opus sit musculorum vẽtrem constringentiũ ministerio. Male etiam nobis prospexit natura dum stimuli gratia ad intestina deriuauit bilẽ mordacem. Panaceam debuit addidisse. Sępissime dolores, & coactiones eueniunt saltẽ naturæ conatu sine illo pharmaco. Et id non raro necessarium est, non processuris aliâs fecibus. Et quæ dementia persuasit Amvvaldo sennæ vsum, & suppositoriorum? An panaceæ virtus hic cum vitæ spiritu auolauit? Sed & cum a fecum ariditate, ariditate, acrimonia, & aliis proueniũt tormina, panaceę Amvvaldicæ etiam ius est in demulcenda stercora? Fortassis opij vim obtinet. Finge furias flatuum distendere intestina, & miserabilem excitare Ileum. Assyluanum medicamentũ tantum mare compescuerit? Nobilissimum dicitur esse. Fortassis non multũ curabit aluũ; sed expaciabitur cum spiritu vitæ & omittet spiritum illum mortis, cum quo illi nulla est cognatio. Iucundus est Galenicis ludio dũ præcipitatum & Antimonium inuehitur. Sciunt enim hos fructus nasci in hortulo Paracelsicæ chymiæ, & commendari etiã vltra panaceam. Reliquorum essentias adhibẽt iidem chymici, sed interdum longe furio-

Antimonium & præcipitatus.

furiosiores integris, vt in Gramanianis ostendimus. Galenici vtuntur parcius; & nõ nisi refractis. Non ignorãt modos preparationũ, quibus illa sæua tã placida redduntur, ac ouis est. Sed & interdũ necessitas exigit valida. Non repudiamus medicinas; empyricũ, imperitumq; vsum damnamus.

Aliquot porro centuriæ perhibentur haurire panaceañ in quibus vix vnus inueniatur, quem vomitu, aut secessu vacuet. Consentaneũ hoc est, neq; enim ego cũm multis dederim, id deprehendi. Sed tunc quomodo sola morbos curabit, & quomodo omnes? Vbi purgatio requiritur, aliõ medicamẽto opus est. Et ita solet etiã præscribere Amvvaldus ipse, & exẽpla allegatã contestãtur. Cadit ergo SOLIVS adiuuantis superciliũ. Quod si nihilominus dicas istos etiã absq; aliis adhibitis sanatos; mirabile erit saltẽ temperãtes ad Amvvaldũ accedere, & solo vitio intẽperiei simplicis, aut organico, aut soluta vnitate laborãtes. Sed in istis tã multis centuriis nulline fuerunt forti veneno occupati, aut phlegmate aut bile multa, quales expurgari a panacea dicebas? Qui prodigiose rẽ commendaturus est, eũ oportet memoria pollere, ne dissẽtanea dicat pro cõsentaneis. Nouim⁹ multis esse iniunctas purgationes, alienas, qui eis nõ indigebãt. Adeo Amvval. curæ est exhaurire pri⁹ sentinã, ne sola sanet panacea.

Rari purgantur panacea.

Si quæras, quî poſſit tantæ virtutis eſſe medicina &tam nullum negotium corpori faceſſere, & malum neque ſudore, nec vomitu, nec ſeceſſu depellere? Videntur enim hęc male conſentire. Reſpondet; Sæpe efficaciſſime operatur per vrinam: idq; ſine omni difficultate, & moleſtia. Audimus efficaciſſimum diureticū, quod tamē nullā infert moleſtiā. Sed mirum eſt, ſi vrinas potentiſſime ciet, cur nō continuatus eius vſus inducat diabetē; ſed potius hanc vt infra dicitur, curet. Cum in habitu corporis ſunt acerrimi humores quî ſemper poſſunt ſine moleſtia effundi? Quid ſi calculi? porreximus eam laboranti calculo veſicæ. Ille vero conquerebatur ſemper de aucto dolore, quoties hauſiſſet. Fortaſſis me dante non tam mitis eſt, ac dante Amvvaldo. Nec id mirum. Habent enim Paracelſici prudentes admodū eſſentias, quæ optime ſciunt quid & quando quovſque & aliter debeāt operari, adeo vt ſicut Gramanus, aiebat, ſaltem porrigēdæ ſint, medico de reliquo nihil ſolicito. Sed neq; ex his colligere eſt quomodo omnes morbos ſanet, & vniatur cum vitæ ſpiritu; niſi hîc conſueuit per veſicam exire; & omnium morborum eſſentia ſit intra venas & viſcera. Procul dubio enim ſemper diſtribuetur in venas, quia ſemper penetrans eius

Operatio per Vrinam.

Paracelſicorum medicina videntur ſapere.

ius natura dicitur, & familiaris ſpiritui.

Modus operationis deſcribitur his verbis: Quam primũ corpus intrat, aut ſaltem linguæ imponitur, coniungit ſe, commiſcetq; e veſtigio cũ ſpiritu vitę, cuius beneficio homo viuit, mouetur, & ſentit. Huic ſuccurrit ſtatim, confortansq; eum reddit efficaciorem, vegetioremq;. Actutum aggreditur morbos, & loca affecta, nec quicquam in corpore relinquit noxij, nec impuri, aduerſi, aut ſuperuacui: Imo nullum membrũ adeo paruum eſt, quod nõ penetret, ſcrutetur, percurrat, abſq; tamẽ noxa. Hæc ille. Apparet Amvvaldum nimis feſtinantẽ hæc concinnaſſe. Nam maximi encomij argumentũ fideliſſimum præteriit, loco oportuniſſimo. Infra audiemus talẽ ratiunculam: Spiritus vitæ (inquit) an non æque eſt in carne & cute ac in aliis mẽbris? Imo eſt. Ergo ſpiritus viuus in carne & cute, externa veneni applicatione æque poteſt lędi, infici, violariq; ac ab aſſumto. Eodem modo poterat cõcludere de panaceæ ſalute. Si enim ſpiritus vitæ non in lingua ſolũ eſt & ventre, ſed & in carne & cute; æque ei poteſt miſceri panacea foris adhibita, ac linguæ impoſita: Et ex conſequente, omnis plane nauſea ſublata radicitus eſt. Si enim quis nolit ori immittere; conculcet pedibus. Nã & ibi ſpiritus viuus eſt (vt lo-

Panacea etiam pedibus calcata debebat iuuare.

 quitur

quitur inepte) vtinam elleborū tam foris admotū sanaret ingenij morbos quam assumtum. Amvvaldo mitterem fasciculum pro forticapitello. Ego tam felix nō sum. Nam patienti meo in os ingessi, imposui linguę & buccis, demisi in ventrē; aut nullus ei spiritus vitę fuit; aut vana est illa coniunctio. Poterant & Galenici ex hoc ipso argumento non male suspicari e mercurio esse istam panacean. Hunc enim norūt inter mineralia pene solum foris applicatum penetrare totum corpus, & nullam partem intactam relinquere, sicut notum est aliptis Gallicanis. Impune tractamus arsenicum, marcasitam, cadmiam & alia. Non perrepunt. Mercuriū illinas parumper. Insinuat se e vestigio. Ita obseruamus, cum scabiei vnguentis miscemus sublimatū, eius vim in ore & intestinis sentiri. Ego ita nolim cōmendatam panacean. Si certandū esset Galenicis meis cum huius celeritate & coniunctione cum vitali spiritu; priores ferrent aquæ eorū destillatæ, præsertim aqua cinamomi, theriacalis, liquor iuniperi balsamus, olea illa celerrima ex aromatis & aliis, ne quid dicam de odoratis, quorum potiorem esse cum spiritu affinitatē, etiam plebs nouit. Ne quid autem dissimulem, postquam a calore in actum vocata est panacea percipitur aliquando penetrare ad mēbra. Vt in ea fœmina quæ

Aqua destillata & olea aromatica quædā celeriora quam panacea.

narrauit se veluti spasmum, in digitis manuum & pedum inde percepisse, & in capite puncturam; sed omnia breuia & innoxia. Dedi autẽ meam, non Amvvaldinam medicinam, verum eodem modo & ex iisdem paratam. Multos tamen audiui fatentes saltẽ circa præcordia motũ quendã extitisse. De lingua exemplũ habeo nullum.

Quod nihil impuri aut noxij relinquat in corpore, sed dicto citius ad membra affecta accedat; confictũ est ad lapidis grandiloquentiam. De eo dicunt, quod similiter ex metallis exigat omnia impura; imo interdum eis non misceatur propter sordes nimias. Hæc si vera sunt; mirũ est quomodo curet lepram confirmatam. Quomodo etiam consentiant hæc cum negata purgatione cumque morbi consumtione more ignis ligna corrumpentis; imo cũ experientia ipsa, & sennæ vsu ab Amvvaldo præscripto, fateor me videre non posse. *Panacea an nihil impuri relinquat.*

Quod admonere veteris mali asserit, id & ipse aliquoties deprehendi. Non est tamen καθόλου propter inæqualẽ dispositionem patientum seu partium sanatarum. *Panacea admonet de malo Vetusto.*

Cutem quibusdam decidere vel solui epidermida verisimile est. Nã id mihi quoque cognitum, sed non in parte omni, verum saltem vbi tenera ea est, & excrementis obnoxia, vt in interna femorum parte. *Cutis solutio.*

Sed hoc etiam his vſu venit quæ ſcabiem & ſimilia ſanant vitia, eſtque potius naturæ quam medicinæ opus, vt & ſeparatio impuritatum.

Renouatio. De renouatione, reſtaurationeque etiã infra dicetur. Si euenit hoc, medicinæ debetur ex accidente, naturæ per ſe. Et Galenicis medicinis, quin diætæ locisque mutatis & vitæ conditioni conuenit idem, absq; tamẽ Hyberbola. Mihi accidit vt Coburgi ob labores ſeueros triſtesq; aerẽ fœtidum, & victum non ſatis competentem, fere ſenium contraxerim. Ienam veniens ſpiritum ſanguinemque meliorem & conſtitutionem pene nouam accepi, adeo vt quaſi a morte reuixiſſe creditus ſim. Qui inter Paracelſicos ſapiunt, de tali renouatione loquuntur. Amvvaldi vero magnanimitas multo promittit altiora.

Reſtauratio ex loco mutato victu e vita genere.

Abſumtio morborum. Additur: Abſumit morbos vt ignis ligna. Non erodit; non adurit, nec inflammat; radicalem humorem non abſumit, ſed emundat ipſum, liberatque ab omni adhærente ſorde. Aeſtus naturam lædentes extinguit, & totam naturam ad æqualitatem, moderationemque perducit. De abſumtione ſupra dictum eſt. De vſtione vera ſcribit. Abſumere morbos, & humori radicali vim non inferre; item ſordes

& dyſ-

& dyſcraſian eius tollere citra eius paſſionem, eget valde forti perſuaſione. Sit humor radicalis ſiccior factus, quam natura eius requirebat. Panacea quomodo tollet ſiccitatem, ſi vt ignis morbos abſumit: An abſumere poteſt citra paſſionem ſubiecti? Quis ſuadeat vt eius prunis iniectæ fumus ad cerebri ſiccam intemperiem per ſe corrigendam hauriatur? Ex vi colliquãte inducat humiditatem peregrinam; at natiuam inſitamque quomodo? An nos inſanire putat Amvvaldus?

Æſtus extinguere ex accidente crediderim, diſſipata aut promota materia putreſcente & inflammata, vt in phlebotomia fit, & purgatione. Sed Amvvaldus hoc non admittit. Neque tamen fieri poteſt, vbi ſimplex eſt dyſcraſia calida. Nam etſi conceſſerim panacean eſſe ex calido & humido temperatam; non tamen inde conſequens eſt excedentis caloris per eam ſublatio. Nam gradu extremo peccans, non reducitur ad medium per mediocre. Nec confugient ad occultam virtutem. Manifeſta, ſimplexque, & elementaris qualitas in natura negligit occulta, & quę ſunt craſeos intimæ. Per ſe pellitur ſuo contrario quod eſt materia genereque idem. Ex accidente etiam demolitione ſubſtantiæ, & ſimili, ſed gradus fortioris.

An æſtus ex-ſtinguat.

De Antimonij mirabili natura. Verum enimuero, Iohanneshartmanne, tædet ſemper inhærere Aſſyluanis teretiſmatis. Digrediamur parũper ad campum contemplationis phyſicæ. Dictũ aliquoties de ſtibio eſt. Huius mirabilẽ naturam inueſtigatione dignã iudico, quanquam, a quo tractatur, magiſtrũ fumis ſuis aut abigere aut moleſtare ſoleat, nõ aliter ac apes prunis impoſitus fimus. In omnẽ ſe

E ſtibio plures colores. vertit colorẽ igni debito, aliiſq; artis modis tractatũ. Ego elicio præter nigrũ quẽ obtinet, candidum inſtar pompholigis, & alium more calcis albẽtem, rubicundum, fuluum, puniceũ, flauum, qualis eſt ochrę, croceum, cinereum, & hos in ipſo ſatis cõſtantes. In fumis licet videre & viridem, &

Extractio croci ex ſtibio. halurgum, & violaceũ. Cum maceratur lixiuio calcis tartari; aut facto ex calce viua & cinere fagino; e nigro quidem & crudo extrahitur eſſentia quædã ſubtilis perſpicua, quæ miſta cum lixiuio nõ apparet. Vt primũ affunditur acetũ, colligitur & auri colorem obtinet, qui poſtea abit in cro-

Extractio tincturæ. ceum. Si vero rubefactũ iniicias; extrahitur tinctura quædã, quam puto eſſe illud chymicis tantopere decantatũ arcanũ, licet illi ſpiritu vini acerrimo ſeu exacerbato fecularũ ſale doceant elici. Cum ſæpius

Regulus ſtibij. funditur; apparet regulus ſtellatus. Guttę n. candentes inſtar politi ſtanni aut argẽti,

fragilis

fragilis tamen,confidunt. In vitrũ abit vel *Vitrum.*
prima ſtatim fuſione,ſi recte agas ſed iſtud
neutiquam purgat. Hanc.n.vim acquirit
cum decies duodeciesve euaporauit. Sed
& fumi albi collecti (vocant albos flores) *Albi flores.*
furioſe admodũ commouent ventriculũ.
Terra cinerea quæ reſtat poſt flauitiei ſeu *Terra cinerea.*
croci extractionẽ, modice id operatur, &
interdũ ſine motu eſt. Calx alba diaphore- *Calx.*
tica eſt, ſicut & vitrũ ꝙ quinta liquatione
ſeu media conflatũ eſt. Aiunt & crocũ di-
midio grano datũ eſſe efficax remedium.
Ego nõ feci periculũ. Vitri tralucidi natu- *Vitrum pellucidum nõ purgans.*
ram nõ ignoras. Poteſt ita cõparari vt ſal-
tem ſudãdo vacuet, ſi vera ſcribũt chymi-
ci, id ꝙ credo fieri vel additamẽtis, vel vl-
tima pene ignis virtute, qua ita excoquit
vt etiã purgans vis exoleſcat. In ſæuiẽte ve- *Vitrum purgans.*
ro illo etiã aliquid miraculi ineſt. Nam co-
ctione & maceratione deponit quidẽ pur-
gantẽ vim in liquorẽ; ſed ipſum nihil per-
dit. Efficacia alteratiua id fieri iudicandũ
eſt, quanquã aliqui etiã ſpirituũ quid cõ-
municari exiſtimẽt. Si miſceas cũ ſale am- *Flores rubicundi.*
moniaco, & igni forti concluſum vndiq;
ne expiret, imponas; in ſublime eleuãtur
flores rubicundiſſimi cum albis. Sed tamẽ
vas optime munitum oportet eſſe. Nam
penetrantis naturæ & rumpẽtis eſt. Vbi li-
quatũ feruet, ſi nõ poteſt ebullire ſurſum,
deor-

Stibium fere totum spirituale. deorsum perrumpit. Totum enim est spiritus coagulatus; & totum in spiritũ verti potest excepta terra quadam fixa, quæ admista est. Sunt tamen quædã artificia, quibus figitur, adeo vt calx primum alba in igni constet, postea mutetur in rubeam, ex qua tincturam itidem extrahunt. Si affuderis aquã fortem; immensam halituũ effundit copiã: Et relinquit calcem albã. Elicitur ex eo aqua, & oleum, quæ mirifice commendantur a chymicis. Plurimum in eo hydrargyri coagulati est, id quod apparet dum similiter tingit ac corrosus aqua forti Mercurius, aut aceto forti dissolutum lithargyrum. Adhæret promptissime illa albedo corporibus metallicis.

Calx fixa.

Stibium cũ aqua forti.

Aqua & ol. stibij.

Pompholix stibij.

Vires stibij.

Sed cur quæso tanta operationis eius varietas est? Cur albi flores & vitrum vulgare infestissime purgant; crudum antimonium, pro analogia, nihil, neq; quicquam vitrum prioribus, fusionibus factũ. Medium vero sudores promouet, vt & (puto) vltime exagitatum igni? Sed & in manu artificis purgandi effectus est. Ita enim concinnari potest, vt pro libitu vacuet. Et profit vel manifeste, vel occulte. Tu ingeniosus es; facile causam expedieris. Ego, quia fabulari tecum institui, puto id fieri ob naturæ diuersa principia. Terram enim habet metallarem, cuius ratione

Causa variarum virium.

tione abit in vitrum, quo pacto & metalla eodem perduci poſſunt, vitreaque fieri, ſicut figulina indicat. Continet multũ hydrargyri coagulati quidem ſed non fixi. Nec deeſt ſulphur analogum. Hinc cauſſa primum eſt cur regulum metallinũ præbeat, poſtea cur oleum & aquam, quanquam ægre, emittat. Nam hæc eadem ex ſulphure & Mercurio eliciuntur. Præterea vna pars eius frigida humida eſt; altera calida ſicca; vna actionis impetuoſæ, altera mitionis. Si excoquitur igni, vt mitis natura plane diſcedat, relicta parte craſſiore fæce, cum terra fixa, furioſum gigni vitrum puto. Fumum vero album non minus purgare exiſtimo, quia tum terræ ſubtilior pars exhalauit vna, tum maior Mercurij fugitiui. Nam ſulphur perit inflammatione, & abit in ſpiritum aereum, niſi mauis igneum. Ventriculo itaque vis infertur a vitro illo, vel virtute eius depoſita in liquore, vt & a florib. ratione virtutis impetuoſe perrumpentis, & ſpiritum vſquequaque inſinuantis, idque ſine freno. In vitro adiuuat etiam natura terrea. Aliis placet igni tantam aſſcribere violentiam, ſed falluntur. Nam vltimo igni exagitatum vitrum longe redditur mitius, cum deberet euadere ferocius, ſi ignis cauſſa eſſet. Alij veneni quid tota

Principia ſtibij.

Cur albi flores purgent.

Stibium ab igni non acquirit ferociam.

An ſtibium venenatũ.

ſubſtan-

ſubſtantia aduerſum ventriculo, & naturæ humanæ, eſſe ſuſpicantur. Cum primum.n. illa violenta in ventrem ſunt demiſſa, & incaluerunt; adeo commouetur natura, vt quicquid habet vna cũ illis excutere feſtinet. Et hoc eo magis coniiciũt, quia nec odore nec ſapore, nec alio ſenſu quicquã violenti ante deglutita poteſt deprehendi. Non pugno de hac; veruntamẽ illis principiis, eorumq; ſubtilitati impellenti cum impetu, & ſpiritus diffundenti paſſim cumulate, eundem tribuo effectũ. Alia naturam paulatim laceſſunt, hoc cõfertim. Et ſi quod eſt æque valens, id præſtat idem. In principio autem non purgat, proportionaliter datum, quia frena non ſunt ſublata. Nam certum eſt ſulphur eſſe mercurij capiſtrum. Vbi hoc valet; iners eſt ille. Vbi vel parum vel nihil eſt ſulphuris; ille vim ſuam impendit. Itaque & cur diaphoreticum inde fiat, eodem collige modo. Temperatura enim quædam eſt facta; & hydrargyro aliquid permiſſum; ſed habenis non nimis laxatis. Aliqui putant ſtibij eſſentiam eſſe regulum, & vitrum illud purgans. Itaque volunt ex amplo in anguſtum perueniſſe qualitatem; Et inde tam ſæue operari. Illis aſtipulari ego nequeo, quanquam eſſentiæ vox ſit lati admodum vſus. Eſſentia miſti miſta adhuc

Cur primũ vitrum non purget.

An vitrum & regulus ſint ſtibij eſſentia.

adhuc eſt & craſin ſuam obtinet. At vitrum illud ex corrupto iam ſtibio factum eſt. In vera eſſentia adhuc colligata ſunt illa principia, depurata tamen ſumme. At diuaporationibus & vſtionibus toties repetitis, quis credat ſulphur proportionatum cum ſuo mercurio manere, cum vtrumque ſit fugax? Hoc addo, mihi flores illos ſuſpectos eſſe ob terram arſenicalem, aut ſpiritus tales commiſtos. Scio enim Arſenicum eſſe ſulphuris compar, & exhalare venenum, adeo vt corpus eius relinquatur tandem omninò innoxium. Itaque, licet quidam negent arſenicum vi venenata nocere, quia ſaltem erodat acredine, tamen dixi me pugnare de illo nolle. In vitro terreo non quidem ſit arſenicalis vis; ſed quia concurrit mercurij ſubſtantia cum terra vitrea; neutrum tamen plane eſt fixum; ſublatum etiam frenum eſt maxima ex parte; ideo non minvs valere iudico. Si vitrum iſtud domes vberioribus ignibus; ſaltem mineralem vim, digerentem reſoluentemq; retinet, volatili mercurio penitius extracto. Tale quid euenit & aliis rebus combuſtis vt cornu ceruino, herbis & aliis ex quibus ſal diaphoreticus conficitur. Colores illi tam varij ex potentia mineralis metallariſque principij educuntur. Noſti ipſe quod mercu-

Flores albi purgantes ſuſpecti.

Arſenicum.

Colores ſtibij.

mercurius solus, & sulphur solum igni proportionali tractata, varios induat colores, flauum scilicet luteũ, croceum, albũ, candidum, puniceum, rubrum, purpureum, viridem, nigrum & reliquos. In præcipitato faciendo id obseruatur. Et sulphura inueniuntur varia. Metallici in mineris & venis argenteis, & reliquis omnes pene inueniunt. Excoctores in flamma similiter conspiciũt varios. Quid quod ex mineris, terræ colorantes omnis generis suppetant? Et quantum in coloribus mutandis virium habeat ignis, igneaque vt aqua fortis, qua eliciuntur ex metallis etiã excoctis colores: spiritus vini, & alia, non est ignotum. Sed manum de tabula. Sat expaciatum est. Tu iudica, & me informa. Sum enim φιλομαθής.

VII. DE TESTIMONIIS AMVVALDI.

De testimoniis Amuualdi.

Accedo ad testimonia ab Amvvaldo producta. Vellem artificũ essent omnia. Nosti enim longe aliis oculis intueri res τοὺς τεχνίτας quã ἀτέχνους. Et non raro ipsi patientes, nec morbum suum satis intelligunt & enunciare possunt, nec quomodo, & a qua re obtigerit salus. Nec illis astitit Amvvaldus. Sed absens ex scri-

Aegroti sæpe fallunt indicando.

ptis cognouit de effectu. Vellem etiam nihil affectui fuisse datum. Veruntamen nec artifices aliqui desunt, nec bonorum istorum virorū testificationes eludendas censeo. Nam & ipse dico expertus, nonnullā esse panaceæ virtutem, licet non agnoscā nec compererim tantam, quanta prædicatur, nec quomodo commendatur eius effectio. Percurram singula breuibus.

De podagra testimoniū & desperatis.

Haslerus philosophus & medicus ait, podagras & alios morbos, relictos ab aliis medicis, sanatos esse panacea. Si quis medicus in medendo aberrat; id arti imputādum non est. Scimus in vsu præceptorū & accommodatione ad singularia & praxin, variare ingenia, & innumera alia interuenire. Non desunt alias Galenicis felicium curarū exempla in podagra, morbisq; articularib. Crato prædicat diaphoretica & hidrotica, quale est cornu cerui vstū. Alij oleū ranarū in calida, vt Theodorus. Lemnius catulos vnicolores. Erastus puluerē ex officulis & cornu cerui. Mizatdus ebulū ex quo alij vnguentū miræ virtutis cōcinnant. Rulādus noster aquā antipodagricā cōposuit. Nec mihi displicet aqua metallaris, cuius descriptio hæc est: Cape folia ebuli; corticē interiorē sambuci, melilotū & flores chamæmeli. Coque ex aqua ferrata, seu extincti chalybis, aut cupri excocti,

Antipodagrica.

Aqua metallica ad podagrā externi vsus.

aut scoriarum restinctarum. Cola & serua; solue postea cupri debitã quantitatẽ, aqua forti. Et huius solutionis vnciã misce prædicti decocti librę vni: Adde de sublimato mediũ scrupuli. Potes mitem vel acrẽ facere pro præsente statu. Inhibet affluxum; quæ affluxerunt, digerit, & dolores tollit. Sed vtere medice foris accõmodando. Alij qui vtuntur aqua aurifabrorum, in cocto meliloto, addita aqua forti & sublimato, ex cornu ceruino eliciunt oleũ rubeum, itidem efficax. Compertũ & vitrioli oleũ est & salis, cum ol. Terebinthi. Aliis profuit ligni vsus: Adhibitus est & puluis Iouis, VVirsungi, pil: comitis & alia innumera, quorũ vt empyricus & temerarius vsus nocet, ita medic⁹ & prouidus ꝓdest, quanquã nemo nostrũ tantę sit cõfidentię vt omnib. indiuiduis promittat salutem.

Aqua aurifabrorũ.

VVilandi testi. nouum inutile & malum.

VVilandus theologus in iudicãdo pronunciandoq; est audacior, sicut solẽt imperiti in negotiis alienis. Amvvaldo omnes medicos alios absq; discrimine opponit, illi mirifice laudato hos vituperatos. Sed eius testimoniũ nullius est momenti. Mutuum muli. Non persistit in medicis; artem arrodit, & artis materias, herbas, ligna, haustus, &c. Temerarij hominis καὶ ἀλλειοτπιστόπτε καὶ πολυπράγμονος temerarium iudicium, futilis lingua.

Conra-

Conradus Leius Theologię professor fidelior est testis. Non sibi de arte medicisq; sumit iudiciũ. Quod vidit, vt vidit & iudicãuit, recitat. Est autẽ memorabile eius sanationis exemplũ. ῥοπὴν de qua supra dixi considera, & quã facile contingat aliquando sanare. Incidit hic Luculli & Pompeii historia. Lucullus vicerat Mithridatem; Pompeius in locũ victorię & triumphi venit. Ille medicus expugnauerat morbũ, restabat naturæ exstimulatio, sine qua torpor erat futurus, & vel recursurus morbus prior, vel grauior cum morte ipsa successurus. Accessit anus porrectaque herbula naturã excitauit, & laudẽ sanati grauissimi desperatiq; retulit morbi. Non ita iudico de hoc præsente casu. Exempla recito, in quib. visum fuit simile quid euenire. Multum fiducia valet, & phantasia. Sępe vnum edulium desideratũ restituit; sed præter τὸ πολύ. Nã hoc etiã penitus suffocare & destruere naturę vim compertũ est. Aliquib. inuisa sunt Galenica, quia putãtur vulgaria. Ideo non tantũ parũ spei in illis ponũt (quantũ fas est hic de spe loqui) sed & nauseant. Omne vero nouũ gratum. Ibi exultant. Spiritus promuntur, fiuntq; alacres. Quid mirum si tunc vel quiduis sanat? An ignoramus τὴν τύχην in medicando frequenter concurrere?

Sanatio præsentanea.

Multa restituunt præter opinionem fortuito potius quam ex arte.

Poeta de medico iudicium. Taubmannus poeta medicum imperite operantẽ ridet. Alios & artẽ; relinquit intactam. Auritum, oculatumq; se exhibet. Mallem nõ risisset poeta medicũ: iuuenis de facto veterani iudicasset; oculis auribusque poeticis medica opera inspexisset.

Erhardus Heringius historiam recuperatæ salutis texit. Neminem lædit.

Paracelsicus insanus. Iustus Zĩmerman male collocauit oleũ. Vno dicã verbo: INSANIT. Dũ ait: Vulgaris misere nos medicina negat, MENTITVR.

Testimoniũ de putredine & Venenis. Iohannes Cuno Noricus proculdubio iudicat medice. Vim tribuit panaceę contra putredines & venena. Id ita esse cõsentaneum est. Sed nostris officinis nõ desunt terrę elotę. Pazar puluis saxonicus, cornu cerui, sulphur, citriũ malũ, Theriaca, aquę theriacales, & omnino plaustrales copiæ.

De calculo. Vvilhelmus comes Suartzburgicus calculum sanatũ, & alium deploratũ, tradit. Vtinã modestius locutus esset de omnib. medicis, qui in cura se turpiter dederint. Bene agit, qui secundũ artẽ operatur, licet scopum nõ assequatur. Et forte non sunt adhibiti OMNES. Multi moriuntur ab Amvvaldina, quæ non data erat mortis gratia, sed salutis. Incurabilem affectũ iudicatum fuisse credo. Sed audiantur medici; qui incurabile pluribus modis accipiunt.

Bernhardus Gôlerus Rafensbergius in morbo

morbo filij magnopere prædicat efficaciã pulueris. Quis morbus fuerit; aperit filius, nempe vitiũ pulmonis in ſoluta vnitate; tuſſis dolorifica, & ruptura. Ego ſciens loquor, teſtorque in pectoris vitiis multum prodeſſe panacean, & cõſentire principiorum virtutem. Sed Galenicis non deſunt ęque valentia, vt eſt aqua & oleum ſulphuris cum ſyrupo violaceo. Præclarum medicamentũ fieri ex radice Altheę, ſymphytiq; maioris, aqua tuſſilaginis, & ſacharo candô, & penidiorum teſtatur Foreſtus. Chynam cõmendat Mercurialis. Rulãdus noſter ſpiritũ vitæ, aquã benedictã & ſimilia cõperta habet. Amatus ſulphur viuum & benzoin: Alexius ius intra malũ aſſum, ſicut Foreſtus mel roſaceũ ita concinnatum, & alij alia prædicant. Rupturæ ſpeciem expreſſam oportuit. Quamuis Herniam ſanari panacea, fidei ancipitis eſt.

De Vitiis pulmonis ſeu apoſtemate.

Panacea præſtans medicina in pulmonum Vitiis pluri mis.

Iohan VVilhelm Kerſtingerodanus nominatim philtri mentionẽ facit, generatim aũt perſtringit multa. Nil detraho fidei. Galenicis nõ deſunt aquæ benedictæ, puluis moibani, radix cynogloſſi, & in malo recẽte cũ adhuc eſt in ventriculo, multa ſunt vomitoria longe rectius promtiuſq; adhibenda, panacea, vomitũ nõ mouente.

Philtrum.

Rhodomannum quod attinet, is quidẽ initio ſe adiutũ panacea teſtari poteſt, per-

Rhodomanni teſtimonium Vacillat.

curatum neutiquam. Aegrotus enim Ienam accessit, ibique sat diu pene fixus hæsit. Quod conualuit; loci naturæ salubri, victus & aliorũ mutationi, quæ in chronicis plurimum habet momenti, potius quam pulueri assyluano tribuerim.

Magicum. Martinus Begius ridendus est cum suo Bereschith. Ex Amvvaldo magum facit, aut superstitiosum. Laudari ita nolim. Si panacea ex eo principio prodiit; fugiant eam pij. Aegrotare malim quam a diabolo mõstrato remedio sanari. Paracelsici tamẽ non erubescunt etiã a malo genio discere.

Paracelsici diaboli discipuli.

Diaphoresis. Adamus Franciscus abbas ad fontem salutis diaphoreticam panaceæ vim prædicat, qua euaserit difficilem morbũ. Laus hæc ex accidente est. Dicebatur.n. panacea per se sudorem non excitare. Sponte venientem, non esse prohibendum. Eo modo fortassis curari poterat etiã a Galenicis porrigentib. terras sigillatas, cornua alexicaca carduos benedictos cum asaro, chynas, sarsas, petasitas, theriacas & innumera alia. Fieri tñ potest ut a diuerso agẽte diuersimode moueat̃ natura. Itaq; nisi Amvvaldus ipse obstaret, ferremus testẽ.

De spasmo manuum. D. Simonis Eiseni imperfectum testimonium est. Amvvaldus perfecit ipse. Si adhibuisset ille Galenica debito modo, aut per negotia illis vacare potuisset; reperisset

periſſet pariter efficacia. Aquam ceruini cornu teneri experiri libuiſſet. Aula potuerat pazar ſuppeditare; myropolion vnguentum ranarum, & alia. Eſt tamẽ panacea in correptis ſpaſmo non inefficax.

Abelus Scherdiger ex obſtructione, humoribus repẽte ex terrore motis, & in venas dextri hypochõdrij epatisq; impactis laborãs, præmiſſa purgatione fidelẽ comperit panacean. Conſentio. Nam ad obſtructa eſt idonea. Sed ègo meo exemplo docere poſſum noſtratia non eſſe repudianda. Et quoties expedimus talia & pondera hypochondriorũ tollimus aqua extincti chalybis: imo & electuario limati: ſpiritu vitrioli; gentiana, carduo, intybis? Præſtant tamen metallica in diuturnis. *Obſtructio.*

D. Ortholphus Marold medicus miraculoſe curati militis hiſtoriam refert, dante panacean maga ex grege Zingarorum. Ergone Amvvaldi emiſſarij ſunt Zygeuni? Si Maroldus dediſſet; probarem virtutem. In maga repudio. Vocat diuinum medicamentum. Non aduerſor. Sunt & Galeno θεῶν χεῖρες. *Miraculoſa cura per panacean datam a Zingara.*

Abelus Scherdiger prodit denuo & ſtuporis in crure ſanati, calculiq; renalis ſeu nephritidis mitigatæ hiſtoriam commemorat. Conſtat noſtros raro requiri in ſtupẽtibus membris, vt & in atrophiis. *Crus ſtupidum, & Nephritis.*

Ad barbarũ tonſores accurritur. His plus fidei & autoritatis eſt quã medico. Alias vitrioli ſpiritus; pot⁹ ex chalybe, vel auro, caſtareo, vel ſpiritu vini infuſis quæ oportet, &c. foris, balſamis, ol: ſuccini Galbani, ſulphuris, ſpicę &c. nõ fuerant inutilia, vt & aquæ ſtillaticiæ ſaluiæ & meliſſoph. cum caſtoreo, &c. Nephritin quod attinet; fateor ad eã aptã eſſe panacean. Ego vero eam aliquoties ſanaui ſine panacea, prę ſertim vbi arenæ calculiue exiſtunt. Valet tunc ſpir: vitrioli datus ex ſyr: roſ: aq. Alkekengi & chamæmeli. Efficax eſt & ol: Tereb: reſinę abiegnę; iunip: ſuccini, &c. ſal limoniorũ; alliũ & innumera, quæ ſunt medice adhibita.

Nephritis et calculus renum.

Tenaſmus Nephritis alui fluor.

Caſparus Herrenſchuagerus, tenaſmo, nephritide & profluuio laborans, ſalutem ex panacea ſibi contigiſſe profitetur, ſalſe irridens medici Gothani ſarcinam medicamentariã. Proculdubio cognouit ſuũ morbum medico dicente. Alioquin erat dubitandi occaſio. Peccant noſtrates non raro copia medicinarum obſtruſa. Non in copia eſt ars, ſed in paucitate bene vſurpata. Eſt autem & in cenſoribus vitium, quod ſemel obiectum fuit in vaſis tumẽtibus, creditũ fuit multum, cum fortaſſis ad morbum fuit paucum. Interim non conſideratur quoties haurienda panacea ſit, ſi continuãdus ad finẽ vſus eſt, & quanta co-

Copia medicinarum ſemel obtruſa.

ta copia vna, ſorbenda. Amvvaldus certe præſcribit ſatis multa purgantia, atque etiã ollas & cantharos replet. Adde his panaceam centies ex iuſculo ſorptam, ſi vno intuitu videres omnia, an non forent grandia? Decipiunt chymici ægros oſtenſa paucitate. Præcipiunt drachmam ſpiritus vitrioli in paruulo vitro contentam. At ei diluendæ ad vſum tres libræ liquoris vix ſufficiunt. Illæ non æſtimãtur. Cur? Quia vel vinum vel cereuiſia vel ſimile quod allubeſcit, liquor ille eſt. Noſtrates his aſſueuerunt adeo vt etiam ieiune potent, ſicut ieiuni edunt, idque citra faſtidium. Nam & noctu a quorundam lectulis non diſcedit cenophorum. Dicendum tamen quod res eſt. Ille medicus videtur fuiſſe fatuus. Deceptus enim ſtolido Cardani putidi iudicio ſecus ac res eſt de mineralibus, & metallicis pronunciauit, cui recte ſe oppoſuit medicus alius. Eiuſmodi ſycophantæ inueniuntur plures. Quod addit teſtis, ſe ad inopiam pene perueniſſe, neque tamen poſt Galenica quicquam lenimenti ſenſiſſe; ſua culpa paſſus eſt. Cur enim adhibuit hominem imperitum? An credibile eſt eum recte de morbo pronunciare poſſe qui in medicina tam eſt infans? Ideone vituperanda ſit ars aut medica materia? An Galenici nihil habeant ad ne-

Amvvaldus non inops medicinarum:

Vituperator mineralium temerarius.

phritin, tenaſmum & profluuiũ? An ante panacean hæ affectiones non ſunt ſanatæ? Vix mihi perſuadeo iſtis laboraſſe dominum paſtorem. Nam nec medico credo, nec patienti. Cauſa de medico dicta eſt.

Mirificum teſtimoniũ de vnione panaceæ & ſp. vit.

De patiente iam audi. Affirmat ſe percipere euidenter quomodo panacea cum ſpiritibus vitalibus miſceatur. O hominẽ ſenſatum, qui ſpiritum, non dico craſſum vaporoſumq; halitũ in inteſtinis, ſed ſubtilem illũ qui cerebrum perreptat ſolidũ & vniuerſum corpus; vnde & ἄδηλος διαπνοὴ dicta, ſentit; Et quidẽ vniri ei panaceã quæ eſt puluis valde grauis. At inquiet motũ in me factũ ſenſi. Eſto iſtud. At ille non erat coniunctio ſpiritus vitalis cũ panacea. Promotio materiæ erat; vaporũ ex reſoluta eadẽ diſcurſus erat; naturæ in opus incumbentis erat. Tam craſſe deceptũ putes potuiſſe agnoſcere ſuũ morbũ? Mihi aliquãdo tenaſmus occurrebat. Agnoſcebã illum ex ſuis ſignis. Patiens aſſentiri ante curam nolebat. Poſt conuictus herbã porrigebat.

Patiens incredulus.

Nephritis.

M. Bartholomæus Hettlerus profuiſſe ſibi in Nephriti teſtatur. Veriſimile eſt. Si curauit; rectius habuit, & teſtis panaceæque certitudo maior.

Rhodomannus conclamatum de ſe a Galenicis omnibus in carmine dicit, fortaſſis poetice magis quã vere. Multũ debet Ienæ

Ienæ. Fere enim & Amvvald' cōclamasset.

Podagra.

Simon Lentz vsus est purgante ante panacean. Ab hac adiutum se scribit. Vsus idem est etiam Antipodagrica Rulandina. prædicauit eandem. Orat pro constantia, quam meo voto consequatur.

Arthriticus.

In testimonio Iohannis Röslini, qui se similiter adiutum in præsens scribit, apparet ingeniū quorundam deprauatum, inuidiæq; plus quam veritati deditū. Ita autem me intelligas. Soleo & ipse dissuadere imperitorum cōsultationes. Sin palam est, alicubi extare medicinam famosam, & patiens eam desideret, nec appareat noxa memorabilis, imo videatur potius profutura, quæ me intemperię agitent, vt prohibeam? Operam potius meam deferam, & medicum vsum ostendam. Ita enim & sigillatas terras accersimus & alia quibus medicam materiam hactenus valde nobilitauimus præsertim opera chymica confecta.

Malus mos quorundam repudiantium & damnantium ab aliis adhibita feliciter antequā nouerint.

Chiragra podagra.

Iacobus Behem confidentior est prioribus duobus. Funditus sanatum se, & abactam chiragram, podagramq; affirmat. Gratulor illi & panaceæ. Quid si rediret malum? Panacean non vituperem id quod tamē multi plebeio potius & ignauo odio inducti quā sani cerebri iudicio faciūt. Febres multorum sanaui. Nulli astrinxi fidē meā de nō recursuro eodē specie morbo

Vanum iudicium, de recidiuis.

post

poſt annum. Si redit; ſano iterum, quantum licet.

Vertigo ſcotoma. M. Henricus Frey de vertigine & ſcotomate dicit. Non poterat teſtari, niſi inuectus ſimul fuiſſet in prolixũ proceſſum galenicorum, qui moueat faſtidium. Si ego ſimiliter conquererer de prolixis paſtorum concionibus, crabrones excitarem. Quid enim mihi cum paſtoratu? Et quid tandem illis paſtoribus cum medicina? An Amvvaldus ſemper breui manu ſanitate permutat morbos? An ignorat etiam nos laconice curare? Legat noſtrorum libellos ſi vacat. Scotomata vero & vertigines putarim me ſanare poſſe ſpiritus vitrioli paucis poculis; Vt & ſuccino & oleo eius; rore marino, ſaluia, cornu ceruino, oleo aniſi & ſimilibus. Sed quî tibi placet hæc ad apoplecticos, epilepticos vertiginoſos & ſimiles compoſitio? Cape ol: nucis moſch: expreſſi drachmam vnam. Ambræ gryſeæ grana ſex. Ambaris nigri grana tria. Moſchi grana ſex. Zibethi grana decem. ol: liliorum conuallium, & ol: de ſuccino albo ana guttas aliquot; fiat vnguentum ad nares, palatum, fauces, coronam, tempora. Simile extat in cratonianis & apud Andernacum, quanquam hic in procliuibus in apoplexian Ambarem vitare iubeat, vt & in vertiginoſis.

Prolixitas Galenica.

Compoſitio ad morbos frig. humidos.

Memo-

Memorabilem hiſtoriam habet pharmacopola ad fontem ſalutis de vxore puerpera tumefacta. Veriſimile eſt obſtructas vteri venas fuiſſe. Panacean autem aperire obſtructiones, & menſes mouere ſcio. Negat alia medicamenta vtiliter adhibita. Fortaſſis temere ſuaſu mulierculanum, aut etiam priuato ipſius conſilio applicata ſunt. Nam in eiusmodi caſibus raro conſuluntur medici. Rulandi noſtri Heracleum; ol. Succini: liquor tartari cum vino pulegiato & caſtoreo & ſimilia non ſunt inertia. *Puerpera tumefacta.* *Menſes morantes.*

Vltimus teſtium eſt Andreas VVeirer, qui de hydrope refert. Crediderim iſtud. Nobis tamen ſunt non inferiora; Vt extractum eſulæ Rulandi vel Andernaci; medicinæ chalybeatæ; crocus martis, ſpiritus vitæ Rulãdi; Succus iridis noſtr. cum ſoldanella, cortex interior ſambuci recte præparatus; Liquor tartari cum aqua gẽtianæ, Spiritu vitr. & aqua ſulphuris theriacali. Fallopius dabat euphorbium; item elaterium cum ſucceſſu. Alij aliud comprobarunt. In eadem epiſtola tribuitur Amvvaldo peculiaris ſcientia viarum & regionum ante incognitarum. Quin & ars liberandi excantata metalla. Non temere dictus fuit ſuam artem ex Bereſchith hauſiſſe. An duce eo vſus eſt, quem poſ- *Hydrops.* *Magicum Amvvaldo tributum.*

cere

ſcere docet Arbatel? Dicit ſe inuitum iſtas literas addidiſſe: quia ab aduerſariis multum ſibi fiat negotij. At ego non video quid faciant ad rhombum. Admiratio cognitionis arcanorum captanda fuit. Sed caueant quidam Paracelſici ne ad vulgus dimanent inſidiæ Diaboli domeſticæ forma muris aut aranei. Multum ei ſimulationi ineſt hypocriſeos. Non accuſo; nec læſam viri famam volo. Moneo circumſpectius actum oportuiſſe, & eiusmodi epiſtolas luci ſubtractum.

Hactenus teſtes auxilij. Nam aliis Harpocrates aſtitit, vt inutiles offas non poſſint exponere. Non autem aſſequuntur illa omnia dignitatē τοῦ καθόλου, ſicut ipſe vides.

IIX. DE CONSILIIS AMVVALDINIS IN SINGVLIS Morbis.

Particularium morborum claſſes.

De iudicio centum & ſedecim morborum ſeu potius titulorum & ordinum particularium, nō opus eſt multis ad te qui es perſpicaciſſimus ingenio, iudicio vero etiam acutiſſimus. Nam non decet in lucum ligna. Aliqua ſaltē libet quaſi temporis fallendi cauſa tecum percurrere. Numero dictorum ordinum omne morborū, cauſarum, ſymptomatū, genus eſt complexus, adeo vt ſi etiā alicuius incomperti & innominati morbi aut affectiones ſint, hęquoq; inclu-

includantur. Est autẽ sententia eius, inductione probare, omnes sanari ope panaceę. Quia vero aut odiosum erat catalogũ morborũ, alias non iucundorũ auditu auscultare; aut nimis simplicis noticiæ videbat nihil medicinarũ didicisse, præter panacean, panacean (nã hoc infame est aliquibus plurimum rhabarbaro vtentibus, quasi nihil possint scribere præter barbariem) aut etiam quia fides vacillabat, quãquam in vestibulo legeramus vocẽ SOLA, placuit ex herbariis, & syluis medicinarum comportare plura alia, panaceæ suppetias latura, & ipsam salutem sanatura. Hoc autem dum fecit, LONGE LONGE alia vtitur medicina, quam Galenici. Redigit enim more paracelsico omnia in essentias; nulla daturus integra, quia vt Paracelsi nepos Gramanus disputat, omne integrũ est venenũ, & vtens eo, est veneficus ad crucem adigendus. Sed hæc ἄνω ποτάμων. In auxiliis numerantur diæta, chirurgia, pharmacia. In prima cibi, potus, exercitia, aer, vacuationes &c. Affectus non admodum attingũtur; quia eos, vtpote morbos animi, sanat panacea. In chirurgia venam saltem secat & sacrificat. Aliquãdo etiam vulnera exterget. In pharmacia habet herbas, ligna, flores, fructus, radices; raro mineralia & animalia. Sunt illi & infusiones, potiones, pulueres

Cur AmVVald videatur auxisse panacean & antiballomena posuisse.

AmVVald γαληνίζει

pulueres, electuaria, pilulæ, ſuppoſitoria, epithemata, vnguenta &c. Vt iures Myrepſum reuixiſſe ex medio Galeno. Hæc commemoratio nobis prodeſt ad iudicandam infra vniuerſalitatem panacæariam.

Febris, ſitis. In febri commendatur ad ſitim panacea, & cordis refectionem in ſyncope. Ibi cum multa aqua hordeacea ſumtā oportet: Hîc cum roſacea, addito aceto citrio & pauco maluatico, modo æger os aperire poſſit & bibere. Simplex puluis per ſe ſiccus, quî tollet ſitim? Si diffluerer more ſacchari; veriſimilior res eſſet. At non diffluit. Vide an prima ſtatim acie collabatur illud Sola.

Peſtis. In peſte curauit aliquorum ſaltem carbunculos ſine vnguentis, emplaſtris, & eiuſmodi Paracelſo inuiſis Galeniſmis. Multos vnxit. Vbi Sola? Fieri autem illud in debili principio aut reſtincto iam, aut expurgato veriſimile eſt. Sed quî tunc minus naturæ virtus, quam panacea egit?

Magicæ ſortes. In magia & incantamentis ſingularem peritiam iactat cum Galenicorum opprobrio, vt quorum pharmacopœiæ nihil habeant ad præſtigias magicas. Fatemur noſtræ artis impotentiam. Nam vltra naturam, cuius miniſtra eſt, pennas non eleuat. Salomon inueniſſe dicitur radicem dæmo-

dæmonifugā. Fortaſſis cynogloſſum fuit, aut morſus Diaboli. O læuos nos qui ignoramus diabolū cum magia ſua fugari poſſe herbis, & ſale conſecrato, & cereis. Si Amvvaldi panacea poteſt incantamenta tollere, cur non abigeret earum cauſam? Sed magna infamia noſtram artem liberat. Nam cognitū eſt ſortes magicas non ſemper ne a magis quidem tolli poſſe aut ſi recantentur, impingi tamē in aliud debere. Etenim omnino ſine noxa non infliguntur; Si Amvvaldus ſortes tollit; aut Deus erit, aut diuinā virtutem habebit; aut magus exiſtit, aut cum magis habebit commercium, & vno ſanato alterū interimet.

Ars Galeni dum incantamenta tollere nequit, laudatur, non vituperatur.

Sed inquiet, iſti tollendi modi non in panacea aſtruuntur; ſed hi, qui fiunt, vitio dependente a naturali aliqua cauſa, quo pacto Lullius docebat Diabolum poſſe exigi, & noſter Rulandus cum Deo ſpecimen edidit. At inquam primum magnam quæſtionem eſſe, fuerit ne is morbus ex incantamentis contractus. Nimis enim hoc plebeium eſt, quemuis etiam morbum ad magas & Diabolicas ſortes referre, ſicut hac ipſa ſeptimana duo me compellarunt eo nomine ruſtici. Deinde ſi panacea eo modo ſanat, credendum & noſtris eſt, qui dicunt philtra, & eiuſmodi carminibus vel ſortibus inflicta mala aufferri poſſe terra

Diabolus exigitur medicina.

ſanĉta Rulandina; aqua eiusdem benedicta, antidoto moibani; radice cynogloſſi; mercurio, Scaligeri & Matthioli antidotis. Plebs vtitur clinopodio, hyperico, polytricho, morſu Diaboli & aliis. Noſter myrepſius interim taceat, ne fiat paracelſic⁹ excantator, aut exorciſtes. Apte conuenit huic loco Bereſchith ſuperius, & vltimum teſtimoniũ. Sed ſi Amvvaldo ad veneficia incantata prodeſt ol. Hypericinum; Serpillum, Hypericum, ruta, baccæ iuniperi, origanum, cur non Galenicis, qui earum rerum primi ſunt inuentores, & celebratores?

Capitis affectus. In affectionibus capitis Omnibus traditur panacea ad ſanandum proficua. Ergone etiam vbi lethargus eſt confirmatus ex apoſtemate? Multas dotes exhibui ei qui ex cerebri apoſtemate decumbebat; ſed fruſtra.

Memoria defectus. In memoriæ defectu mirus eſt agyrta. Narrant chirurgi quendam ex ingenti vulnere memoriam perdidiſſe. Illumne reſtituiſſet panacea? Quid ſi ſiccitas nimia ſit, quid tunc aget? An humectabit? Non videtur, niſi colliquet. Sed tunc pro vno vitio habebimus geminum, meminit hic terræ ſigillatæ. Eſt placentula ſigillo Amvvaldi triquetro impreſſa. Terrã non eſſe reor, niſi miſta ſit. Sapit Zedoariam, & ſpicæ

Terra ſigillata Amvvaldi.

& ſpicæ oleum. Reſolui in aqua. Apparuerunt particulæ ſimiles calci, quædam albæ, quædam etiam rubræ. Aqua turbidior fiebat. Ego ſimilem facerem ex Zedoaria, oleo ſpicæ, terra lemnia, cornu cerui vſto, ſulphure pauco præparato, camphora & ſuccino albo incorporatis aqua ſpicæ, quibus omnibus aduerſus venena & putredines inſignis ineſt virtus. Sũt & diaphoretica. Fincelius putauit eſſe ſulphuris arcanũ: quod mihi non fit veriſimile. Iſti quã dixi compoſitioni, auſim plus tribuere quã panaceæ, quanquã Amvvaldus hãc præferat.

Apoplexiá. In apoplexia videndum eſt an, ſi a plethora ſit, panacea poſſit venas aperire, & pro chirurgo eſſe. Sed cur trienniũ in præſeruando conſumendum eſt? Cur ſumenda triduo ante plenilunium? An panacea dedidicit aſtralem naturam, de qua ſupra? An hîc ſunt obſeruandæ aſtrorum virtutes? Fingit ſuis patientibus pilulas ex ellebori falſi ſeu noſtratis extracto. O delicatam medicinam. Ego vix quicquam amarius horridiusq; cognoui. Atqui Galenicorũ pharmacopolia eo nomine ſunt inuiſa. Sed cur ſupra aiebat doctos indoctosq; per iſta pharmaca, in quibus & ellebor' erat (noſtras autẽ nequaquã inferiorẽ vim habet nigro hippocratico aut vulgari) multis vitã ademiſſe? Cur ipſe ſuadet

Præſeruatio procuratá triennio.

Elleborus noſtras ab Amvvaldo ſuaſus.

Contra dictiones.

elleborum? Nisi fallor prima pilula debetur Amvvaldo, vt bonam accipiat memoriam. Dosis electuarij definitur medio cochleari; pilularum drachma, vel dimidia; pulueris sesqui drachma. Pungebat supra nostros quod dosis eorum ne grano quidem vno posset transcendi. Quid hic faciendum Amvvalde? Estne hoc edictum Prætorium, aut Manlianũ? An vero sicut in panacea vsque ad decuplam quantitatẽ licet procedere? Turpe est Doctori &c. In eadem præcautione in sanguifugam vertitur. Quid opus hoc? Cur non iubetur vsurpari panacea, quæ nihil impuri, nihil superflui in corpore patitur?

Dosis.

Dicitur somnifera esse panacea; quia vigiles nimium in somnum coniicit, vt phreneticos, moniacos, ebrietate dementatos &c. Dicitur & somnum tollere. Plausibilis ratio est, si pro dispositione patiẽtis agere dicatur, ita vt eius propria vis sit saltem agere, sine vllo determinato fine, & qualitate certa. Sicut enim malleus agit per se indeterminate cum a tympano attollitur; actionis vero modus dependet a materiæ patientis natura: Vt si ferrum subiicias colliditur vnitùrque, si calcem; dispergitur; si lapidem arenarium, comminuitur: Ita videt & panacea agere per se indefinite. Si phreneticus offertur qui somno

Ad vigilias. *Ad somnos.* *Ad somnos.* *Sophisma ad contrarietatem excusandam.*

ſomno eget, non facit eum plus vigilantem, ſed ſopit; ſi lethargicus, non auget affectum, ſed in contrarium mutat. Si ſanus; eum neque vigilantem, neque dormientem, neque inſanum facit, ſed ita relinquit. Itane eſt Amvvalde? Sed tu mihi cauſam hanc corrupiſti. Nam noſtri homines negabunt hæc eſſe conformia dictis tuis. Deinde diſſimile pro ſimili clamabunt adductum. Inſuper negabunt id verum eſſe. Et ſi ſimpliciter agit pro dynami patientis; poteſt autem ſiccum cerebrum exiccari magis & omnino deſtrui; quomodo panacea illud potius quam hoc aget? Et ad hoc iam procliue eſt cerebrum; ab illo abeſt longius. Rogo vt me iuues. Nam ipſe quoque dubito an tibi ſit ferreum cerebrum, Gramano autem ſiliceum vt panacea tuum vniat, huius diſpergat. Et quid fiet ſi ſimul os & caro ſint vulnerata? Si ego non poſſim dormire, compertum autem ſit in meo fratre panaceam excitaſſe vigiliam, quo Cicerone perſuadebis vſum? Illa enim ſophiſtica diſcretionis eius quod per ſe eſt, & eius quod eſt ex accidente, per te mihi eſt ſurrepta.

Omnes oculorum affectus ſanare idem prædicatur puluis. Finge Paracelſum illum cum ſuo attractiuo ex antro oculo- *Affectus oculorum.*

rum deuoluisse oculi globum vsque ad extrema labia. Poterit ne eum reponere panacea Sola? A Seculo non est auditum, quod quis cæci nati oculos aperuerit. Quæ mala sanabilia sunt, ea noster Rulandus aqua sua & oleo antophthalmico probe curat. Aliis aqua calendulæ est; Vitriolum album; & plurima alia. Multa vitia per foris admota sananda sunt, vt rupturæ in quibus Langius noster vsurpabat vnguentum de alabastro feliciter. Panacean tuam tu mihi in oculos ne ingeras.

Aurium vitia. In aurium apostematis non me extrico: vt & cum vermes sunt extrahendi.

Dentes Si omnem dentium dolorem sanat; interdum vulsellæ vim habebit.

Angina. In angina & rana plus tribuerim oleo Heraclio nostri Rulandi; Spiritui quoque vitrioli, & quæ foris adhibentur.

Lactis defectus. Illud miraculi instar est, quod lac deficiens parit vt in virginibus & vetulis; abundans vero tollit. Sed cur non auffert saltem excessum, mediocrem copiam relinquit? An scit panacea quando multum, quando parum gignendum aut tollendum sit? Dicitur aliquando hircus lac præbuisse. Datam illi oportuit panacean, ne genus masculinum stupri reum perageret. Nec desunt virorum exempla. Si panacea

lac

lac gignit; nec iniqua est naturæ potentia; succurratur miseris fœminis, quæ vno partu duos, tres, quatuor aut etiam quinque fundunt. Sed non hoc tantum potest. Vbera mollia indurat; Indurata emollit. Quid si virgines corruptas etiam restitueret, id quod docent Itali quidam, veluti Baptista Porta? In subsidium tamen semper addita sunt Galenica; Vt fusa panacea, ad illa, tanquam ad triarios, res redeat. Sed feliciores sunt nostrates. Nam omnes morbos sanant medicinis mutatis, si quidem sunt sanabiles. *Ad mammas*

Aduersus Chorean S. viri panacean promittit. Ego non credo vllum extitisse Amvvaldi memoria, qui isto morbo laborarit. At ex effectu virtus occulta cœlestis, quæ excedit omne elementum, elicienda est. Si furorem aliquem compescit; non inde est consequens quod omnem. *Chorea S. Viti*

Classe 44 & 45 eadē medicina aduersus affectus datur, vt timorem, tremorem, tristitiam & iram. Et quia omnes herbarii ignorant remedium ad ægritudines animi; Nā philosophi opposuerunt eis παραινέσεις philosophicas: Ideo nihil subiicitur ex emporio Galenico. Mirum tamen id est. Nam quatenus dependent affectus ex *Animi affectus*

passione corporis morbida; nota Galenicis multa sunt, quæ causas tollunt. Et illi sæpe melancholicis exegerunt timorem. Sed hoc nihil est ad panaceæ gloriã; nec omnem iram tollit rhabarbarum. Itaque inaniter promittunt Galenici. Amvvaldus simpliciter ad iram promit medicinam; non tamen tollendam, sed mitigandam saltem. Vbi miror defecisse fumos. Dicit se habere multos inuidos & hostes: Mittat illis panacean: mitigabuntur. Vtinam & ipse sumsisset, ne vilem puluerem tanti vendidisset. Reprehendet autem me fortassis quod ridiculas texam cõsequentias. Fateor ridiculas esse. Sed quid malum, ille tam inepta profert antecedentia, quibus positis consequentia esse necesse est?

Ridicula dicenti ita est respondendum.

Oesophagus.

Si prohibita deglutiẽdi facultas est; succurrit iterũ panacea. In herbariis nullum potuit inuenire gargarismum. Nam tam improuidus nullus est, vt simpliciter vnũ omni causæ morbificæ opponat. Bene autem est quod panacea linguæ saltem imposita iuuare dicitur. Aliâs non sola prodesset. Sed quid ego, Iohanneshartmanne, percurro singula? Ecquæ nam effudit ille Iurimedicus quæ sapiant recte & sine labe vel exiguam partem artis medicæ? Larua tamen detrahenda est paulo amplius.

Porri-

Porrigitur ad bulimian sedandam. Sed & si cui fames non est, & laborat ὄρεξις; nō condimenta laconica salemque promit, sed panacean, quæ nimiam famem tollit; nullam autem producit, seu labefactam reducit. Miraris iterum qui hoc possit idem puluis. Facilis responsio est. Vnum per se, alterum ex accidente. Ah Galenica hæc sunt commenta. Spiritui vitæ coniunctus cœlestis ignis absumit morbos, vt hic famem & famis carentiam; sicut ignis lignum & non lignum. At quid absumat, vbi intemperies sine materia est? Num & ignis deuorat sine ligno ligni curuitatem, & frigus? Ineptiunt Galenici. Panacea naturam iuuat per se. Hæc adiuta morbos tollit, sicut habet & principis axioma φύσεις ἰατροὶ τῶν νόσων. Vincemur Iohanneshartmanne, ni nobis emamus aliquot capsulas panaceæ, quæ etiam ad sophismata facit, & nodos soluendos, sicut Alexandri gladius. Verum bono simus animo. Negemus panacean iuuare naturam ita, vt omnes sanet morbos. Nam si spiritus vitalis, & sanguis, & calor, quæ sunt generalia instrumenta animæ, & omnium partium potentias obtinent, id non possunt, neque panacea, quæ illas non obtinet, poterit. Quod autem naturam adiuturū est vniuersaliter, id ei analogon esse necesse

Bulimia.

Anorexia.

Sophisma ad vniuersalitatē probandam.

Solutio.

 est.

est. Fieri tale, extra ipsam nihil potest. Prȩterea non satis est iuuare naturam vniuersim; singularum partium facultatibus & dispositionibus naturalibus sigillatim succurrendum est, & non sananda manus cum laborat pes; nec cerebrum corde ægrotante, nec cor labefactato cerebro, nisi vbi vitia concurrunt, aut alterum ab altero dependet, per communicationem vel sympathian. Quod autem singulis per se partibus succurrere debet, an non id proportionaliter debet habere naturæ singulorũ & prȩsenti constitutioni? Diæta hac in parte felix est. Pharmacia ignorat vnum simplex quod sit tale. Multis igitur compensat ignorantiam. Sed nec illa nec hæc sæpe absque chirurgia quicquam valet. Ex qua classe ergo est panacea? Nimirum ex πανσπερμία Anaxagoræ, & Democriti atomis, & Empedoclea fortuna. Ita enim forte currit, vt omniũ naturis se accommodet, sicut astrũ mercurij, quod cum bonis dicitur bonum esse, cum malis malum. Si ex mercurio panacea est, esto ambigua. Sed morbos tunc augebit, non sanabit.

Ventriculi mala. In ventriculi omni dolore & affectu prædicatur efficax. Debuit ergo Mauritanorum ille rex, qui ex lacte intus coagulato laborabat, vorare panacean. Sed quomodo

modo hæc SOLA iuuiſſet, quæ neq; vomitum, ibi maxime neceſſarium, excitat, neque promouet ad inteſtina; ſed ſaltē cum ſpiritu vitæ coniuncta expaciatur & diſcurrit? At noſter Rulandus data aqua benedicta feliciſſime ſanaſſet: Aut alius quiſpiam propinata aqua rhaphani cum aſari puluere & coagulo leporino.

Sitis nimia, de qua & in febri.

Intolerabilem ſitim demulcere & reſtinguere dicitur. Paulo ante excitabat appetentiam. Et hoc eſt veriſimilius. Aquam enim ſitienti, non ſiccum puluerem cum ſiticuloſo croco.

Epatis pathemata.

Epatis quoque omnia ſanat vitia, ſiue ex aſtrictione terrea, vnde non raro aſcires; ſiue laxatione nimia; ſiccitate, humiditate, calore, frigore, obſtructione, ſolutione, &c. ſint exorta. Sed ſuperioribus epicherematis ſperem plus ineſſe roboris ad omnia Aſſyluana ſophiſmata ſiue frigida ſint, ſiue calida, dura aut mollia, aſtricta vel laxa.

Inteſtina.

In inteſtinis hæret panacea. Nam colicam & iliacam ex obſtructione aut nunquam ſanabit, quia feces obſtruentes non proturbat teſtimonio. Nobilis viri Amvvaldi, aut non ſola ſanabit. Et ſi aluū fluentem cōpeſcit, quomodo ſoluet? An vni eidemq; naturæ ſiue agenti ſiue patienti, ſunt ſimul eadē ratione motus contrarij.

In

Tenesmus. In teneasmo, cuius exemplum D. Pastor Herrenschuagerus recitabat, purgat ante panaceam. Si ita curandus est, medicus Gothanus non omni carebit laude cum suo pharmacorum fasciculo. Sed cur purgat prius? Quia est astrictio ventris, inquit Amvvaldus. Si tam perite curat, & herbas nouit, quam bene definit, arma ponant Galenici. Quid si esset vlcus, vel apostema intestini recti? Tunc purgares omnino, & simpliciter? Si vero esset conatus egerendi irritus, cum nullæ vrgeant feces aut materia, sed aliud; iterum purgares? Enimuero vt crabrones excitarētur. Galenicus fortassis tunc purgaret, cum a cacochymia pendet, aut fecibus induratis, nec obliuisceretur enematum. Alias non facile. Sed quæso te Amvvalde, cur nouo modo definis alui astrictionem? An ideo, quia paracelsicus es, & talibus hominibus licet τὰ ὑστερα πρότερα θεῖναι? At reliquisses Galenicis sua sputa, & fastidisses eorum nomen, elationes græcas. Græci semper pueri.

Definitio praua.

Prolapsus vteri & ani. Cum vterus prolabitur vel intestinum rectum, adhibes etiam panacean. Nimirum sicut impuritates ex corpore eiicit, ita eiecta præter naturam retrahit. Vtinã ancoræ & mercimonia essent intestina nauium. Cum exonerandæ sunt hæ, tempe-

ſtate; facile ex imo maris poſſent retrahi, pauca inſperſa panacea. Et hoc non abſurde. Pars enim eius in ſummo innatat, pars fundum petit. Sed tu in repoſitione vteri non ſatis eras cautus, cum hæc ſcriberes.

In veſicæ affectibus non ſatis erat ſpermologia de cohibēda nimia vrina, & promouenda contenta, & ſtranguria tollenda quæcunque eſſet cauſſa; in medicos debacchandum erat. Hi dicuntur prohibere liberalius ſalſa in ſtranguria (quanquā accuſatio generaliter ad iſchurian, dyſurian, ſtrangurian inferatur) & ita prohibere, ac ſi venenum eſſet; idque ſine omni ratione, communiter, ſeuere; cum tamen in illis affectibus (nota pluralem) tuto poſſint ſumi, ſintque præſtans eorum medicina. Hic mihi extra iocum cum homine mendace & inſani cerebri, non cum nobili Amvvaldo mercatore panaceæ, agendum eſt. Si in illis affectibus indiſcretim vetari ſalſa aſſerit; mendacium dicit. Nam in dyſuria ex ſuccis pituitoſis non prohibētur ſalſa; ita in iſchuria ex languore expultricis, vel obtuſo ſenſu, &c. Quod in ſtranguria prohibent; id ex morbi natura per ſe faciunt. Aut enim ex acrimonia vel exulceratione eſt; ea cui opponitur cura recta, hoc eſt, cum morbus eſt, (& non

Veſica.

De prohibitis ſalſis in ſtranguria.

In veſicæ malis aliquando ſalſa iniunguntur.

non affectio leuis) isque sanabilis; vel imbecilla retentione. Vtrobiq; nocent salsa. Si curatur ea salsis liberaliter; oportet corpus non scatere prauis, vt salsa pituita, bile acri & similibus; nec vlcus aut rimas adesse; Tunc liberaliter salsa prosunt cum pauca materia circa vesicam hæret, quæ a salsis expurgãtur. Nam sal purgandi vim habet tum per aluum, si non distribuitur in venas, tum per vesicam, si distribuitur. Cura ergo ex accidente tunc est; & vix in leui affectione succedit. Medicorum præcepta stabiles dispositiones potissimum respiciunt. Si ex vertebrarum spinæ luxatione ortam stranguriam, aut ex vlceratione, vel ruptura musculorum vteri claudentium extremitatem vesicæ; aut etiam rescissione ab ortu, qualem mihi in puero oblatam memini, Amvvaldus sua panacea sola aut salsis liberaliter sanauerit mendacii turpitudine eum liberabo. Non autem simplex id mendacium est; auctum tripliciter est; dum communiter interdici in illis affectibus ait; & interdici vt venenum; & sine ratione. Mouet nostris etiam litem de generatione calculi ex salsis. Ita ait: plurimum errant cũ dicunt quod sal efficiat arenas & calculum. Ratio est; quia renibus & vesicæ semper tantum caloris adest, qui vetat ne coagulet

Sal purgat

Triplicatum AmVValdi mendatium.

De calculi generatione.

gulet sal & lapidescat. Deinde etsi cresceret inde lapis; tamen ad duriciam aliorum lapidum peruenire non posset; sed & statim calido iusculo saltem resolui, & exigi. Hæc ille. Negat salem esse posse lapidis materiam. At ita resistit præceptoris sui Paracelsi axiomatis. Ita enim ille in primo cap. tertii tractat: de Tartaro scribit; Vrina non est aliud quam sal, quod resoluitur per epar in aquam & expellitur; & rursus coagulatur seu transit in primam suam materiam & sic facit tartarum. Et quod sal coaguletur, videmus. Quia iuncta iusta materia concrescit; vt quando sal carnis & sal vrinæ vniuntur, coagulant in lapillos. Prima generatio inter epar & renes, vnde lapilli rubei sunt; Secunda est in renibus; Tertia in vesica, &c. Paulo post prohibet tunc esum salsorum: tum nihil comedendum est, inquit, quod humidum est, quod duntaxat vrinam faciat; Nulla offa, nec SALSA vlla, sed assata & sicca sunt capienda. Ita capit. 2. Sal quod est in vrina talem habet vim, vt procreet lapillos. Nostros vero erroris accusat, quod dicant calculum nasci ex phlegmate sicco. Negat & omnem tartarum sanari, dum ait: si est ex lapide resoluto, non possunt curari. Oportet eos claudos & contractos vitam finire. Et, ex bolo

AmVValdus aduersatur Paracelso, non Galenicis.

Paracelsus salsa prohibet in calculo.

Sententia tributa Galenicis a Paracelso.

ex bolo resoluto magni lapides nascũtur, ex lapillo resoluto parui. Sed si magni ex lapillo resoluto; sunt incurabiles: Vide & reliqua. Ecce ille, cuius disciplina est paracelsica, & longe longe distat a Galenica, non agnoscit suæ factionis dogmata, sicut quidam Iuris vtriusque Licentiatus, Ius Canonicum, cui subtractus erat titulus, ne illo quidem decreto poterat agnoscere. Nostris attribuit illam opinionem. At testatur paracelsus suam esse, non nostram. Non quidem succurrit, nec libet scrutari an vllus Galenicorum eam fuerit amplexus; hoc tamen de plurimis cõstat, quod calculi renalis materiam esse dicant humorem aqueum & terrenum; vel crassum, lentum, tenacem, concretilem; interdum purulentum; interdum adustas particulas, &c. Causam agentem fatentur esse igneam renum caliditatem; quanquã & obstructio adiuuet, & interdum mediocris calor satis sit, &c. In vesica interdũ rudimentum renalis calculi aut arenularum, incrementum capere asserunt; interdum crassa, hærentia, & subsidentia coagmentari, &c. Salsa prohiberi non admodum video. Amvvaldus ergo a calumnia non est immunis. Sed sunto rei nostrates istius sententiæ, adeon' male tibi videtur dixisse? Si sales sunt diuretici, cur non

Galenici de calculo.

Non omnino mala est sententia de sale in calculo.

secum

ſecum vehant terreas partes, quæ ſubſidentes concreſcant? Sed quis Paracelſicus liberauit vulgarem ſalem a materia calcis? An vulgus vtitur reſoluto, philtrato & coagulato, idque repetito aliquoties opere? Illę adhærentes calces, cur non ſint materia lapidis, vt ita vulgaris ſal omnino, quod attinet ad immodicum vſum, recte ſit prohibendus. Calces autem ſali coniunctas eſſe nemo neſcit, niſi qui confectionem eius ignorat, & reſolutionem. Quid vero ſi ob acredinem & calorem indurantem in calculoſis prohiberetur? Si propter diureſin in cacochymo?

Sali vulgari calces miſtæ ſunt.

Suauiter philoſophatur dum tribuit nobis coagulationem ſalis intra veſicam tam leuem, vt eam poſſit calidum iuſculum reſoluere. Sed lepidius illud eſt, quod de calore ait, cuius præſentia perpetua caueat, ne coagulari ſal poſſit. An ille mirificus fontium incognitorum inuentor & diuinator, ignorat ſalem frigido humido ſolui; calido ſicco coagulari? Qui in mea patria muriam coquunt, non omnem aquam in vaporem ſoluunt, ſed cum cocta eſt ad iuſtum, in ipſa re[illegible]a abit ſal in granula ſubſidetque, & ex media aqua eleuatur. Itaque coit etiam in humido, nec id chymicis ignotum eſt, qui ſuos ſales ſimiliter coquendo cogere ali-

Ineptia Amuualdina in phyſicis.

Sal coagulatur etiam in aqua.

quando solent. Quod si merus sal id facit; Cur non sal mistus calce vel visco? Quid si renes aliquando etiam siccitate calida laborarent? Cur vero in calculo prohibentur ab illo ipso doctore calidi & aromatici cibi? Si caloris est resoluere salem concretum, non semper erit interdicendus calidorum vsus. Thermæ quousque calent valde, vix seponunt lapides; sed frigefactæ. Vrina crassesit non calore sed frigore. Saltem non ita indistincte calor vetandus erat. Est & mirabilis medicus, dum in præcauendo ellebori opem asciscit, ipse prius elleboro purgandus.

Satyriasis Gonorrhœa. In satyriasi, priapismo & gonorrhœa, varietas caussarum multiplex est. Possunt enim fieri a spiritus abundantia per arterias nimis hiantes aduecta; & gonorrhœa etiam a copia seminis, & imbecilli retentrice. Panacea omnibus opponitur. Non video quomodo consentiat eius naturę hæc

Panacea spiritum vitalem gignit & corrumpit. assertio. Dicebatur enim spiritui vitali familiaris esse; corpus augere & vegeta omnia facere. Necesse itaque erit incitato ad veneris [illegible]ælium, a spirituũ & seminis copia no[illegible]panaceam dare, sed potius rutę semen. An vero panacea omnem virtutem corporis roborat; solam generatricem negligit, eiusque est hostis? Sed ita nec nutritioni nec augmento erit amica. Sed assit ex

fit ex classe 74. aliquis impotentium. Is statim conualescet panacea, & multum spirituum seminisque accipiet. Omnino enim sicut ex aridis facit pingues, & ex pinguibus macros; ita & hic agitur. Iterum ellebori pilulam Amvvaldo. Nescio an Anticyram ratio illi destinet omnem.

Talis est & in mensibus prouocandis & sistendis. Nam obstruit, & reserat eodem modo sola. Sed cur non, in arthritide, & nephritide vt tollit, ita & infert dolores, si vbique contraria potest? *Menstrua.*

Arthriticus iram vitare iubetur. Frustra. Nam supra iram mitigabat panacea. Hæc ergo vel quiduis agente ægroto, τὸ θυμικὸν & ira concitatum leonem bene compescet. Admittit autem vini vsum in his morbis, proculdubio panaceæ fiducia, nisi malis, odio Galenicorum qui biliosis arthriticis id adimunt, nisi quid grauius cogat. Si enim iram mitigat, cur non & vini ferociam. *Arthritis.*

Nonagesimo titulo repetitur tricesimus nonus, sicut & 114. is qui ponebatur loco 9:. Nempe a perfecto numero duo erant defuturi morbi. Tautologia habuit remedium spreta panacea.

Classe 91. viris amplissimis consulitur, ne cogantur tantum baiulare omasi. Panacea ex atrophicis & hecticis potest *Adpinguare.*

facere pingues; & ex pinguibus viciſſim hecticos; nec opus eſt noua arte. Sed hic me carpet; Nam non vult ex pinguibus maraſmodæos fieri; ſed naturali habitu præditos. Sed id non intellexeram in, aliis contrariis. Nam vterum implere poteſt, & impletum deplere excuſſa mola & ſecundinis (puto & infante, vt ita ſaltem grauidis ſit inutilis futura panacea, ſi omnibus aliis vtilis. Et cur non exigeret viuos infantes, ſi exigit mortuos ſecundum promiſſa claſſis 85? Si etiam partum promouet, cur non faciat abortum? Id autem policetur claſſis 86.) Non autem implere totum, ad dimidium vero ſaltem deplere; Ita nec in aliis. Quid ſi vero alicui grandis illa moles eſſet natiua? Num etiam naturā deſtruit panacea? Noſtri homines eiuſmodi aqualiculis ſubducerent paſcua, & ſine panacea tam ſtrigoſos facerent, quā ſunt poſt longam ſæuamq; hyemem lupi aut cerui. Quod ſi omnino macri redendi ſunt luxuriante pabulo ſubtracto, vel virtute naturali labefactata; vel abſumto per exercitia aut alia colliquantia, plure quam reſtauratur; omnino infantis fiet panacea.

Panacea dicitur exturbare fœtus mortuos & molas: ergo & conceptus.

Panacea naturæ iterum aduerſa.

Vulnera.

Vulnera dicitur ſanare; ſi etiam facit, mirabilis eſt. Debet autem hoc poſſe, ſi eſt medicina vniuerſalis.

De

De varicibus, herniis, ſtrumis & ſimilibus plane delirat. *Varices.*

In ambuſtis hæreo. Forte enim foris non eſt vſurpanda panacea. Et ſi emplaſtra magna forent facienda, quantis opus eſſet nummis? Vilius inaurarem hominem totum. *Aduſta.*

Tandem (nam quis totam Camarinam moueat?) parum fuerat panacean notos ſanare morbos; policetur efficaciam etiam ad tollẽdos ignotos. Si valeret etiam aduerſus fulminum ictus & clauas Herculeas; creſceret præconium: nec pontificiis eſſet opus campanas baptizare, nec militibus eiurare vim armorum. Sed fruſtra ſoliciti ſumus de ignotis; nondum omnes ſanauit notos. *Ad ignotos morbos.*

Dum renouationem & reſtaurationem ei tribuit fauorem perdere poſſe videbatur apud inſidiatores teſtamentorum. Negat ergo vetulas mutare in iuuenculas. Sed nondum ſe liberauit. Nam ſi ſenectus corporis paſſio eſt, ex vetuſtate; panacea autem renouat; Cur non tollat ſenectutem? Renouare eſt vetus tollere. Antecedens ſtatuere, & conſequens repudiare, hominis ratione male vtentis eſt. Sed dicet, eam naturalem ſenectutem eſſe, quã tollere nequeat. At poterat tollere naturale omaſum. Quod ſpiritum vitalem *De renouãdis Vetulis.*

& omnes vires corporis restaurat, confortat & vegetas facit, an id non possit Saræ nonagenariæ, & Abrahamo centenario efficaciam gignendi largiri? Adhuc de curis.

IX. DE VNIVERSALItate Panacearij.

An detur vna simplicissima medicina naturalis ad omnes morbos sanandos.

AGGREDIAMVR nunc de vniuersalitate quæstionē, indagantes num detur medicina catholica naturalis secundū sententiam Amvvaldi. Principio nō ignotum est, diuina virtute certis rebus a Deo peculiari decreto seu concessa seu adiuncta, miraculose sanari posse quoduis malum, vt in piscina Bethesda. Deinde compositione plurium, ad plurima aptum remedium inueniri posse, cuius cōpositionis exempla etiam in mistis aliquibus cernimus, nō latet. Quædam res adeo faciles sunt naturæ, vt fere in omni morborū genere (licet non omni caussa) adhiberi secure & vtiliter possint, si non ad sanandū, saltem ad aliter iuuandum. Quædā ambigunt, & suam virtutem cum cuiusuis potestate coniungunt. Itaq; fiunt πολυχρήστμα varietate compositionis. Quædam preparationibus & vsu vario, variis inseruiūt. Quædam sibi relicta & tempestiue adhibita

πολυχρήστων classes.

bita pluribus, iisque contrariis cōmodant, ſed modo per ſe, modo ex accidente; vel in vno καθ' αὐτό. in altero κατὰ συμβεβηκός. Aliqua in omni morbo qui curandus pharmacia eſt, inſignem præſtant vtilitatem. His & ſimilibus nominibus prædicarunt etiam noſtræ medicinæ proceres ſuas antidotos, Athanaſian, Auream, Alexandrinam, Beriacā, Adriani ad omne malū, &c. Pazahardica, &c. Et Andernacus in 2. cōment. de vet. & rec. med. Dial. 6. quædam generalia remedia commemorat; quædā ſpecialia; illa, vt eſt meliſſa, valeriana, chelidonia, vincetoxicum, cichorium, veratrum nigrum, perſicaria vera, conſolida maior, &c. ita dicta quod omnib. vel plurimis conueniant morbis; quæque ille aſſerit etiam Galeno & Hippocrati fuiſſe nota. Alij ſuas panacas ob excellētem virtutem ita nuncupatam oſtenderunt. Recentiores vitrioli ſpiritum, aquas benedictas & ſimilia commendant ad multa. *Generalia.*

Amvvaldi ſententia iſtorum laudes omnium ſuperat. Nam proponit in panacea tale vniuerſale, quod ſit res ſimpliciſſima, arte ſpagirica perfecte præparata; curans omnes morbos ſiue pharmacia opus habeant, ſiue chirurgia, hoc eſt, dyſcraſias vitia organica, & communia, a quacunq; etiam cauſſa ſint excitata. Nec *Quale vniuerſale Amvvaldi.*

contentus morbis eſt; etiam ſymptomata omnia eius ſubiicit poteſtati: Et vbiuis nihil curat, ſiue ſuperfluitates coniunctæ ſint, ſiue neutiquam. Quoniam etiam Paracelſicæ factionis eſt; oportet illam medicinam ſimilem eſſe omni cauſſæ morbificæ morboque. Nam illis per ſimilia fiunt curæ, & vt loquitur eius ſectæ monarcha, ſal non niſi per ſalem abigitur: frigus frigido, calor calido, &c. Vt ita oporteat eſſe mercurialem, ſulphuream, ſalſam, calidam, frigidam, humidam, ſiccam, & omnia. Et quia prædicatur non ſaltem morbos & ſymptomata omnia per ſe ſanare, ſed & naturam roborare; tum vniuerſalibus inſtrumentis erit analoga, tum ſingularium partium eſſentiis: non quidem ita vt morbidis accedat qua morbidæ, ſed qua naturaliter diſpoſitæ. Itaque ratione qua ſimilis morbis, cauſſis, ſymptomatis eſt, aduerſetur membris; qua ſimilis membris inimica ſit morbis.

Panacea & morbis & membris aduerſa & amica.

Hanc, mi Iohanneshartmanne, an ſit δυνατὸν καὶ πλάσαι? Sed tamen Amvvaldus tum teſtimoniis, tum commemoratione omnium morborum, tum argumentis comprobare non erubeſcit. Ita enim verbis intonat: Quod poſſibile ſit, vnica medicina depellere, & tol-

tollere omnes morbos. Præter exemplum, & ſpecimina mihi ſæpius præſtita & declarata, poſſum adducere & proferre, multa firmiſſima, & irrefragabilia argumenta, rationes, demonſtrationes. Ad huc Aſſyluanæ ampullæ. Sed fallitur ille præ[illegible]turpiſſime. Adeo enim leues ſunt nugæ illa ἀδιάλυτα καὶ ἀποδεικτικὰ, vt nihil leuius nec futilius. Age procedat ſophiſma primum. *AmVValdi argumenta ἀδιάλυτα*

Panacea Amvvaldi depulit omnes morbos. *Panacea vniuerſalis.*

Panacea Amvvaldi eſt vnica medicina.

Quædam ergo vnica medicina depellit omnes morbos.

Propoſitionis propugnaculum eſt teſtimonium & experientia ſpeciminaque Amvvaldi.

Negamus propoſitionem, & dicimus de firmamento quod petat principium. Nam id verum non eſſe teſtatur experientia, nec in illis teſtimoniis & curis multum eſt firmitatis, vt apparuit. Poſſumus concedere, panacean in multis vna cum aliis profuiſſe; in multis nihil ſaltem nocuiſſe; in aliis creditam fuiſſe iuuare, cum non ea ſed aliud profecerit. Dederim forte etiam, in omni morborum genere, vbi eſt communis cauſa, ſeu reduci ea poteſt ad generalem, aut ab vna dependet, quo pa-

cto docet Hipp. Omne genus morborum posse proficisci a mala diœta, aut a flatu &c. adiumenti aliquid attulisse, & visum sanasse; At non nisi tunc cum φαρμακία spectatur, nec cum a quauis causa morbi singulares oriuntur, nec cum a communi quidem caussa remotissima dependent, at prope a pluribus seu simul, seu deinceps existunt; nec cum a dissentientibus orti commiscentur, & similibus, secundum superiorem τῶν καθόλυ determinationem. At simpliciter ita, vt definit Assyluanus; impossibile dictum secundum naturam hactenus compertam, iudico nisi Devs, decretum vetus mutauit, & naturæ cursum vertit. Gangrænam factam sanare; varices grandes, sarcocelasque valentes tollere, peritonæi rupturas solidare; hydrophobia captos restituere; apoplexias fortes soluere, vulnera vlceraque cordis, & cerebri grauia apostemata cum lethargo saluare; exectam matricem regenerare &c. Sola Panacea hoc est puluere illo assyluano, fieri simpliciter nequit. Nec dum audiuimus specimina leuiorum morborum, vt tympanitæ & ascitæ ex calida caussa in vetulis, item ilei, elephantiaseos confirmatæ &c. Et quando vel vnum dentem reposuit panacea, aut luxatum membrum? Quando rupturam cor-

Panacea non potest reponere dentes

corneæ in oculo; quando glaucoma vetus ſuſtulit?

Sed ecce illud Achillæum.

Quæ ab vno eoq; vniuerſali fonte proueniunt, ea tolli quoque poſſunt vno eoque vniuerſali agente. *Achillæum Amvvaldi de ſpiritu vitæ morborum & ſalutis fonte.*

Omnes morbi ab vno eoque vniuerſali prodeunt principio.

Omnes ergo morbi poſſunt tolli vno eoque vniuerſali agente; Et ex conſectario, vna erit eaque vniuerſalis medicina.

Aſſumtio firmatur; quia a ſpiritu vitæ quem omnes homines habent vnum, & eundem, inſalubriter conſtituto fiunt omnes morbi. Hoc illuſtratur contrario; Sicut ab eodem ſalubriter habente vita eſt & gubernatur. Comprobatur etiam vberius teſtimonio omnium medicorum & philoſophorum recte ſentientium.

Quid opus multis? Noſtri theologi ita frequenter ad populum concionantur, quod peccatum ſit prima origo omnis mali. Itaque perſuaſum eſt peccato ſublato, & mala & mortem auerruncari. Hæc lætiora ſunt. Sed ne peccemus in ſacram theologiam; iuuat in pixide pandoræ morari. Oſtenditur (loquor iam potiſſimũ de propoſitionis iudicio) ab vnius crimine dum Prometheus diuinam maieſta- *Peccatum.* *Pandora pixis.*

ieſtatem lædere, ſibique Dei honorem in creandis hominibus arrogare auſus fuit, generi mortalium proueniſſe omnia mala. Illi principio ſi remedium ſit, offenſaque tollatur; conſequẽs erat etiam malũ tolli: Atqui placari Iupiter poterat; & nihilominus exigi pœnæ ſecundum iuſticiæ legem, a reis, quanquam mitius punit reconciliatus, quam implacatus. Itaque ſi propoſitionis ſententia ſit illa origine ſublata, malum tolli; tum illa metaphyſica reſpondebimus, tum etiam hac noſtra phyſica medicaquę. Finge enim vniuerſale agens, finge & patiens vniuerſale a quo malum proceſſerit; Hoc ſit ab illo ſublatum; at non neceſſe eſt effectũ tolli ſeu inflictum malum. Nam facile eſt excitaſſe turbas, & ſe ſubduxiſſe; ſedaſſe, licet autor remotus ſit, non eſt facile. Vin medice dici? Vbi cauſſa continens in actu & morbus in fieri adhuc eſt; ea ſublata tollitur. Vbi vero vel non eſt ſed fuit vel eſt quidem, at affectus in habitum abiit, & iam pendet a cauſa ſua eaq; vltima & tangente; non poteſt. Morbus enim iam factus, ſuo contrario auffertur; dum fit, contrario cauſæ ſuæ. Conſideretur iam aſſumtionis propugnaculum. Fingamus ita eſſe de ſpiritu vitæ, (ne forte minus recte ſentientes dicamur) at non eſt conſequens eo re-

Non ſi fons obſtruatur poſt genitum in proceſſu malum etiam malum auertitur.

eo restituto, sanari asciten, aut febrim hecticam. Nam ille constitutione sua morbida poterat quidem incendium procreasse & vel totus conflagrasse, vel liberatus esse, at partem incensam restingui non vna contingit. Hæc enim iam non ab illo patitur; sed suo malo ardet. Itaque quod generaliter ad spiritum vitæ sanandum comparatum est, non statim etiam in specie singulorum membrorum affectus proprios sanat; sed id fiet tunc, cum nondum affectus impressus est, & is ab eo solo dependet, sicut lignum nondum ardẽs prohibere possumus ne ardeat, restincto principio vnde flamma imminet; vel tunc quoque cum illa vniuersalis medicina simul affecta est ad proprium cuiusque partis morbum tollendum: qualem vbinam reperias? In sepulchro; Vbi segregatur purum ab impuro generali virtute, facta putrefactione physica. Accedit deinde spagirus ille omnipotens, & vulcano vniuersali adhibito consumit omne impurum, educitq; essentiam perfecte præparatam sanatamque. Ecce turpissimum ὑχέποντος elenchum ex concessis quoque axiomatis. Quid si non concedamus assumtum nisi κατά τι? Et negemus eius munimenta constanter? O demonstrationem irrefragabilem Assyluani herois. At si hoc

Spiritus vita potest corrigi relicta membri labe.

Chymia, resuscitatiua & restauratiua mũdi.

si hoc fecerimus, non erimus in numero recte sentientium. Quid inquam, tum postea? In numero eorum qui Assyluano recte sentiunt, ne velim quidem esse. Illi enim omnium sanorum iudicio insaniunt. Dico autem Assyluano; intelligens eo modo quo ipse iudicat. Fieri enim potest vt ille heros sit cerebri male sani, nec recte loquentes sentientesque interpretetur recte. Ea ratione nobis illi & illis nos faueamus. Sed cur negandum sit ab vno spiritu vitæ procedere vitam & morbos secundum diuersas constitutiones? Quia ille spiritus vitam saltem instrumentaliter administrat, ita vt singulis partibus nisi ipsæ per se viuant, vitam largiri non possit, sed saltem cum calore socio earum potentias in actum vocare, vt earum vita non sit, sed saltem actu sit. Itaque si sublatus fuerit ille, mortem eatenus fieri necesse est, quia partes se ipsas non actuant; perinde ac terra si non reuerteretur post hyemen ad eam calor solis, a quo potentia eius prouocatur, semper maneret quasi mortua, donec & vere vim omnem amitteret. Quando vero malum in ipsa parte est per se, etsi spiritus vitalis sit integer vna cum calore, & stimulet naturam eius, vix tamen

Recte sentientes Assyluani peram sentiunt.

Spiritus vitæ non est causa vna vitæ & morborum omnium.

Spiritus cũ calore nõdat vitam membris, sed actuat saltem & id instrumentaliter nec solus.

tamen proficit. Itaque si panacea sanat mediante spiritu vitali', parum in ea est præsidij. Singularum partium naturas interiore motu & familiaritate debet adiuuare. Inde enim & dicitur φύσεις ἰατροὶ τῶν νόσων. Ita est & in sole. Nam nulla eius vi potest fieri vt ex petra solida sterilique enascatur animal aut planta, etiamsi optime se habeat. At inquies inferre morbos potest spiritus morbifer. Crediderim. Nam & solis calor excessu perperam agit. At non statim sanat, quod lædit. Et dictum est quomodo possit lædere. Primum dum vitam singularum non gubernat recte, nec debite in actum vocat, quo facto non possunt actiones facultatum recte peragi, Et ex consequente multa mala porro sequuntur. Ita cum omnino non actuat, quasi mortem inducit. Deinde quia illi vtpote calido & penetranti non est nulla vis agens, sed satis valida; cum præter naturam est costitutus, afficit simul membra, atque ita fit morborum, vel symptomatum vel passionum causa, vt in ephemera, peste & aliis. Sed in gratiam Assyluani iterum donemus spiritum vitæ esse vniuersalem morborum caussam; At negamus vnum vniuersale remedium

Panacea fere inutilis ex Amvvaldi axiomatis.

Quomodo lædat vitalis spiritus communis.

Non si vniuersalis sit causa morborum etiã est vniuersale remediũ.

dari

dari. Nam ille ſpiritus variis iiſque contrariis modis affici poteſt; veluti motu prauo & immobilitate. In vertigine & epilepſia mirifice contorquetur; In catalepſi quaſi hæret immobilis & torpidus. Deinde copia & defectu; Copia vt cum nimis copioſe irruit in aliquam partem eamque diſtendit, quo pacto interdum deliria excitat quæ ſanantur arteriis inciſis; Item priapiſmos &c. Defectu vero vt in lipothymiis, ſyncope, obliuione & multis aliis morbis. Tertio qualitatibus vt dum calidior ſicciorque iuſto eſt, vt in febribus; vel frigidior vt in ſomniferis affectibus; vel humidior, vt in iiſdem & aliis. Quarto interdum male eſt informatus, & omnino ineptus ad officia, vt cum ex prauis eduliis generatur. Quinto impuritate flatuũ & miſtura deprauari poteſt. Sexto impediri circa vias & vaſa vel etiam adynamia partium eius actio prohiberi. Et ſic de aliis. Quis adeo veſanus eſt, vt putet tam variis modis affecto vel conſtituto ſpiritui ſufficere vnum & ſimplex medicamentum? Finge enim omnia iſta poſſe procurari ab vno; quod tamen impoſſibile eſt; at hoc vltimum cum impeditur membrorũ defectu vel ἀδυναμία, non poterit. Facile dictu eſt, quod panacea cognata ſpiritui vitali hunc iuuet; ſed

non ita omnem eius constitutionem præter naturalem tollet. Oportet causis quoque a quibus constituitur aduersari. In defectu a nimia fame vel hæmorrhagia, frustra dederis panaceam. Alere enim hæc non potest, vt fas est. Vbi prauis & putidis extabescit expirationibus; has remouere oportet, & odorata offerre. Panacea absque croco inodora prorsus est. Vbi animi affectibus vt mœrore ex ære alieno, paupertate, morte filij, conscientia male factorum &c. disperit; stolidus sis dando illum puluerem, & sic in aliis. Quomodo ergo tanto eum plausu pro vniuersali erit?

In fame panacea temeraria.

In graueolentibus & fœtidis.

Verius ego noui vniuersale, quod simplex sua natura est; at facultatem ad omnia obtinet; Vnico vocabulo id est DEVS; In medendo quoque tale est; MEDICINA: quæ tamen satis habet si bene medetur, etsi non omnibus promittat speratæ sanitatis finem. Imo etiam quibusdam ne medetur quidem; siquidem non est insanabilium, sed eorum quæ possunt aut apparent seu sanari, seu mitigari posse. Tandem quis tam amens est vt spiritui vitali soli omnia tribuat, cum etiam sacrorum codices norint vitam sanguineorum in sanguine esse; aliorum in analogo? Imo etiam norit quisque calorem esse potio-

Vera vniuersalia.

Medicina non est insanabilium,

Vbi nulla potentia existente, nullus potest esse actus.

SANGVIS.

rem caussam ? Finge quendam plenum spiritibus esse ; desit autem sanguis , vel calor sanguinis (non enim in spiritu hæret solo) num victurum aut valiturum putas ? Si panacea spiritum sequitur, an etiam sanguinem & calorem ? Quin Asyluane in posterum non spiritum, sed sanguinem cura tua panacea. Nam quia hic cedit in substantiam similarium partium, & ex consequente constitutiones quoque organicas, & communem affectum attinet; Imo qualis ipse est ; talia fiunt membra secundum elementares qualitates; Et hic est materia seminis vnde omnia oriuntur: hoc bene disposito, dispones bene omnia , atque etiam ipsum spiritum, qui sanguine longe est instabilior & frigidior, non manens panaceæ effectum, sed potius fugiens in auras. Sanguis autem facile alterari potest, augeri, minui pro libitu. Euge proficies contra cornutos istos Galenicos. Sed tunc oportet te callidius agere. Non dabis panacean solam , sed miscebis, quia sanguis mistus est. Deinde dabis cum nutrimentis. Nam tua panacea sola famem vix curabit. Astipulabitur tibi etiam Hippocrates cum omni vetustate, quæ a diœta ortos morbos victus regimine curauit, & hanc solam artem medico dignam iudicauit. Nam

Rectius vniuersale quod sanguini est familiare.

Spiritus instabilis.

Medicina diætetica.

Nam qualitates ſaltem mutare cuiuſuis eſt extra artem: vt qui alget, fornaci aſſidet ſeq; curat ipſum. Quia vero etiã requiruntur purgationes; dices per ſe quidem tuam panaccan morbos curare; at purgationes ex accidente a duenire. Et ſic non obſiſtet tuo inſtituto. Pro teſtibus aſciſces eos qui putant dięteticam & pharmacenticen non ſemper eſſe vnius medicinæ partes; ſed nõ raro etiam peculiares medicinę ſeparatim. Omnes enim morbos quos ſanat pharmacentice; eos per ſe & longe vlterius ſanat diætetice. Et licet illa interdũ aſſumatur; tamen non ad morbos ſed ad ſymptomata ſaltem dices adhiberi. Non autem eſt medicus qui ſymptomata curat ſicut de toruis Galenicis tuus Poëtaſter garrit, ſed qui ſanat morbos. Belle ſtabis. Spiritus autem tuus vertiginoſus cito te deſeret. Diæteticos vero medicos ars ipſa non deſtituit. Obiicies etiam illis pomum Eridis. Nam & Galenicis multis ſunt inviſa purg[illegible]. Qui morbos purgando curare nituntur vix partem medicinæ vilem obtinent, de expediendis aliquibus ſaltem obſtructis & plenis. Alias primas habet diæta. Itaque omni ſtudio regunt patientes in diæta, & nõ raro ſunt Magiri hoc eſt Spagiri, qui ipſos cibos præparant & præbent ipſi. Non raro Clinici. Omne autem

malum & recidiuas ad intemperantiam & errata in cibo potuque quanquam ipſorum ſæpe ſit culpa, aut pharmacorum, referunt, adeo vt aliquis non vereretur ægrotum accuſare aſini deuorati, eorundem etiam eſt axioma, quod abſtinentia morbos curet; eorum patronus Celſus eſt qui princeps medicinæ nominatur, qui defendit Diatritum Eraſiſtrati. Quin & aliis medicis exprobrãt pharmacenticen, quaſi nihil aliud ſit quam ars veneficiorum. Nam φάρμακον ſignat venenum; Et φαρμακεύειν eſt magum & veneficum agere. Hinc nobilis ille Crato cum cogeretur vti pharmacis non ad ſanandum morbum, ſed obſtantia quædam & ſymptomata tollenda; omnino improbabat valida ſeu vere pharmaca, ſed ſemper eligebat mitia, & ea quæ medicamenta alimentoſa vocantur. Huius ſententiæ ſunt & alij medici nobiles, vt in epiſtolis videre eſt, & olim Eraſtus fuit. Non illepidum tibi erit epiſtolium nobilis Andreæ Dudith ad Wenceſlaum Raphanum, vbi de filiola ſponte, imo tunc ſanata, cum abiecta ſunt medicamenta, non cum adhibita, ludit. Hic rhodos, hic ſaltent illi invidi. O te beatum caput, ſi ita compoſuiſſes tuam panacean. Si obiicient, non poſſe excludi pharmacian, quia morbos quoſdam perfecte

ſanet.

ſanct. Duplex eſt reſponſio; prima per Hippocratis τύχην; ſecunda per elenchum non ſequentis. Nam non raro carnifex ſanat, at medicus non eſt. Seplaſiarius admouet clyſteres, ideone ſit pars medicinæ? Herbarius & hortulanus olera ſerunt & colligunt; at medici non ſunt. Itaque & pharmacentice ſit vna ex illis. Sed ego læuus ſum monitor; te experiri iubeo, quod ipſe non auſim obtinere nec affirmare, tametſi plurimum tribuam Diætæ, modo noſtri homines huius leges admitterent. Oportet autem nos accommodare ad earum ingenia ſi volumus dignitatem noſtram tueri. Multi clamant, modo ſaperet cibus, & potus, ſaluus forem. Volunt ſibi ſaltem reſtitui vẽtriculum. Tunc res eſt bene geſta, ſicut & tuus teſtis Herrenſchuagerus Deo gratias agit quod ſapiat cibus ſiue morbus in aliis partibus curatus ſit ſiue non. Multi putant ægrotum eo liberalius vorare debere, quia ægrotus eſt. Ideo die vel centum offerunt iuſcula & nonnunquam cogunt patientem edere, prætendentes cardinem ſalutis in hoc verſari. Si quid etiam eiuſmodi ſuaſoribus obtemperatum eſt; re male cedente, eiurant omnia. Negant vllum cibum potumue attactum. Interdum vbi tricongius euacuatus eſt, deſi-

Medicina non poteſt carere pharmacia?

Mos ægrotorum peruerſus in cibis.

gnant paruim quid se bibisse. Non raro vidi diarias febriculas in infantibus cum catarrhulo & destillatiuncula. Cibum cibum; aut pharmaca pharmaca clamant. At natura eos morbos relictos sibi egregie curauit, saltem nihil dando. Quoties cum ita ingeruntur externa, naturæ motus pervertitur, fitque chronicum malum ex ephemero? Hæc cogunt nos pharmacian & chirurgian sæpius vsurpare quam placet. Veteres illi Hippocratici longe erant temperatiores, & medicorum obseruantiores. Sed hæc præcido præsertim cum vno halitu possint ista omnia pro te adducta euerti. Dici enim potest, nomen Diætæ a te non recte intelligi. Qua nutrit res data; ea pertinet vere ad Diætam: qua sanat morbos etsi ex ciborum genere sit, ea pharmacum est, & nomen Diæteticum obiter habet.

Cibus intempestiue datus non raro grauium morborum causa.

Aliud.

De sole.

Sol, dat & distribuit lumen omnibus stellis, & vniuerso terræ globo; & ea suscitat & instigat ad vitam, motum & operationes. Sal omnem carnem defendit a mucore omni, putredine & corruptione, conseruatque: Panis alit omnes homines, vinum potum præbet omnibus; ita vt his solis

Sal

Panis,

ſolis poſſent nutriri & ſuſtentari.

At illæ res ſunt vnicæ.

Ergo & vnica medicina ſpagirice præparata ſatis efficax & apta eſt aduerſus omnes corporis affectus.

Debebant hæc compoſito ſyllogiſmo concludi; quia ex ſimili petitum argumentum eſt. Sed malui retinere ordinem aſſyluanum. Notũ pueris eſt ſimilia illuſtrantem quidem vim habere; at non admodum euincentem. Itaque nõn opus eſt laborioſa reſponſione. Dicatur ſtatim committi elenchum non ſequentis. Nam etſi concedatur antecedens totum, quod tamẽ nondũ concedimus tam ſimpliciter; conſequens tamẽ eſſe, nihil cogit. Quid enim tum poſtea? Natura eſt cauſa noſtrũ procreans & conſeruans propinqua, Deus remota. Sol illuſtrat omnia illuſtrabilia; Sal putredines arcet; panis & vinũ nutriunt omnes homines; adde forte & beſtias: nõ tamẽ vnã naturalẽ ad omnes morbos medicinã eſſe neceſſe eſt. Deinde eodẽ argumẽto poſſumus contrariũ oſtendere. Sol non omnia illuſtrat; nec viuificat mouetq; omnia. Sal nõ vindicat omnia a putredine; Panis & vinũ nõ omnes ſeruãt incolumes; At hę res ſunt vnicæ: Ergo nec vnica datã ad omnes morbos medicina. De ſole patet. Nam non illuſtrat ſubterranea; nec viuifi-

Similia fidem firmã non faciunt, quia ambigunt inter conſentanea & diſſentanea.

Sol non illuſtrat omnia, nec viuificat.

cat Arabiæ petreæ lapides; imo in Africa sub torrida zona solem execrantur, propterea quod omnia comburat æstu, & vitam tollat. Ita solis ardore nemora incenduntur; eius æstu multi extabescunt cum messis est feruida. Is rabiem conciliat canibus, in æstu ambulantibus cephalalgias creat, imo & pestis causa est non raro dum mephitides terra educit, & exiccatis stagnis putridos halitus prouocat.

Sol corrumpit.

De sale notum similiter est. Corrosoriam vim obtinet & corrumpentem. Ad tempus seruat; sed non perpetuo. Nam & ipse euanidus euadit. Si etiam putredo est, misti, qua mistum, solutio & interius; non potest omnem inhibere: sed siccitate dominante etiam adiuuabit quædam.

Sal morbificus.

De pane & vino vel plebeij sciunt. Quotus enim quisque illis mediis ab interitu seruatus est? An ignotum est quosdam ab illis etiã morbos conflasse? Quis igitur nõ videt illa vt similia sunt quadamtenus, ita dissimilia esse? Ignauum sophisma est ex apparente similitudine de substantia rei concludere, & dissimile pro simili arripere. Quod ait solem stellas viuificare, & eis motum operationesq; præbere, impudentis est mendacij. Salem conseruare a corruptione omni quis tã amens est vt id cõcedat aut asseueret, præter Amvvaldũ?

Panis non omnes tuetur.

Sol stellas non viuificat & monet.

Quis

Quis te hominem tam crassæ & bœoticæ mineruæ, o Assyluane, in medicinam intrusit? Cur non potius venebaris lepores? Quis te infelix caput ad literas adhibuit? Cur non in stabulo, vel armamentario mansisti? Insuper cur non insistebas in æquali seu simili ratione, si omnino volebas inde arguere? Solem illustrare; salem seruare, panem nutrire, si quid arguunt de medicina, conseruationem saltem in naturali statu arguunt, vbi caussa intima veraque est longe alia, & quæ si vacillet; illa externa minus nihilo valent. Vnde molliter sequitur; Sol illustrat quidem stellas ita dispositas, vt possint illustrari; sal conseruat carnem a putredine; panis similiter nutrit. Si vero caro labefactata sit, & corpus morbo exesum; stella impos facta; nihil agent vires illorum externorum, & sic neq; medicina poterit restituere id quod de suo statu decessit: sed non est id multis refellendum. Sua cadit imbecillitate.

Amuvald. male medicinä inuasit.

Aliud.

Quod astrale est, & per artem spagiricam summe depuratum, quodque reductum est in suam primam materiam, & summam simplicitatem: quod spiritui vitali secundum proprietatem analogon & conforme factum est, quod tandem mistum vnitumque ei totum corpus pene-

Astrale.

trat; id satis efficax est ad omnes corporis affectus tollendos.

Quædam medicina est astralis, &c. vt panacea Assyluana.

Ergo Q. medicina vnica est efficax ad omnes corporis affectus tollendos.

Nego propositionem. Assumptionem dico falsam. Munimentũ de panacea nugatoriũ est, & petit principiũ. Ideo falsa est ꝓpositio, quia cõsequens dissentit ab antecedẽte siue toto, siue particulatim accepto. Vnde negari nõ affirmari debebat enunciatũ. Astrale fieri secundũ chymicos nullo modo, causa est, quę vim prębeat aduersus omnes morbos. Et ipse Paracelsus ad eum finẽ astra principalia in vnũ congregat; & tñ non assequitur scopũ. Reductio in primã materiã suam nouas vires nõ donat, neq; pristinas conuenienter reparat. Nam si simplex est; ex coagulato solutum exhibet quale prius fuerat, vt cum sal in aquam redit ex qua factus est; vel cõtra ex soluto coagulatum. Si mistũ, educit elementa. Quod si formam vnã spectes, vt in poculo aureo, perdita forma aurũ vel aurea massa reuocatur. Itaque vires ex crasi corrumpuntur; aliæ non satis commodæ prodeunt. Non habẽs facultatem vniuersalem ad omnes morbos in mistura; si neque ante mistionem possedit simplex, non

Astri ratio, non facit ad omnes morbos.

Reductio ad materiam primam.

acquiret eam cum reductum est; veluti cinabaris, composita est ex mercurio & sulphure. Si ad hæc reuocetur, quæ non habuerunt vim illã ante compositionẽ, eam non adipiscentur; Imo ne tam valida exibunt, quam erãt ante misturã. Itaq; contrarium potius ex illa reductione consequens est, nisi principium materiale prius tale fuit. Quod si fuerit, cur non accipias id ante compositionẽ potius, quam post? Neges posse capi, vt auri mercurius aliunde nõ est, nisi ex auro; nec si esset aliunde, tam foret elaboratus & perfectus ac in auro. Aurum ergo ad primã materiã suam est deducendũ. Dico primũ etiã auro debuisse illam communicatã fuisse, quod nõ deprehenditur quanquã valde prædicent id Chymici. Deinde si extra aurũ perfectus non est ille mercurius, sed formã & rationem perfectionis accipit a mistura certa cum sulphure fixo purissimo, soluta mistura peribit eius perfectio. Et hoc verum esse res ipsa docet. Nam auri mercurius æque fugax est ac crudus. Imo crudus plus potest quã qui ex auro fabricatur, sicut norunt illi qui tractant aurificiũ, & legerunt Rogerium, Arnoldum, & alios. Et quantũ perit in extractione illa tam violenta? Duplici modo fere elicitur; Vno per crudum; & tunc separari omnino nequit, sicut

Cinabaris ex quibus.

Auri mercurius.

Mercurius auri ante misturã perfectionẽ eã quam in auro obtinet, non habet.

Modi vertẽdi aurum in primam materiam, id est, mercurium.

ſicut nec aqua commiſta aquæ. Altero per magna tormenta, & corroſiones aquarum fortium & ſublimationum. Ibi duplex potius, quam ſimplex res eſt; neque tamẽ ad omnem morbum valet, vt nec crudus Mercurius, cuius portio excellit multum. Hic vana eſt iactatio. Periit enim virtus potius quam ſeruata eſt. Poteſt quidem & tertio modo educi, ſed tũc ratione primæ materiæ non valet, vt intelligunt conſcij. Deductio ad ſummam ſimplicitatem itidem nihil facit. Non enim afficit noſtrum corpus quod ſumme ſimplex eſt, ſed quod miſtum. Qualis autem ſit panacea ſupra dictum eſt. Conformitas cum ſpiritu vitali inutilis eſt, vt ante ſatis apparuit. Nec quicquam valet miſtura cum eo. Ergo ſingula illa plane exoleſcunt. Sed nec iuncta ſimul, quemadmodum ex ſuperioribus abundanter videre eſt, & odioſum foret ταυτολογεῖν. Inanis itaque propoſitio eſt.

Chymici dicunt pulnere lapidis reſerari naturas, &c.

Summa ſimplicitas.

Aſſumtionis iudiciũ.

Chymica ſimplicitas.

Aſſumtio plena eſt mendaciorum. Nam ſpagiria ad ſimilitudinem quidem eius quod purum primo eſt & perpetuum, reſpicit; ſed neque eo peruenire poteſt, neque id policetur; cum ex miſtis eliciat puriſſimam partem, eamque vocet cœleſtem ob diſſimilitudinem cum priore concretione. Interim ſumma ſimplicitas & aſtralis na-

lis natura non attingitur. Ex corruptili genitum, corruptionis expers non est. Non enim excedit genus naturæ, nec in indeterminatum abit. Omne etiam chymicum opus ex elementis aut mistis factum, corruptibile est & alterabile. Si etiam in suam primam materiam reducitur res quæuis in spagiria, ea autem genus suum non excedit: Metalli enim prima materia est metallica, & in hanc abit: Si statim ex elementis mista est; vltra elementa procedere nequit. Hæc enim sunt prima materia corporum elementarium mistorum. Si non statim, sed longo interuallo, in aliquibus quidē mista materia producitur, veluti metallorum prima materia & ipsa mista est, in aliquibus vero simplex, vt cum omnia quæ mista sunt soluuntur. Itaque illa reductio non semper perueniet ad summam simplicitatem, nisi eam genere coerceas, quod etsi fiat, non tamen consequens est quod dicitur. Sed intelligatur omnium prima materia, cum hæc sit tam morbidi quam sani capax, tam facilis ad hoc, quam ad illud, medicina prorsus temeraria, & suspecta erit. Nam præsentem potius morbi formam assumet, quam labefactam partis afflictæ.

Omne chymicum corruptibile.

Prima materia.

Quædā prima materia mista.

Omniū prima materia.

Repetit porro argumentum a simili cibo: sicut vniuersales cibos habemus, ita &

medi-

Cibi vniuersales. medicinas. Sed ante dictũ est nihil sequi. Non enim est eadem ratio cõseruationis totius per sanguineum nutrimentum, & sanationis per medicinam. Illa per similia fit in instrumento naturali ad vnum generale redacta; hęc per contraria, quorum natura non est destruenda, nec ad vnum generale reuocanda.

Ignis. Sequitur de igni, Ignis, inquit, a Deo destinatus est, vt omnes res consumat; & naturaliter omnibus rebus aduersatur. Quid ergo vetet, quin vnica medicina, ad igneam naturam, quam & angeli & animę possident, artificiose, apte recteq; perducta, omnia mala corporis accidentia, qualia sunt & morbi, tollet depellatq;. Si Dianoean syllogistice instituas, vix poteris tibi a risu temperare. Fiet syllogismus talis:

Quod ad igneam naturã deduci potest, id omnes res cõsumere potest sicut ignis.

Medicina vnica potest ad igneam naturam deduci; Ergo,

Medicina vnica potest omnes morbos consumere sicut ignis.

Propositio probatur a fine ignis autoritate Dei, & illustratur angelorum & animarum natura ignea. Assumptum firmatur sententia veterũ Spargirorum, qui veturerint vsum medicinę nisi prius in ignem conuersæ. Ita Galenus astipulari dicitur in laude theriacæ; item de anima mundi, quæ

vocata sit penetrans ignis,&c.

Primum falsum est ignẽ consumere res omnes. Meminisse saltẽ debebat se Spagirum esse, cuius dogma est nullã rem fixam & cœlestem posse consumi ab igni elemẽtari. Ita de mercurio scribũt, quod inconsumtilis sit. Nam aut manet in igni totus, aut totus fugit. Et quis ignis etiam calces absumit? Reuerberii ignis flammeus vehementissimus est in Chymia. At hic non absumit omnia. Nec obiicias vltimum ignem mundi conflagraturi. Nostri similem nõ esse consentaneũ est, quia & aquas cõsumet, quod noster sine medio non facit. Nec ignis omnibus aduersatur. Philosophi scribunt fixum mercuriũ acquiescere igni tanquam familiari. Et Aristoteles scriptũ reliquit quædã animalcula, etiam in igni viuere. Vnde figmentũ de Salamãdra. Ab hac etiã Chymici Salamãdricum vocant, ꝙ nullo cõburitur igni. Ita de byso & asbesto, & tabulis a lumine illitis referunt. Quin & adamantis quoddã genus cõtumaciter ignis vim respuere memoriæ proditũ est. Ridicula est applicatio de natura angelorũ & animarũ. Quomodo nudis formis potest esse natura ignea? Si cõparuerũt specie ignis, non ob id igneę sunt naturæ, nisi velis etiam humanæ esse, & equinę, & plaustralis, aut Spiritum S. in columbam trãsformare. Assumtũ potest cõ-

Ignis nõ consumit res omnes.

Mercurius illæsus ab igni.

Ignis mundum absumturus a nostra flamma alienas habet vires.

Salamandricum.

Anima & angeli.

cedi:

Medicina ignea. cedi. Si enim ignis aliquod corpus separatum est in rerum elementarium genere, idq; agit efficacissime, & naturaliter agentis est similitudo passi: non id sit absurdū. Sed tunc consequēs erit, medicinam vnicam nō posse omnes sanare morbos. Molliter enim sequetur: Si ignis non omnia absumit, neque igneum: Item si ignis nō raro morbos parit & totum destruit, & igneum. Veruntamen neque sic est consequens eandem vim vel parem esse ignis & ignei, vt nec par ratio est animæ & animati. Itaque alio quoque vitio propositio laborat. Esse autem id verum, ostendent exempla. Ignis flammeus ligna combu-rit, at non Euphorbium. Ignis modicus excludit pullos ouis fœcundis, vt in Ægypti clibanis, at illud non efficit piper, aut simile. Mirabilis etiam complexio est. Cur enim non concluditur conformiter præmissis? Cur non medicina illa omnia absumet? cur saltem morbos? Ecce ille putidus sophista, ne syllogisticam quidem formam instituere potest. Sed & concedamus hoc aliquantulum, & absumat medicina ignea omnes morbos seu mala accidentia, sicut ignis omnes res: necesse est vt vel morbi separatim absumantur, vel cum subiectis. Sed impossibile est morbos separari. Omne enim accidens inseparabile

Non qua ignis potest, ea & igneū.

Minus in complexione, &c.

Si medicina Amuualdi absumit morbos vt ignis ligna, corpori est infesta.

parabile eſt a materia ſeu ſubiecto. Itaque abſumet cum ſubiectis, & ſic illa medicina oculum cum cœcitate deſtruet. Quam proba ergo ſanatio? Sin dicet, ſaltem exigere & depellere, ſicut qualitas qualitatem; quid ergo, inquam tibi eſt cum igni abſumente? Quam turpe eſt iterum diſſentanea & diſſimilia pro conſentaneis & ſimilibus effutire? Par abſurditas eſt, dum dicit ignem omnibus aduerſari. Si ita ſe habet & medicina ignea, quomodo ſpiritui erit familiaris? Si mala, ſaltem in corpore morbido intelligit; vt medicina illis; ita & illa viciſſim medicinæ reſiſtent. Et hoc veriſimilius eſt in panacea. Nam pertinaciter admodũ ei aduerſantur morbi. Non itaque proderit in morbis pertinacibus, & inſanabilibus, ſicut neq; ignis facit quippiam aduerſus lacus & mare: Illeque Deus Ægyptius, Chaldæorum Deo adhuc eſt fortior. Sed vbi tunc dogma paracelſicum de cura perſimilia? Hoc quoque conſequens eſt; quia ignea medicina non eſt ſaltẽ qualitas, ſed qualitas in corpore; ſicut morbis infeſta eſt, ita & partibus in quibus exiſtũt morbi. Non ergo ſanabit citra iacturam. Prolepſis de extracto igni cœleſti vana & nugatoria eſt. Non enim ex elementaribus extracta ignea natura poteſt eſſe cœleſtis; & ſi eſt cœleſtis, *Cœleſtis ignis extractio.*

refutat totum argumentum prius de igni consumente, & aduersante omnibus rebus. Quæ de veterum spagirorum sententia affert, ea particularia sunt. Non omnem medicinā ad ignē perducunt. Nam cum elementa extrahūt, etiam aquas terras & aerem habent. Deinde ille ignis non omnibus opponitur morbis, sed saltē frigidis humidis per se; aliis si sint cum materia, ex accidente. Veruntamen nec tam salubris est. Nam tandem corpus destruitur ab eo; & is colliquationū non raro est autor, vt & præcipitium catarrhorū. Insuper eorū sentētia videtur longe aliud innuere, quā quod vult Amvvaldus. Nam puritatem eam requirunt, & fixitatem, adeo vt etsi res frigida sit, vt Salamandram putant, tamen nihil ab igni patiatur combustionis, sed aut tota maneat, aut tota fugiat: sicut olea aerea quæ in igni stant & acquiescunt ad tempus. Inde fugiunt tota. Nec illi vnum saltem generale Assyluanice descriptum habent ad omnia; sed multiplicem medicinarum farraginem.

Spagirorum ignis.

Veteres Spagiri multas habent medicinas.

Theriaca.

Laus theriacæ ob igneam naturam a Galeno producta, vix inuenitur apud Galenum. Percurri, pro otio, lib. de antidotis, & de ther. ad Pisonem; id præconium non inueni. Commendatur ad omnia interna mala, potiss. ventriculi & a venenis, &c.

Tam

Tam vniuersaliter vt panacea; non proclamatur. Quæ de anima mundi & reliquis attexuntur, nihil ad rhombũ faciunt.

Adiicitur & aliud ἀλύμαντον assyluanũ.

Sicut vnicum venenum parua quantitate vitam adimere potest; ita vnica medicina paruæ doseos vitam potest seruare, sanitatem defendere, & ab omnibus affectibus malis liberare. Hic vera est protasis contingenter. Non enim semper id fit. Apodosis mendacissima est. Vnus morbus satis est ad vitam adimendam, aut etiã vna vis, vt strangulatio; At non vna medicina restituere potest OMNES. Et nihil est impudẽtius hoc sophismate. Vni veneno potest alexiterium opponi in vno eodemq; morbo vel affectione. At si vnũ sanat, non consequens est, omnes sanare. Deinde nõ solo veneno petitur hominis vita: Ergo nec solo Alexiterio defenditur. Sed nec hoc perpetuũ est, vt alexiteriũ oppugnet expugnetq; morbũ a veneno contractũ. Nam si id venenũ plura membra corrupit & iam fecit morbos; solum alexiteriũ inutile est. Requirũtur non raro purgantia, solidantia & alia. Vbi nondũ factus morbus est, concesserim. Sed vbi factus; non item. Vtinam, Assyluane, ad tribunal declamasses, nec medicinam vnquam attigisses, tam turpis Sophista futurus.

Venenum.

Vna res potest vitã tollere, at non vna omnes sanare morbos.

Alexiterium.

Eius fecis & hoc est:

Aer salubris & insalubris.

Sicut aer infectus veneno totum corpus, & omnia mēbra peruadit, inficit, venenat, & destruit funditus; Et contra; aer salubris penetratione sua corpus & omnia eius membra recreat, & a morbis præseruat: Ita & vnica innoxia medicina, spiritui vitali prędicto modo conformis, aerea & penetrans reddita, potest esse efficax valensq; ad omnes corporis molestias delendas. In protasi comparantur effecta aeris infecti, & salubris. Sed imparia sumuntur iterum pro paribus. Nam vita & salus in multorum bona habitudine & encrasia versantur; interitus vel ex vno dependet. Itaque aer pestilens potest solus quidē interimere; sed salubris aer neutiquam solus seruare, vt notum est. In apodosi dissimile est pro simili, & explicatur id, sicut de aere salubri.

Vita in quibus.

Panacea innumeri sanati.

Repetitur argumentum ab effectis propriis; sed ridicule. Ait enim: Ante oculos sunt fere innumeri homines, quos sanaui panacea. Quid vero tum postea? Fortassis vno laborarunt morbo, aut non multū distantibus, aut a se mutuo depēdentibus; aut alia præcesserūt vel vna adhibita sunt? Non inde efficitur panacea, virtute & effectu per se.

Veterū generalia.

Aliud ab exemplo veterum. Galenus; cum

eum proauis multa habent generalia. Ergo est generale. De hoc supra est satisfactum, dictumq; quod longis parasangis veterum generalia distent ab Assyluano. πολύχρηστα solet Galenus appellare; eaq; asserit omnia esse mista, seu arte seu natura; & vel per se vel ex accidente. Id alienum est ab Amvvaldo. *Polychresta mista.*

Vltimum sequitur.

Vna purgatio & phlebotomia est præcipuum fundamētum ad omnes morbos curandos; Et vltimum refugium est ligni cura, & thermæ. *Purgatio et phlebotomia.* *Cura ligni & thermæ.*

Ergo vnica est medicina ad omnes morbos.

Antecedens falsum est. Sed esto verū; tamen non sequitur inde vna medicina, nisi vnum & simplex sit purgare, & venam secare, thermas imperare, & sudare ligni potu, vel potius ea techna abuti ad abstinentiam iniungendā. Sed o ridiculū calumniatorē. Tunc medicā operam ausis materiæ tuæ similē facere? An non tu turpis sophista & mēdax, hactenus de medici instrumēto seu pharmaco & materia declamasti? Cur transilis ad operationē? Verū est medici vnum vniuersale officium esse, BENE MEDERI: at tu inde tuam materiæ vniversalitatem nunquam euinces. O te logica scutica & ferula dignum. *A materia medica ad operationē seu medicationem transilitur.* *Vnum vniuersale officiū medici.*

X. DE OBIECTIS QVORUNDAM Galenicorum.

HACTENVS effœminata illa Amvvaldi sophismata, & stramineæ hastæ. Sequitur vltimum caput de nostrorum obiectis quibusdam.

Obiectiones Galenicorũ.

Ita dicũtur Galenicorũ quidã occurrisse: Si vnum calopodium (seu modulus) ad omnium pedum calceos non est aptum; neque vna medicina ad omnes morbos.

Sed prius est; Ergo & posterius.

Connexio petitur ex similium affectione. Assumtum prouerbio patet; sicut & cũ dicitur, vna fidelia duos parietes; & vna filia duos generos; &c. Amvvaldus irridet similitudinẽ: seu negat connexum; quia a calopodio ad medicinã nihil sequaẽ, propterea ꝙ res impares habeant imparia iudicia. Quia vero similitudo ex sutrina petita videẽ; ideo eis illudit eo nomine; & q̃a non erant dissimilia pro similib. assumenda, opponit illis magnis philosophis & doctorib. ironice sic vocatis, puerile iudiciũ.

Risus Amvualdi.

Responsio.

Non constat mihi quinam ita occurrerint Assyluano. Sed patet tamen, vix dignũ iudicatum esse aduersarium argumentis grauibus. Non autem est insolitũ prouerbia aliquibus rebus, licet interdum paulo alienius, accommodare, & sic paucis sententiã aperire. Nihil enim aliud illo prouerbio

Prouerbia.

uerbio hic designatur, quam Amvvaldi axioma esse absurdum & ineptum, seu veritatis nullius. Alias memini quosdam ita argutasse: Si vna medicina satis est ad omnes morbos; temere & creatæ & repertę sunt adseruanturque multæ. Sed hoc impium est & insipiens dictum. Illud ergo falsum. Verum quod attinet ad Amvvaldum, si Galenici peccarunt vnico hoc argumento, Amvvaldus criminis multiplicis reus erit; quia supra eiusmodi sophismatis lapsus est pluribus. Deinde non plane est extra oleas connexio. Probabili enim similitudine rem explicat, etsi non est necessaria. Similia autem probabiliter declarare rem, is ignorat qui rationis vsum. Similitudinis autem ratio hæc est. Inter medicinam & morbum oportet esse conuenientiam; sicut inter agens & patiens quanquā morbus patiatur ab accidente. Est & inter calopodiū & calceos. Si.n. calopodium respondet pedi; & calceus calopodio, necesse est & calceum pedi congruere. Iam non vnus eiusdemque modi pes omnium est. Ergo nec modulus vnus & eiusmodi. Ita se habet & in morbis. Non est vnus morbus & eiusdem modi. Ergo nec vna medicina, & modi eiusdem. Quam hæc ἄλογα sunt? Iudicate logici. Imo dicam & maius. Si enim vnum

Contra Vniuersale.

Amuuald eiusdem criminis reus.

Connexi defensio.

Similitudo inter prouerbium istud, & medelā Amuualdi.

Argumen. a minore.

Argum. a minore.

calopodium non satis est ad omniũ pedes, multo min⁹ vna medicina ad omnes morbos. Variant.n. morbi non tantũ singularitate hominum singulorum, sed & membrorum & affectionũ multipliciũ in vno eodemq;, quod tam varie non fit in pedibus, quib. quærũtur calcei. Ecce & ego ex sutrina prorepo. At non vltra crepidã sapio, sicut Amvvaldus, qui suam nobilitatẽ debebat defendere virtute, & ius dicere; non mentiri, & panacean vendere.

Amuuald. in Ramea logica ridiculus.

Quod iudicij sui rationem reddit puerili axiomate: Res impares habent imparia iudicia; quia vocabulo axiomatis, quo vtuntur synceri logici se ostentat, gustasse aliquid de correctis pręceptis videtur. Sed quis logicus castigatus vnquam tale portentum pronunciauit? Nostri pueri dicunt Amvvaldo nobili viro, iuris duplicis Licentiato, & duplato imo tergemino Doctori, quod pueriliter & fœde sit hallucinatus. Nam impares res seu argumenta non habent imparia iudicia, sed impares affectiones; iudiciũ vero si axiomate disponantur, affirmati, negati, veri, falsi, simplicis compositi & sic pro natura axiomatum. Si syllogismo; cõsequentiæ & inconsequentiæ, &c. Nã impar arguitur impari eodẽ modo, cũ natura cõparationis æque sint nota. Vtrum autẽ vera an falsa ex dispositione

poſitione emergant enunciata; id iudicij eſt diſquirere. Prius erat Inuentionis. Hoc ruſtici quidem non obſeruant; at noſtri pueri probe.

Aliud Galenicum.

Ad medicandum omnes morbos requiruntur medicinæ virtutum variarum earumque ſæpe contrariarum, & actionum talium.

Vnica ſimpliciſſima medicina non poteſt habere virtutes varias easque contrarias, & contrarias operationes.

Ergo vnica ſimpliciſſima medicina non poteſt medicari omnes morbos.

Ab adiunctis et effectis catholici.

Aſſumtum negat Aſſyluanus, argumento teſtimonij proprij Galenicorum, aſtruentium vnam medicinam obtinere contrarias vires & operationes. Nam Rhabarbarum eſt vnum ſimplex; at dicitur purgare & aluum ſiſtere. Ita de Roſa, abſynthio, aloë & aliis. Imo non tantum vnam contrarietatem aſſignare ſimplicibus dicuntur, ſed & varias; vt vrticæ, oxalidi, rapis, cannæ, fumariæ, auenæ, tritico, glycyrrh. ſaccharo hydrargyro, ſtibio, camphoræ & aliis. Scribere enim eos aſſerit publice partem ex illis ſimul calefacere & refrigerare; partem ſimul ſiccare & humectare. Hoc vnum eſt argumentum: Ad-

ditur & alterum ab exemplis: Anima simplicissima res est; at varia eaque contraria operatur: Sol lutum durat; ceram mollit. Nec vllum est elementum, quod non suæ naturæ, quæ illi tribuitur communiter, aduersus fœtus fructusq; producat. Hæc ille.

Defensio syllogismi Galenici. Assumtum negat temeraria quadã imperitia deceptus. Est enim verissimum compertum, siquidẽ hactenus est medicis Galenicis & chymicis, quod omni simplici, quatenus simplex, secundum naturam vnicus isque simplex sit motus, & a motu dependens virtus & operatio vnica. Quod si fortunam spectes κατὰ τὸ συμβεβηκὸς, fieri quidem potest vt etiam contrarium obtineat motum, veluti cum corpus simpliciter graue per vim in altum propellitur; at hoc neque perpetuum est, neque mutat naturam propriam. Itaque assumtum, quo negatur huius naturæ contrariũ, non potest non esse verissimum. Principia & necessaria axiomata conuellere cuius est nisi impudentissimi sophistæ? Quod de Galenicorum medicinis simplicibus nugatur; id ille bonus philosophus nunquam intellexit. Toto genere distat a descriptione panaceæ & eius simplicis quod est in syllogismi assumto. Nam aut natura miscuit id, aut ars. At panacean Assyluanam tradit autor esse simplicissimam, summe depura-

Simplicis natura.

Gallenica medicina polychresta.

puratam, aſtralem, & ad primam materiam redactam, quanquam omnia falſo, vt ſupra diximus. Eſſe autem illa non ſimpliciſſima, quanquam vnitatis ratione & relate ad compoſita vocentur ἁπλᾶ; Galenus aſſerit, cum inquit de polychreſtis: ἅπαντα δὲ ἐξ ἐναντίων σύγκειται φαρμάκων, οὐ κατὰ τὰς πρώτας μόνον ποιότητάς τε καὶ δυνάμεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς δευτέρας. Et alibi; Τῶν χυλῶν σχεδὸν οὐδεὶς ἐστιν ἄμικτος ἀλλοτρείας ποιότητες, ἀλλὰ καὶ δένδροις, καὶ ταῖς πόαις, καὶ τοῖς καρποῖς ἀναμεμιγμένοι τοῖς ἑτερογενέσιν οὐσίν. οὕτω χρὴ νοῆσαι καὶ τοῖς φαρμάκοις ἀναμεμῖχθαι πολλῶν ἑτερογενῶν οὐσίας. Quod ſi plane ſimplicibus quoque variæ δυνάμεις aſſcribuntur; id ex accidente fieri palam eſt. Nam quia materia eſt ſuſceptiua contrariorum, potentia alterationis aut tranſmutationis dicere poſſum terram non frigefacere ſolum ſed & calefacere poſſe; Aquam ſimiliter, & ita in aliis.

In 5 de com. med. ſec. genera.

In 3 de ſim. med. fac. 23.

Ex accidente ſimplex omnino, efficit contraria.

Deinde vſus induſtrius itidem virtutem variat. Ita aqua pota debite a ſitiente vitam ei ſeruat; Adimit nimia copia ſi in ea ſubmergatur homo. Ita & potu diuerſis temporibus febricitantem leuare poteſt, atq; etiam in periculoſius malum præcipitare. Ita facile crediderim etiam de panacea, quod poſſit plurima, non tamen

Vni rei multa aſſunt rationes. Vnde vſus multiplex.

Panacea quoque plurimi eſt vſus

men omnia.Si enim tanta copia ſit,vt quis in ea viuus ſepeliatur, vitam non ſeruabit ſed aufferet.Sed de talibus nos garrire (foret enim temerarium) ne ipſe quidem Aſſyluanus conceſſerit.De ea facultate quam res vna naturalis ſimpliciſſima naturaliter obtinet, contentio eſt. Sed & donemus Amvvaldo Galenici ſyllogiſmi aſſumtum loqui de vno ſimplici ſecundum ſenſum, veluti de rhabarbaro (quanquam ipſorum antecedẽs non eſt de materia medicinę ſed de medicina) num id obtinet VARIAS virtutes, easque omnes per ſe, contrariasque ita vt omnibus morbis depellendis per ſe ſit idoneum, id quod pronunciat Aſſyluanus de ſua panacea, ſeu ſuo ſimplici? Nullo modo. Itaque etſi vnam atque alteram aut forte etiam plures contrarietates vni aſſignauerint noſtri; tamen omnes quotquot requiruntur ad omnes morbos ſanandos, nunquam: neque per ſe ſemper etiam illas. Itaque etiam hoc modo immenſum diſtat Galenicorum πολύχρηστον ab Amvvaldino commento. Nec ignotum illi debebat eſſe quod,etſi contrariæ virtutes deprehendantur ineſſe vni ſeu ſecundum diuerſas partes, ſeu eaſdem, tamen medici non ita ſimpliciter omnibus vtantur, ſicut Amvvaldus ſua panacea. Et hoc etiam chymicis notum eſt. Nam vbi cognoſcunt

Simplex ſenſu vno.

Medici non vtuntur viribus in eodem contrariis, ſed præparatione alterum tollunt vel premunt, vt altera ſola agat.

gnoſcunt venenatam vim coniunctam ſalutari, hac ſeruata tollunt illam. Cum Rhabarbaro aſtringere volumus, id torremus. Ita & natura agit. Non enim ſimul & ſemel omnes vires dominantur exerũturque in herbis. Omnibus eſt vis medicamentoſa. At in aliquibus nutrimentoſa præualet. Et ſic vice verſa. In metallicis pluribus aſtrictio ſimul eſt & purgatio. Qui ferri ſquamas vorant, crudas; purgantur valide. Qui crocũ ſeu rubiginem; aſtringuntur. Et vbi ceſſat vacuatio, ſubducta humiditate, ſponte naturæ ſuccedit contrarium, quod medicamento per ſe aſſcribi non poteſt. In aliquibus etiam aliquæ vires prȩter principalem ſimul agunt; ſed non niſi diuerſæ aut diſparatæ; contrariæ tunc emergunt cum contrariarum impetus reſtinctus eſt, ſi quidem eo vſque perſtiterunt. Ita quædam purgant, calefaciunt, ſiccant incidunt & alia agunt ſimul. Interdum pro natura patientis diuerſus ab agentis fine prodit effectus; veluti cum calidum ſiccumque reſoluit & exhaurit humidum, cuius tandem finis eſt ſiccitas; In aliquibus ante euenit maior humiditas, quæ ex reſeratis naturæ clauibus in apertum prodit. At tandem etiam hic ſequitur ſiccitas. Itaque exemplum ab Aſſyluano allegatum plane ſophiſticum eſt. Solis calor

Patiens variat agentis opus.

Solis calor. lor æstiuus calefacit & siccat per se semper. Interim accidit ei agenti si humidum non est in propatulo, sed prius producendum &c. Ita ex accidente hoc quoque est si intercipiatur agens antequam ad finem perueniat, vt cum liquatur plumbum; ignis id verteret totum in fauillam nisi prius subduceretur. Sed non possumus eiusmodi accidentia omnia percurrere. Amvvaldi panacea non vsu vario, non varia præparatione, non artis regimine, nec vllo alio accidente dicitur omnia posse in morbis e symptomatis; sed per se. Omnia si percurreris accidentia; nullũ tamen inuenies quod assequatur illa magnifica Amvvaldina.

Panacea dissimilitudo.

De anima agente. Ridiculus est, cũ de anima simplici philosophatur. Cur ergo illa non sanat sine panacea? An exanimes sunt, qui panacea vtuntur? Anima multa agit sed vsa instrumentis multis. Sed bene se res habet, quod nec medici vtantur animatis nisi aliquando ex accidente, nec Amvvaldus vnquam intellexit quomodo anima operetur illa omnia.

Elementorum fœtus. De elementis nugas agit. Si nullam vim patiuntur, relicta sibi per se non edunt contrarios fructus. Neq eo modo negant Galenici etiam panacean posse interficere & mortem afferre pro vita.

Aliud

Aliud Galenicum.

Præçipitatus & Antimonij vitrum non sanant omnes morbos.

De præcipitato & vitro Antimonij.

Panacea Amvvaldi istorum alterutrum esse videtur, aut saltem assequi naturam eorum. Ergo.

Panacea non sanat omnes morbos.

Propositionem probauit experientia. Nam etsi multa de auro vitæ, auri præcipitato; angelico puluere, præcipitato corallino &c. portentose sint declamata; tamen nondum inuentus est qui præstiterit ista grandia. Ita & Bodenstein licet magna tribuat suo diaphoretico mercurio; nequit tamen omnia. Et Paracelsum aiunt vsurpasse quidem istum; sed non solum; nec potuisse omnia mala per illum tollere. De Antimonij quoque vitro similiter prodigiose est nugatum. Sed non comprobata præconia. Aliqui ex stibio faciunt polychresta, & benedicta & Antidotos Diastimmios habent: Chymici tincturæ eius nihil non tribuerunt: Sed ea omnia partim non sunt comperta, partim de solis & vnicis non prolata more assyluanico. Assumti robur ex doseos exiguitate dependet. Nam ea portiuncula exhiberi solent, tum alia vehementer actiua, tum prænominata; quanquam Amvvaldus mutauit dosin paruam in

Propositio firmata.

Assumtio explicata.

Parua dosis est vehementium.

satis

elencho homonymiæ. Si perfecta præparatio id signat quod chymicis; negant assumtum, idque petunt probari sine petitione principij. Verbis enim ampullosis non credunt, & examina testantur verum non esse. Si autem perfecte præparatum id est, quod finem ab artifice spectatum, obtinet; negant propositionem. Hic rhodos, Amvvalde. *ad Amvvaldi solutionem.*

Sed audire aliud.

Si esset præcipitatus, vel vitrum Antimonij effectum haberet eorum.

Sed hoc non: Ergo nec illud.

Assumtum probat magnificis istis; non vrit, non inflammat, non absumit radicalem &c.

Quidam videbantur negasse assumtum, & probationi eius opposuisse vitæ decurtationem; quanquam coniectura saltem dictum appareat. Hoc negat Amvvaldus strenue & opponit miraculosas sanationes in hectica, marasmo, veneficio & fortibus magicis &c.

Sed nostri medici negant connexum. Nam vel mistura vel alio artificio tegi potest effectum istud, vt non plane sit idem. Et verum est quod Antimonium omnino se accommodet ad artificis ingenium, modo operetur industrie. Vix persuadeo mihi, quenquam putasse esse illud furio-

ſum vitrum. An noſtri tam imperiti rerum ſunt, vt ignorent vitrum varie poſſe præparari? Non ſunt anſeres noſtri phyſici; ne erres. Inſcriptio operis habet hæc verba: Panacea datur in valde paruo & incredibili pondere. Et huius ponderis effectus tantus prædicatur, vt nulla fere mens capere poſſit; quid mirum ſi vim mercurij certo modo præparati dicatur affectari? An ignotum nobis eſt quid ille præſtet eodem pondere? Sed tamen hoc expertus dico, ſæpius nihil quam aliquid operari compertus eſt ille puluis. Cauſa recitata eſt ſupra. De diuina natura in radicali humore ſeruando, cũ tamen omnia alia abſumat quæ ſunt præter naturam in corpore, non facile perſuadebis ſicut & de aliis fumis. Nos plura tribuimus ei hac in parte quam Amvvaldus ipſe imprudens, dum de mola, pinguibus, gonorrhæa, abundantia vitalis ſpiritus & aliis ſupra diſputauit. Naturam ducem ſequimur, & eius potentiam non excedimus. Multi ſit vſus & ad plures morbos accommodum, quid tum poſtea; Ad illam magniloquentiã non aſcendit. Caue ne vtaris noxie. Ipſam medicinã non damnabimus, ſicut nec ignem, quanquam aliquis eo praue vtatur.

Defenſio Amvvaldi. Minitatur medicis malum mentione defenſionis neſcio cuius, pridem (fortaſſis ante accuſationem, ex mala conſcien-

tia) concinnatæ sed nondum relectæ elimatæq;. Prodeat ille partus. Galenici non vincuntur minis stramineis.

Aliud.

Quæ, quouis modo præparentur, noxia sunt, ea nõ possunt sanare omnes morbos. *In hostes mineralium.*

Panacea, quouis modo sit præparata, est noxia.

Panacea ergo neq; t sanare omnes morb.

Assumtum probatur, quia videtur esse ex metallicis. Metallica autem omnia teste Cardano & Erasto vim corpori nostro aduersam habent, & igni fiunt nocentiora. Amvvaldus negat assumtum; & repudiat testimonia, opponens illis Galenũ ad Pisonem de ignis vi corrigente; item salem, acidulas, thermas; vsũ auri argẽti, ferri, cupri, plumbi, stanni, quæ tamen separata nõ sunt, & si ignis ea facit deteriora, obiicit, cur non cruda & rudia cũ lapidibus seu venis dentur? Retorquet postea conuitiũ in ipsos Galenicos, qui curare ausint præsidio fumorũ mercurij, Auripigmenti, cinabaris, & Antimonij; ex quibus faciant etiam vnguenta & alia.

Hic Amvvaldus inuehitur potissimum in iudiciũ intempestiuũ medici Gothani, qui deceptus Cardani Erasti, & aliorũ autoritate praua, male de metallis ꝓnũciauit & in eo ipso nõ habet assensores physicos

Excusatio Gothani medici. peritos. Videtur tamen ille vir bonus respexisse præparationes stellionũ Paracelsicorum, qui cum in quouis fornice nati, ad chymian prosiliant indocti imperitiq; rerum omniũ, pessime præparant non metalla tantũ sed & mineralia; donec experimento per mortes acto aliquantulũ sapere discant. Id si ita est, Amvvaldus immerito in eum sæuit, sin aliter sensit, & peritorum artificum ingenia despexit negauitq; potentiam correctionis ad salutarẽ in medicina vsum, optemus ei elleborum. Nos vt nolumus artẽ medicam vsu & experientia constitutã comprobatamque sperni & ab improbis vituperari; ita errores circa eam commissos ab interpretibus saluare non possumus. *Panacea etiam liberali vsu innoxia.* De panacea nos testamur fideliter, quod plurimis exhibuerimus, imo & nos sumserimus; at ne tantillũ quidẽ noxæ deprehenderimus, quanquam nec semper iuuit, sed perinde fuit sumta, nõ sumta, nisi potuissemus continuatione diutina forte proficere, quã nostri homines abhorrent. *Fumigatio Gallicorum.* Quæ afferuntur de fumis illis; Galenicos non multum attinent, qui illos repudiant & detestantur exceptis Gallis quibusdam audaculis, qui ad hæc tanquã ad sacram anchoram in Gallica pene desperata confugiunt. Dico quibusdam; quia Fernelius Gallus quidem est; at neutiquam probat.

Ait

Ait Aſſyluanus aduerſarios ſuos, omnes excogitaſſe modos, vt deprehenderent panaceæ eſſentiam & præparationem. Vix mihi perſuaſerim id verum eſſe; et ſi ſit; dubito an a Galenicis tentatum ſit; Et ſi hoc quoq; eſt, quid miri eſt, cum Paracelſicos non pudeat a Diabolo diſcer[illegible] Galenicos a famulis aliquid noticiæ h[illegible]? Sed cum vendat Amvvaldus p[illegible]m copioſe, isque non ita occultatu[illegible] vt poſſit latere (eſt enim craſſa & minime ingenioſa miſtura) induſtriis nõ opus eſt famulos deprauare. Quod negat eos poſſe ad eius noticiam aſpirare; toto errat miſer cœlo. Ecce enim tibi illũ? Fac periculum in igni; fac in aqua; fac in omni examine, probatum dabo. Oportuit Galenicis prius igni & aqua & ſenſibus interdictum. Tunc bene negaſſet.

Galenicorũ auiditas in panacea noſcenda:

Panaceæ imitatione expreſſa.

Porro ait de mercurio; Si crudus noxius eſt; præcipitatus vulgari modo longe eſt nocentior. Non multum abeſt hoc a vero. Nam cum aqua corroſiua conficitur, non ſtabili prẽcipitio. Redit enim ad priorẽ naturã facili via. Corrigũt autẽ eum artifices lotura & infuſione, putantq; dulcem fieri. Sed medicamentum per ſe non erat vituperandum. Imperitus vſus odio eſt dignus.

Hydrargyros,

Arguit & hoc modo: Si ſpiritus vitæ æque eſt in carne & cute, ac in aliis partibus; in il-

An Vbiũ adhibita

Venena & suspecta noceant.

in illis æque potest lædi venenato medicamento ac in his.

Sed illud est; Ergo & hoc.

Connexi probatio: quia pharmacum quod vni corporis parti est perniciosum, neq; cæteris salutare esse potest. Hoc confirmatur exemplo mercurij cuius fumus, & illitus plurimis nocuit.

Responsio.

Connexum falsum est c[illegible]mto. Finge vbiuis æque esse; at non [illegible] læditur æque. In oculis lædetur pro[illegible]s, quã in pedibus; in corde magis quam in ventriculo; in arteriis potius quam neruis & venis &c. Sed insani est qui vbiuis æq; esse contẽdit. Est enim in omni quidem parte viuente, sed pro ratione cuiusque. In corde radicaliter inest; & ibi afficitur maxime a lædente. Non ita est in manu; & sic in aliis. Nec multum veri habet probatio propositionis. Primum enim a spiritu transilit ad partẽ, & sic non affecta est ad arguendum. Partem lædi, & spiritum, diuersissima sunt. Deinde non est Catholicum, si vna pars læditur ab aliquo pharmaco, quod altera lædatur quoque ab eodem. Nam cantharides illæso ventriculo vesicã vlcerant. Et quis tam vesanus sit, qui omnium eandem ad omnia dispositionem statuat? Oculos lædunt multa; at non pedes. Spiritus vitrioli hæmodian dentibus imprimit; oculum iniectus exederet; cœ-

Spiritus vitalis non æque vbivis.

Multa lædunt vnam partem alia illæsa.

teris paribus parcit linguæ, ventriculo & carneis. Idem in cœpis videre eſt, & multis aliis. Eraſtus pene eiuſdem fuit ſententiæ. Non enim ſibi poteſt perſuadere cantharides parcere ventriculo, ſed non opus eſt multis. Ventriculus quidem lædi poterat tandem, at quia in præſentia ſeu nõ ſtatim diſpoſitus eſt ad patiendum, nec in actum vocari poteſt ea a tali agente ad patiendum corruptiue; nihil noxæ ſequitur. Loquor autem de eadem actionis ſpecie. Nam fieri poteſt vt ventriculus etiam a cãtharidibus patiatur, ſed non modo eo quo veſica: nec cũ noxa. At putat Eraſt⁹ cantharides eo egiſſe naturaliter. Dico potuiſſe non egiſſe. Nã actus actiuorũ ſunt patientium. Ergo etſi agens ſit paratum & expeditum, non tamen ſequitur actio niſi patiens patiatur. Sed de his alibi. Sentẽtiæ Amvvaldinæ aduerſatur Paracelſus quoque, vt appareat magiſtro & diſcipulo male conuenire. Exemplum de mercurio friuolum eſt. Fatemur & nos multa foris adhibita nocere nec parcere interioribus aſſumta; at id fit non ratione ſpiritus vitalis, ſed natura partis cuiusque patientis.

Eraſti ſententia.

XI. QVORVNDAM DE MEDICIS CENSVRAE.

RESTANT obiecta nobis noſtrorum iudicia; de quibus breuiter. Plinius taxat

Plinii ſentẽtia de medicis.

Plinij sententia de medicis. medicos improbos, quos & Galenus, quẽ posteriorem improbare non potuit, nisi & seipsum confutasset. Notum autem est ante Galenum, medicos non institisse viis Hippocraticis. Itaque multis nominibus refelluntur. An non autem ridiculum est Galenicis opponere id quod pro iisdẽ est?

Cardanus ineptus blatero. Galenicam doctrinã amplexus est Cardanus. Is si quid aduersus medicos dixit, improbos dixit. Sed quomodo huius iudiciũ paulo ante testimonio Fuchsij repudiatum, hic solidũ est? Ne erres Assyluane. Putidus physicus Cardanus, & vt tu ais, magus, nil potest detrahere nostræ arti.

Fuchsius Galenicissimus. Leonhardus Fuchsius tantum non inuehitur in Galenicos vt eis etiam tribuat castissimam scholam. An non pudet hunc Galenicis obiicere? Arabas insectatur. At hi paracelsicæ sectæ sunt viciniores. Videat ergo Assyluanus ne contra seipsum inuenerit machæran. Nam hoc verum esse ostendit illud SCILICET. Dicebat Fuchsius Græcorum omnia esse pura, nitida, tersa, polita & aperta, O laudem Græcorum. Assyluanus vt ὄνος πρὸς λύραν aut faunus syluaticus, scurriliter irridet. At volebas nos pungere Fuchsij testimonio? O te capitis diminuti hominem.

Rheticus mathematicus. Rheticus mathematicus vt versatus est in medicina ita iudicat. Ignorauit ille vir bonus,

bonus, eum qui bene medetur esse medicum, non qui semper εὐτυχεῖ.

Sed cur VVimpinęus adducitur? Nihil habet aduersus Galenum. Varia partium studiā profert, dum hic Arabas sequitur, ille Græcos, alius vtrosque; alius hūc magis quam illum. Alius curat potius per Diætam; alius balnea, alius pharmacian, & sic deinceps, pro vt quisque vel affectus est; vel suæ prouinciæ conuenire iudicat. Interim corpus saluum manet. Sed corradenda vbiuis, & emendicanda erant sine iudicio iudicia. *VVimpinaeus.* *Varij ordines medicorum.*

Cyriacus Lucius pene dicit eadem: nec verbulo Galeni artē offendit. Fucos quosdam, qui eam non recte discunt, nec exercent perstringit. Si paracelsicos percurras ne ipsi quidem sibi ipsis consentiunt, vt primum Paracelsus, deinde vna cum aliis Assyluanus. Quilibet singularem habet ad omnia medicinam. Paracelsus se Monarcham nominat, & se sequi omnes iubet. Assyluanus audacter pronunciat, si viueret Paracelsus, quod inquisiturus secuturusque se esset, non ipse Paracelsum. Quin multa Assyluani dogmata e diametro repugnant Paracelsicis. Sed nolo de illis disserere, ne tempus pereat. *Cyriacus Lucius.* *Dissensiones Paracelsicorum.*

Mathiolus artem Galeni non insectatur. Monet materiam curandi petendam *Mathiolus.*

etiam ex mineralibus & metallicis esse. Id facimus lubentes. Probamus etiam eius iudiciũ de chymia. Si ignorat Assyluanus nostra pharmacopolia ante se natum aucta esse chymicis; adhuc in specum Platonis, & antro Trophonii somniat.

Andernacus. Andernacus eiusdem sententiæ est. Vtram autem ille plus laudet Galenicam, an Paracelsicam disciplinam, dixnimus in opere sequente.

Quercetanus anceps. Quercetanus fere medius est inter Galenum & Paracelsum. Chymian cõmendat merito. Sed non vidisti Assyluane, te tuiq; similes sub impostoribus & improbis comprehendi? Nam vestro vitio male audit chymia. An neque hoc annotasti: Paracelso non tribuatur inuentio medicinarum chymicarum soli. Quid ergo opus est nos ab illo mago discere? Quis cogat vt tua putida cõmenta audiamus, si sunt doctissimi philosophi & medici a quib. proficere liceat? Quantum Quercetanus a te distet, scripta eius arguunt. Nobis tamẽ ne opponas in posterum eum qui potius vult esse Paracelsicus, quam Galenicus.

Galenus opponitur Galenica artis. Mirabile est Galeni censuram Galenicis opponi. Demonstra nobis Assyluane quod chymia pręstet id quod Galenus voluit ad imitationem segregationis in lacte, & tunc videbimus an eius sententiam nobis

bis vere obieceris. Scias autem nos chimian nequaquam excludere, etsi aliqui Galenico titulo potius quam arte insignes, præ ignauia aut stupore eam abiiciant. Ex his iudica quomodo nobis placeant illæ censuræ, quas tu arbitraris nobis ingratas fore. Imo si desideras plures; nos tuum opus augebimus additamentis. Nulla res tam bona est, vt nulli sit obnoxia deprauationi malorum hominum, quantum est in ipsis.

Epilogus. Ecce vero, præclare Iohannes hartmanne, pro epistola tibi offero librum, in quo quid sentiam de panacea satis aperui. Suo in vsu laudabile est medicamentum. Assyluanus ei tribuit nimia, & inuehitur in artem medicam iniuste. *Non plane contemnenda panacea.* Ego non probo si quis omnino cõtemnit, quæ aliquoties proba sunt comperta; sed nec accedo fumiuendulis. τὸ μέσον ἄριστον. Itaque neque omnino succenseo Assyluano. *Dura dictionis caussa.* Dixi quædam durius; sed pro rei necessitate non in personam, sed in sententias præsentes, quas ad logicum iudicium, quantum potui, reuocaui. Si doctis meus labor placuerit; est vnde gaudeam. Sin minus; non quidem moror; iuuit tamen me ipsum exercuisse, & in cognitione & examine veritatis profecisse. Hoc enim tibi certe dico, me ante hac legisse librum

Amvvaldinum, ſed non perpendiſſe, atq; adeo pauca errata obſeruaſſe. Nunc cum accurate euolui, plauſtralia apparent, & fere in omni ſententia deliquiſſe autor. In aliquibus etiam quæ ante non ſatis eram meditatus, ſum firmatus. Atque adeo non pœnitet operis, vnde mihi ſaltem, ſi non aliis, aliqua exiſtit vtilitas. Tu vale, & me ama. Perſcriptum Rotenburgi ad Tubarim decimo Februarij, veteris computi, Anno 1594.

Deo Gloria.



APPEN-

APPENDIX AND. LIB. D. AD GEOR. AMVVALD.



NEMINI, Amvvalde, cum amplius ab hinc biennio, ad nos perueniret de puluere tuo tractatus tuus, multusque de eo passim esset sermo, ciuibus quoque nostris eundem petentibus, me rei nouitate inductum, incredibilique ad cognoscendum substantiam eius, & vsum cupiditate permotum literas ad te dare, amicitiam ambire tuam, & beneuolentiam, mutuaq; de rebus chymicis, etiam secretioribus colloquia (quo consilio video etiam alios eruditos tibi scripsisse) expectare. Sed tu meam neglexisti familiaritatem, & ab eo tempore voluntatem tuam ne apice quidē aperuisti, adeo vt obliuione ve an insolentia & fastu occupatus meam auersareris consuetudinem in dubio reliquerim. Interim, quasi bene inter nos conueniret, mentemq; tu meam haberes penitus exploratam contestatamque, quam tibi epistolam contrahendæ familiaritatis, industriæ spectandę, amiceque de chymicis conferendi caussa miseram; quasi me autore Galeni artem infa-

infamaturus, ad firmāda paradoxa, hyperbolicaq; mercimoniorū tuorū præconia stabilienda conuertere nō erubuisti. Astu-

Astutia. Empirica.

tum sane inuentū Empiriæ; principio per triobolarē medicinam aliquoties feliciter adhibitā animos plebeculę occupare, fama allicere doctos quoq;. & admiratione nobiles: eorum salutationes excipere, nihil respondere ne ἐπ' ἀυτοφώρῳ deprehēdaris, & tandē vbi multa eiusmodi collegeris in foro loco testimoniorū suspendere, & immodice, doctos indoctosque a latere tuo stare gloriari. Ego vero tibi eo animo neutiquam scripserā, neq; tunc poterā de puluere tuo, nisi quantū chymiæ insigni artificio confectū esse putabā, & ex libro tuo, ore vulgi, aliisq; minutiis coniiciebā non plane inutilem esse, quod etiā iam fateor, magnifice contestari. Habui quidē initio studium in ampliāda, ornandaq; chymia tuū, eo in loco, vt id tibi esset honorificū, præsertim cū viderē te in edito tunc absq; testib. libro, a peruulgato pseudochymicorū, agyrtarumq; instituto aliquantulū ad veterū deflectere methodū, & medicamēta ex ipsis repetere non pauca. Itaq; etiā in his quę tibi aliquāto inconsideratius excidere, iudicādis fui indulgētior, arbitratus te in priuata caussa aduersariorū importunitate prouocatū, iudicio elimato castigatoque

toq; vti requiuiſſe. Nolui næuo quodã leuiuſculo, vt tũc accipiebã, impediri noſtrã ad artẽ explicandã ὁμοψηφίαν. Sed poſtquã ſecundo ex prelo ſcriptum tuum cum augmento teſtimoniorũ euolauit, in quibus teſtimoniis, multa quidẽ mirifice virtutẽ pulueris tui cõmendant, multa vero etiam habentur, quæ non tantũ nõ ſine vanitate ὑπερβολικῶς extollunt ipſum; ſed & tum in artẽ hippocraticã Galeni opera declaratã amplificatamq; , tũ profeſſores eius adeo rabide furenterq; inuehũtur, vt non modo ipſe tibi tua culpa factus ſim alienus, & omnes medici, qui in ea ꝓfecerunt hactenus, laudatiſſimarũ Academiarũ teſtimoniis honorificentiſſimis dignitatẽ adepti præclaram, magnaq; cum laude in eius vſu Deo fortunante, verſati, grauiſſime ſint læſi, verumetiã ipſa ſcientia medica indigna, nec ferenda contumelia affecta male audire poſſit vitio eius hominis, qui ſibi vtriuſq; medicinæ honorem vſurpat doctorium, quin & conqueſti ſint de illata iniuria medici alias a chymia non abhorrẽtes: memor ego patrocinij quod veritati ex officio debeo, quid me deceret perpẽdi. Iudicaui itaq; non æquũ eſſe, vt infeliciter tẽtatus animus tuus, & nõ ſatis ꝓpitio Ioue quęſita beneuolẽtia plus apud me valeret, q̃ iuſta veritatis defenſio. Acceſſi igi-

tur

tur ad examen libri tui cum teſtimoniis editi, in quo deprehendes conuiciis tuis, non quidem vt dignus eras, non tamen extra oleàs, quod dici ſolet, occurſum, & vindicato vero falſum confutatum. Nec me piguit viris magnificis eum laborem a me exigentibus obſecundare, præſertim cum & ad medicinæ candidatos, non parum inde vtilitatis iudicarem peruenturum. Quocirca tu non ægre feres factum, nec obiicies me contra petitam quidem, at non impetratam, ſed empirica calliditate repreſſam familiaritatem (ſi familiaritas appellanda ea res eſt, & non potius ex parte tua moroſa inſolẽtia) deliquiſſe. Hoc tibi de me policere, nõ ingratam mihi futuram fuiſſe tuam amicitiam, ſi doctos amare potius quam allatrare maluiſſes, & ſuperciliosa quadam fatuitate tibi omnia, reliquis tribuere nihil. Cũ emendicatis quibuſdam literis, famoſiſque ſcriptis artem medicam, quam cum multis, quorum tu ne vmbram quidem aſſequeris, profiteor, & hactenus experimentis mundi & rationis vſu conſtante comprobatam ſcio, violaſti; ne vitioſę quidem nucis tuam æſtimem autoritatẽ. Faueo chymicis naturæ contemplatoribus, in quorum numero te rumor aliquando, ſed falſus, poſuerat, propter arcanorum, quibus

& ipſe

& ipse delector, inuestigationem. Asininæ ruditati, prodigiosis mendaciis, portentosæque iactantiæ, quæ vestra sunt insignia, non faueo. Ne ergo existima si me imposturis opposui, & bonorum flagellationi, aut te læsum esse, aut prioris meæ ad te epistolæ promissum labefactum. Artem me defensurum scripsi. Inertiam, vituperia, & ignaua περπέρματα, quibus tibi intra modestiæ & veritatis cancellos manenti, non erat opus, adeo non propugno, vt eorum me profitear hostem implacabilem. Tu docuisti quędam vere; quædam haud inique notasti. De istis non est quod conqueraris. Seruâta tibi sunt integra. In falsis, præsidium tibi a me erit paratum nullum. Ego te moneo ne inani scientiæ persuasione decipiaris. Vix in imo subsellio hærere digne potes. Si vero certare desideras, non fumis, sed solidis principiis, argumētisque neruosis τὸ ἀληθὲς conare comprobare. Vtere veritate, non mendaciis, solida doctrina non κενοδοξίᾳ; recto rationis vsu non sophisticæ hydrę veneno; Et erit vnde iure possis gloriari. Si non potes; agnosce tenuitatem supellectilis tuæ, & aliis relinque certamina. Moliris defensionem iam pridem promissam & expectatā. Vide vt afferas ingenio alacri digna, & noli committere, vt te intemperiæ abripiant ad

M eius

eius artis vituperium, cuius honorifico titulo gaudere instituisti. Sed quam tu machinaberis defensionem? Iam tertio editum est volumen tuum panacearium. Si non sunt domi meliora; vita publicum, & quiesce. Alleuisti marginibus dicta biblica, quibus comprobes adiumento spiritus vitæ adiuuari totum, omnesque sanari morbos. Si Theologi obseruarint, parum æquam tibi fuisse Dianam, id est, insaniuisse te dicent, iubebuntque vt prius conualescas mente, quam ad pugnandum prosilias. Maximo enim inscitiæ ridiculæ laboras morbo. Spiritus vitæ, quem a tua panacea curari fingis, non est ille quem sacræ literæ homini tribuunt. Aristotelem citas. Quin tu abstine manus ab eius mysteriis. Nimis crassa tibi ad eius subtilitates est Minerua. Iurarim te in aere bœotum enatum. Obiicis medicis paralogismum geminum, in quorum vtroque tantum confidis, quantum castro munitissimo, adamantinoque. Noli errare. Vterque est stramineus. Oculos tibi fascinat animi ignaui, & imperiti tumor. Miseret me tuæ simplicitatis. Num inter pueros lusus instituisti, & illis par impar iocularia temeritate oggannire? Sed non credis mihi. In arenam es ducendus.

Sic

Sic argutaris:

Quodlibet medicamen cuncta impedimẽta & aggrauationes ſpiritus vitæ adimens, cunctos quoque curat morbos.

Atqui panacea Amvvaldina cuncta impedimenta & aggrauationes ſpiritus vitæ adimit.

Ergo panacea Amvvaldina cunctos quoque curat morbos.

Propoſitionẽ approbas autore Ariſtotele, quem in 7. metaph. ais aſſeuerare, ꝙ ex ſanitate animæ fiat ſanitas in corpore. Aſſumtionem tua experientia & allatis teſtimoniis, & forte etiã Libauiano, cõfirmas.

Non dicam de ſyllogiſmi informatione, & enunciatione axiomatica, quæ puerilis admodum eſt, & inconcinna. Ad rem reſpondebo. Petis principium elencho turpi & ignauo. Finge approbationem ex Ariſtotele ita eſſe, & anima ſanata ſanari corpus; non tamen demonſtraſti ex animæ ſanitate omnes corporis morbos ſanari, non dicente Ariſtotele *καθόλου*. Deinde quis Ariſtoteles te docuit medica comprobare ex metaphyſicis? Non vult philoſophus Geometricũ quid Arithmetico firmari. Vetat regula *καθ' αὐτό*. Tertiò demus tibi bene allegatũ *τὸ μετὰ τὰ φυσικά*. At medici noſtri nõ curabũt Ariſtot. autoritatẽ quem ſciunt nõ raro falli in medicis. Vim

itaque ſuam & gratiam amiſerit teſtimonium. Quarto condonabimus tibi iterum in allegatione peccatū (ecce quam ſimus liberales?) at nihil faciet ad panacean. Nā meminimus ſimili fere modo etiam Socratem platonicum ratiocinari, quod non poſſit pars curari niſi ſanato toto; nec corpus niſi anima. At ille animum non ineſcat pulueribus, ſed pręceptis philoſophię. Si velis ad medicinam rapere; reponemus tibi elenchum τοῦ κατά τι. Nam aliquando & in aliquibus animo, id eſt, perturbationibus ſedatis, morbi corporis tolluntur. Aſſumptio itaq; tua hic ſimul periclitabitur. Quinto iuſſerim te ire ad ſcholas phyſicas, & prius diſcere diſcrimen ſpiritus vitæ, quem tu panacea ſanabilē facis, & animæ ipſius cuius meminit ſcriptura ſancta & Ariſtoteles. Cogita quæ ſcripſit Ariſtot. in 1. Rhet. cap. 5. & 6. Item in problematis de ſanitate & ſanatione, quod ea nō ſit animæ per ſe, ſed corporis, vtpote eius quod craſin obtinet, & pati a corpore ſeu ſanatiuo principio poteſt. Animam tuus puluis non afficiet. Sexto poteram ex te petere, vt monſtrares vbi totidem verbis Ariſtoteles ita ſcripſiſſet. Sed hoc exile eſt. Illud ſeptimo loco produco, te mirabilem admodum, & ad ſtuporem vſque acutum interpretem eſſe, ſi inſania eſt ſapi-

entia.

entia. Illa animæ ſanitas in 7. metaphyſ. non eſt id quod tu vis effectum aut procuratum medicina, ſed ipſa intellectio ſanandi, atque adeo ars medica. Ita enim inquit philoſophus: ἡ δὲ ὑγίεια ὁ ἐν τῇ ψυχῇ λόγος, καὶ ἡ ἐν ἐπιστήμῃ. γίνεται δὲ τὸ ὑγιὲς νοήσαντες, &c. Et mox: Ars medendi eſt forma ſanitatis. Reliqua omitto. Ecce tibi ſeptem cornua pro vno. Inexpugnabilem putaueras arcem tuam, & nullum arietem poſſe ei euertendæ inueniri. Mihi ingenioſorum minimo, ſeptem quam expeditiſſime ſe vltro obtulerunt; quid reliquorum diuina comparabunt ingenia? Periiſti. Plora, & tibi de tumulo proſpice. Aſſumtum non laborioſe petam. Ψεῦδος eius docebit meum examen, & iam ante euictum eſt. An ignoras quod tempore ipſo exoleſcat? Non iam valet tantum panacea tua, quantum cum ad eam fides afferebatur integra. Naturæ vires ſunt perpetuæ. Vide'ne tibi olla fracta inter coquendum ſpiritus, cum virtute euaneſcat, aut ne parum bene gubernet opus amanuēſis, aut potius mercator te decipiat. Ita eſt Dianæa prior. Poſterior arte ſeparatoria non recte eſt concinnata. Verbis conſtat his:


Quæuis medicina vitę ſpiritum ſanans, ſanat etiam totum corpus.

Panacea Amvvaldina sanat spiritũ vitę.
Ergo panacea Amvvaldina sanat totum corpus.

Axiomatum sententia nihil omnino differt a priore paralogismo. Tropo subiecti, & mutatione vocum aliqua distat. Conueniunt enim quodlibet mẽdicamẽ, & quæuis medicina. Sanare spiritum vitæ, nihil est aliud, quam adimere eius impedimenta & aggrauationes. Nec quicquã aliud sanare corpus, quam morbos curare. Si poteras in Aristotele videre de sanitate animæ, cur non eodem in loco conspexisti, potius dicendum esse ex ægroto fieri sanum, seu ægrotum sanari, quam hominẽ aut corpus? Sed tu forte Aristotelem attigisti nunquam. Et merito abstines. Es.n. natus panaceæ vendendæ, non Aristoteli interpretando. Et quid in sacro anguis, & canis? Sed ne tibi a Galenicis argutulis male timeas, cõsolandus mihi es. Ne time. Vix vllus erit Galenicorum, qui tuas næenias operose suscipiat refutandas, nisi forte me inter illos ignauissimũ excitaueris. Caussam quæris? In tuo horto nascitur. In marsupio quod tibi a tergo est, hæret. Tu ipse damnas nouo aucupio, quę pridẽ tanto cum fastu proclamasti. Rusticis te consulentibus porrigi schedulam circumforaneam typis impressam curas. In illa sunt

duo purgantia, vna cum Electario, quod aiunt roborare posse. Iubes purgare quoad satis in omni morbo, quãtum mihi adhuc comperire licuit. Inde vorare præcipis Electuariũ etiam quo ad satis. Et hoc quo ad satis, permittis nõn iudicio medici, sed rusticorum vtentium. Nec immerito. Nam, vt perhibes, qui panacean emit, nec pharmacopolæ eget, nec medico. Tandem deglutiunt panacean. Si hæc tua in omnib. est methodus, quorsum illi ampullosi & prægnantes fumi de solo ex panacea auxilio? Difficile est dicere te hactenus totum decepisse orbem. Est tamen verisimile. Ausim pene asseuerare, & Iouem lapidem iurare, te omnia testimonia ista noua praxi mendacii arguere. Quid autẽ respondebis tuis paracelsicis? Sed cesso, ne tibi fiam Archilochicus. Tu te defende strenue, non tamen oblitus τῶν ἔργων. Ego igni veritatis philosophico tua ad purum excocta reddere sum paratus. Vnum adhuc addo. Si te defecerit puluis panacearius, à nostro pharmacopola pete. Is vno nummo tantum vendit, quantum tu senis omnib. paribus præter auariciam. Vale. Rotenburg. 8. Aprilis stylo veteri, Anno 94.

LIBER ANTIGRAMANIORVM.



Conatus laudabilis ſciendi per modeſtas collationes.

LAVDABILE in primis eorum ſtudium eſt, qui, dũ abſtruſorũ noſcendorũ cupiditate in difficilia iudicatu incidunt, ſibi comperta in medium proferunt, problematiceq; diſceptanda ingenioſis obiiciunt, vt ꝙ vnius ſagacitas inueſtigare nequit, id multorum ſpectatis diuq; examinatis ſententiis, ſeu certum firmumque, ſeu aliqua ſaltem veri probabilitate fultũ perueniat ad poſteros. Sed nec hi inepte faciunt, qui per manus tradita dogmata vberiore diligentia, iudicioque exactiore, quandoquidem cognoſcendo res naturales, nullorũ temporum ingenia fere ſibi ſatisfaciunt, ſemperque nepotum experientiæ confirmanda, inuenta ſua relinquũt priores, excutiunt, & ad veritatis legem reuocata axiomata denuo ſpectant. Ita enim euenit, vt neque ipſi decipiamur temeritate aſſerendi, neque aliorum paradoxis perſuaſi, facile a veritate exorbitemus.

Augmentũ doctrinarũ.

Artes inuẽtæ.

Ita artes & ſcientiæ inuentæ, excultæ, propagatæque ſunt: Ita ſublata factionis

ſcepticæ

ſcepticæ ἀκαταλήψει ad certitudinem aliquam rerum peruenimus, καὶ περὶ τὰ ὄντα vt plurimum non vacillamus. Comprobata ea ratio & veteribus eſt. Hi enim ex contrariorum collatione iudicioque eluceſcere veritatem ſtatuerunt: Et ſummus ille Philoſophorum Ariſtoteles de rerum humanarum ſcientia non ſtulte ſcripſit. Ὅτι τοῖς εὐπορῆσαι βουλομένοις προὔργου ἐστὶ διαπορῆσαι καλῶς. Ἡ γὰρ ὕστερον εὐπορία λύσις τῶν πρότερον ἀπορουμένων ἐστί.

Verum enimuero eo ſeculorum maliciâ & ingeniorum quorundam ſtolida arrogantia deducta noſtris temporibus res eſt, vt pauci firmare dubia, aut addere inuentis, aut denuo invenire ſatagant. Plures ſibi iudicandi autoritatem, cenſoriamque poteſtatem recta fronte aperteq; ſumunt, quaſi non foris acceſſiſſe, ſed in rebus nati eſſe viderentur, adeo vt iudicia eorum non ex natura, ſed natura ex iudiciis petenda ſpectandaque ſit. Itaque non dubitant bene de veterum inventis, ſed eadem manifeſta vi euertere, & cauſa non audita annituntur e medio tollere, & in crucem agere, idque cum ea impudentia, & importunitate, vt nihil ſupra. Ferres hoc, ſi eruditi, ſi periti, ſi artifices longo vſu & annorum experientia edocti in ſua arte molirentur. His enim condonandum

Malitia arrodendi aliorum bene inventa & expoſita.

Eruditorum cenſura ferenda.

forte est, si pro rigore veritatis negligenter comperta præcepta, aut impure tradita, imperfecteque propagata castigent, corrigant, limaque aspera bene radant & polita reddunt. Nunc quo quisque stolidior est & imperitior, eo austeriore cum supercilio, maioreque cum impetu & fastu vix obiter gustatam artem, & veterum decreta repudiat, vituperat, execratur.

Imperitiss. quisque eruditissimos inuadit.

Cui hoc ferendum scelus est? Eius farinæ nuper immaturus fœtus prodiit aduersus medicinæ multis iam seculis constitutę comprobatæque principia & experimenta, titulo apologeticæ refutationis medicorum Galenicorũ, qui Paracelsistas vocatos nomine medicamentorũ minus rectę prẹparatorũ adhibitorumq; suspectos habeant, in quos author & retorquere, anilium sophistarum more, crimẽ contendit, & demõstrare omnes Galenicos a primi sui coryphæi tempore in hunc vsque diem vera principiorũ scientia destitutos, rerum physicarũ prorsus fere ignaros esse, & alia perniciose agere. Autori nomen ex studio dedimus, vt, quandoquidẽ non tantum ex inferis reuocare Paracelsum satagit, sed & plus illo delirat, sit inde Neoparacelsus dictus. Nomen proprium reticemus plærunq;, ne manifeste videamur

Apologeticum scriptum pro Paracelsicis.

Autor Paracelsicus.

in ho-

in hominem seu personā debacchari, quæ conuersis studiis ad sanitatē redire, & profiteri verius possit. Agit autē id cum summa virulentia, & scurrili plane dicacitate. Nec, quem se profitetur, medicus est, aut vnquam fuit, nec ab vllo magistro hanc artem didicit, sed fundamentis liberalis scientiæ vt videtur, non quidem contemnendis iactis, ministerio Ecclesiastico se addixit primum. Inde suo fato, ne quid dicam grauius, excussus cum conditione vitæ genus mutauit, factus ex sacerdote mineralium excoctor, & pseudochymicus, a quo studio ad medicinam, & calendaria scribenda, more hominū vanorum, adiecit animū, itaque hactenus profecit, vt totam antiquitatem falsæ artis insimulare, eiusdemq; comperta theoremata labefactare ausit. Opposuit illi quidem collegium medicū academiæ Erfurdensis autoritatem suam, & viri clariss. D. Bartholomæi Hubneri oratione ferocientis insaniam ad elleborū vocare conatum est. Sed ille vix dignum vlla responsione, obiecta Paracelsi impietate & vesania, repetitisq; syncerae medicinæ principiis, dimisit. Nos, pressius vrgendum, studiosorum gratia vt pestem illam veræ medicinæ sumtis alexipharmacis eo felicius declinēt, aut etiā igne hippocratico exurere nouerint, censui-

Oratio Bartholomæi Hubneri contra Paracelsicos.

Causa scripti.

censuimus. Et quidem hoc non extra nostrum forum. Si enim Theologastro & apostatæ licet sacram arrodere medicinam, cur non professione ordinaria medico eandem defendere? Decanus nuper Erfurdici collegij hoc iustum putauit, & solertes, quanquam nos tales vix sumus, in arenam vocauit. Quin & in calce primæ paginæ apologeticæ istius refutationis scriptum est; RESPONDE STVLTO NE VIDEATVR SIBI SAPERE. Arripuimus omen, cumque videremus neminem in tali materia stultiorem, iudicauimus ipsum et autorem sua improbantem facinora, ad arguendam stultitiam suam exciuisse alios.

Indignus quidem est, cuius nomen calamo medico in hominum memoriã veniat. Sed donemus ei aliquid. Non est plane ineptus. Fortassis æquitate nostra commotus sapiet melius. Non omnium est bene iudicare. Multi peccant ignorantia, quodque prius ex affectu aliquo sinistro repudiarunt, id cognitum postea amant impensius. Stimulatum se aliorum, quos claros, magnificos & doctos nominat, impulsu significat. Nos hortabimur, vt omissa maledicentia, si quid dubitat de medicis theorematis, aut vsu (nisi id plane priuatum est, & ex alicuius saltem odio profectum) disceptet liberaliter, vt liberalium

Quidam sine malicia aduersarij.

ralium artium magistrum decet. Sed nimium προοιμιαζόμεθα; rem aggrediamur.

De titulo operis. Nouus scriptor & fastuosus est. Titulum operi præfigit pinguem & luculentum, more eorum qui fumos vendendos splendidis ornant encomiis. Sed non satis prouide eum concinnauit, exemplo imperitorum, qui paucis inspectis facile iudicant, & pronunciant.

Accusatio Paracelsicorum. Scribit, dici paracelsistas, philosophos & medicos saniores, ægris propinare nimis violenta & corrosiua & deleteria: Et hoc calumniæ accipit nomine, tam mordaci scripto refellendæ. At inquam istud non tantum dicitur, sed & scriptum olim est, & a viris minime calumniantibus compertum.

Horum literis non maledicta, sed scripta neruosa, argumentaque solida oppone. Iam autem quod dicitur, facto contrario potius, quam virulenta malicia falsum contestare. Mirum vero est qua fiducia tum Paracelsista appellari gaudeas, tum tales philosophos ac Medicos saniores, quasi alij minus forent sani, arrogante supercilio vocitare ausis. Illiberale illud omnium turpitudinum & vitiorum chaos indignum erat, a quo honestus quispiam sibi nomen sumeret, nedũ is qui pietatem olim publice professus est.

Paracelsici insani agyrtæ.

Nullus honestus & pius gaudet nomine paracelsi.

Si et-

Si etiam aliis facinoribus Paracelsi asseclæ sunt magistri similes, quo iure saniores philosophi ac medici vocentur nulli non patet, eo nempe quo sapientia in insaniam, prudentia in temeritatem, ὀρθοδοξία εἰς κενοδοξίαν & omnino turpitudines in honestatem transmutantur. Sit itaque sanior is qui vitiis pollutior, impietate Paracelsica cæteros antecellit. Nobis cum tali sanitate nihil erit commercij. Non inconueniens est Arragosij.

Chymicis iudicium de paracelso.

Galli de paracelso iudicium, Chymici scilicet sani de insano. In hoc autore, inquit ille, explicando non multum laboro, cum nec in philosophorum nec medicorum numero haberi possit. Quomodo ergo eius asseclæ erunt philosophi & medici saniores?

Quidam Galenici petuntur. Omnes iniustè tractantur.

Verum a quibus tandem illa dicuntur? A quibusdam Galenicis, (inquit.) pseudomedicis, & logiatris, opponētibus se veritati illucescenti. Hoc si verū est, quorsum omnes, quibus Galenica non sordent, in cessuntur conuitiis? Cur ad artem vniuersam vnius atq; alterius professoris factum singulare redundat? Quid Galenus ille admisit, quem sæpius asinum, leporem, & eiusmodi ignominiosorum titulorū monstris plurimis a te appellari audimus? Num & ille hoc dixit? Indicio hoc nimirum est odio

odio quodã singulari erga artem vniuersam prægnantem hunc hominem esse, & defuisse sibi occasionem eius monstri pariendi, donec sermone quorundam, eoq; fortassis non satis certo, instigatus animũ conuitiis grauidum exonerauit, & veneno suo aerem mundi, & bibliopolia conspurcauit. An autem illi sint pseudomedici & logiatri qui id dixerunt, res tandem loquetur ipsa. At punguntur non tantum veteres cum Galeno, sed & recentes laudatissimi illi medicinæ excultores, Gesnerus, Zuingerus, Crato, Erastus, Seidelius, Langius innumerique alij qui se se prauitati Paracelsicæ strenue opposuerunt, quosq; optimos & peritissimos fuisse medicos, non verbis sed & re notitiaque & facto tales, in ore animisque est omnium. Verum si inuertere virtutes vitiis libet; non inique ferenda censura est. Ita enim ad Paracelsicos redit nota sua pseudomedicorum; nostri vero omni laude peritiæ medicæ fiunt superiores. Addidit; veritati illucescenti. Quid ergo? Iamne illucescit primum seu in lucem venit medica veritas? Agnoscitis vim verbi Grammatici. O falsum ergo, imperitum & stultum cum omnibus coætaneis suis, & posteris, qui ante hunc Neoparacelsum decesserunt, Paracelsum priorem.

Veteres & recentes incessuntur maledictis.

Veritas illucescens.

At ad

At ad nos nondum illa lux peruenit. Falsitatum argumenta, & tenebrarum plena plaustra ex scriniis Neoparacelsicis accepimus. Lux vbi est? Notum est, eiusmodi nouitios agyrtas primis diebus ex nouitatum turba, quas vulgus auide arripit, & repente admiratum in cœlum tollit, aliquantulum, vt flamma, emicare; sed ex stipula. Itaque simul illucescunt, & conflagrant breui. Commouit Paracelsus vniuersam auri cupidorum hominum lernam. Quoti iam sunt a quibus excolitur? Suo se inuento prædicant multi, & cadunt vna. Paracelsicus qui dici velit rarus comparet; isque non nisi organicen vitiosi cerebri, auri faber non satis sanus, pastor fugitiuus, Iurista iniquus &c. Ex medicorum schola & professione quis est qui isto gaudeat præceptore? Simili fato illucescet Neoparacelsus. Hic pro veritate illucescēte scribere voluerat falsitatem ex infernis tenebris reuocatam; Id enim ex re nascitur, & consequens est ex inverso. Hoc ei concedimus lubentes.

Agyrtæ nouigrati, veteres despecti.

Videtur autem autor sibi arrogare nescio quid noui ex inuento aliquo priuato, quo tamen Paracelsista argui cupit. Nam puluerem quendam inuenit vtilem, ad medicandum, vt aiunt, de quo ad nos aliqua portiuncula peruenit. Salem veneris appellat.

Sal Veneris.

pellat. Gloriatur item oleo vitrioli pecu- *Ol. Vitrioli.*
liariter a ſe præparato, & neſcio quibus
medicinis aliis. Inſtrumenta medendi, aut
materias audimus; quæ ſi feliciter præpa-
ratæ adhibentur induſtrie, quid tum po-
ſtea? Nouam artem, aut veritatem medi-
cam ante incognitam nondum videmus.

Nec id ſatis cauſæ eſt, cur veteres cum
recentibus tam malicioſe accipiatur. Cir-
cumforaneorum id eſſe, & ſpiritus para-
celſici non ignoramus. Fuerunt ſuperio- *Qui hos Velit noſce: legat epiſtolas medicinales Geſneri Matthioli, Langij quaſque Scholtzius & alii collegerunt ſtudio ſumme laudabili.*
ribus temporibus præſtantiſſimorum me-
dicorum multi, quibus vera chymia & co
gnita & exercitata laudabiliter fuit; at nul-
lus iſtorum, quanquam medicandi mate-
rias indagarint feliciſſimas vſu recto, &
Galeno cum tota vetuſtate plane incogni-
tas, tantum ſibi arrogare eſt auſus, imo ne
cogitatione quidem præſumſit. Agnoſ-
cunt ergo ſtudioſi ex vngue leonem, nem-
pe hunc falſarium chymicum, qui ſibi af-
fingit chymiæ auguſtiſſimæ titulum ho- *Pſeudochymicus.*
norarium, ne gry quidem de ea poſſidere,
licet de carbonaria arte, qua infuſcauerit
manus, faciem veſtemque conſpurcarit,
multa deblateret. Sed inferius ille pſeu-
dochymicus apparebit dilucidius. Satis ſit
hic attigiſſe modo vnū eius rei argumen-
tum. Summa accuſationis calumnioſæ, at- *Summa criminis.*
que adeo litis caput ponitur, quod dican-

Puto Ienæ et Erfurdiæ docentes potissimum id factitasse.

tur Paracelsistæ deleteria, violenta, corrosiua propinare. Procul dubio, quod illi medici de abusu præparatorum, aut materia, diuerso cum respectu, vt in qua facile peccari possit, senserunt dixeruntque, Neoparacelsus aliter ex cauteriata conscientia, sensum dictumque accipit, & sic calumniæ crimen incurrit ipse. Cui enim medico rerum perito ignotum esse potest, multa etiam in pharmacopæa Galenica talia esse, at quæ salutari vsu fiant βοηθήματα? Monere illi solēt ne talia temere ab hominibus temerariis sumantur vsurpenturue; simpliciter autem peritis & artificibus vsum verū non interdicunt. Si constaret paracelsistas probatæ pietatis, honestatis, peritiæ & eruditionis circumspectæ esse, & publica autoritate academiarū admissos ad medicandū, non opus esset vlla admonitione. At nascuntur illi in circulis eorū qui se ab omni eruditæ peritię collegio separāt & plæraque absq; autore fingunt, quiduis ex quouis facie quauis elicientes porrigentesque tanquam θεῶν χεῖρας. Qua conscientia omitteret spectatus, constitutusque in id medicus præmonitionem? Neoparacelsus fortassis multorum, quin & suo (quod nobis non est ignotum) periculo, vsum aliquem suorum medicamētorum, in quibus sal veneris nō est tam blandus vt ille

Ingenua hic est Falloppij confessio.

Boni medici est imposturas monendo auertere.

Sal Veneris non blādus.

ille iactat, adeoque eget bona admonitione, didicit. Committe ea aliis, gladium furenti porrexeris. Gloriantur isti, sciūtq; veri chymici dictis essentiis esse paruam quantitatem; at vires maximas; & posse fieri vt ingerātur in corpus incaute, quod pronum sit ad catarrhos aliaque Symptomata periculosa; Si copiam iusto maiorem imperitus quispiam, præbuerit, aut intempestiue manum adhibuerit, an non camarinam sit moturus? Grauium peritorumque in præcipiti alea est, nedum temerariorum, quales sunt isti pseudochymici. Si itaque veri medici de his ad populū, vt sibi caueat, monita dederunt, non fecerunt iniuriam Neoparacelso, sed impostorum insidias & temeritatem pie monendo voluerunt anteuertere, & excludere. Sed pergam' in inscriptione. Prima pars quæstionis propositæ fuit: VELLE refutare calūniam: sequitur secūda: VELLE retorquere eā in ipsos. Ex hac apparet cēsuisse Neoparacelsum se iniuria affectum. Itaq; vtitur forēsi illa retorsione nota cuilibet aniculæ & scurrę, & non immerito bonis viris, suspecta. Lacerant enim ita inter se ambubaiarum collegia, nec crimina obiecta aliter purgant. In eorum numero ponamus & hunc falsum chymicū, qui reponit admonitioni medicorū salutari plane scurriliter

Periculosa chymica, de quo & Zuingerus & Arragosius.

Retorsio.

Corrodentium vsus. riliter hoc conuitium: Vos vtimini corrosiuis, violentis, & deleteriis. Atqui peritis medicis hoc conuitium non est. Et fatetur Fallopius sponte. Neque enim vtuntur inartificiose & imperite: Et vtuntur violentis, corrosiuis, deleteriis non actu ipso in corpus humanum impacto, nisi forte violenta extrema extremis sunt opponenda, veluti cum immedicabile membrũ resecandum, &c. Sed alia cum suo adhibita modo corrodant, corpori tamen humano, interuentu vsus medici, sciũt ea innoxia esse, veluti sal testas labefactans & putridas carnes exedens, perite comestus innoxius est, perinde vt & acetum, verberum, & limoniorum succus cum aliis. *Deleteria.* Nec de deleteriis dubitant ex arte datis. Ita enim cum theriaca viperas; ita alias opium & reliqua præbent ad dolores ventriculi, & alia cum salute præsente. Itaque retorsio ista veris medicis per se nihil invret maculæ. Verum statim prima fronte ex verborum virulentia iudicat lector malo animo eam institui. *Scriptum paracelsici virulentum.* Itaque sine malicia & calumnia non est futura. Ex tali enim fonte tales diminant aquæ.

Retorsio inanis. Sed & primo aspectu deprehenditur inanis & vana. Cum enim non calumniose exceptus sit ille, & crimen malæ suspicionis auxerit mendacio: cadit vis retorsionis,

nis, ipſeque author calumniæ arguitur. Veruntamen retorſionis formulam & argumenta expectabimus; Huius ſumma comprehenditur porro his verbis. In qua multis argumentis & rationibus probatur. Quidnam? Quod nihil aliud agant, quã vt vires ægrorũ crudis, feculentis & exoticis ſuis medicamentis frequenter opprimant, naturæ bellum inferant, eamque oppugnent. Nominauerat ante quoſdam Galenicos, pſeudomedicos, & logiatros. Hi ſi quid tale committunt, quod aduerſatur ſaluæ profeſſioni, iure erant admonendi officij; at non a Neoparacelſo, cui non res medica iudicanda erat commiſſa, quanquam ſi Theologice id feciſſet, erat extra culpam. Verum totam Galenicam ſcholam ſummosque in ea, medioxumos imos, profeſſores exagitat, ſuisque impetit conuitiis. Non itaque ſic eſt dimittendus.

Crimen Galenicorum.

Deinde retorſionis vis eſt, idem ingerere in aduerſarium quod ab eo profectum eſt, & par reponere pari. At leguleius hic ius non bene didicit, nec bene inter ambubaias eſt verſatus, dum retorquet non violenta, corroſiua, deleteria, ſed cruda, feculenta, exotica, idque ſenſu Paracelſico de integris naturis, vt in culinam quoque venire ſolent.

Retorſio incepta.

Hæc eſt αὐτοκατακρισία. Seipſum dam-

nat homo conſcius ſibi malefacti. Itaq; & conuitium illud calumniæ auertit a medicis in ſeipſum, conteſtatus illud obiectum non fuiſſe crimen nec calumniam, ſed puram putam veritatem, quæ retorqueri nō poteſt. Ita ſe confundit in ipſo titulo. Nec iuuatur iſtis horrendis effectis: vires ægrorum opprimunt &c. Notum enim eſt vel plebeis, nec crudorum, nec feculentorum nec exoticorum medicamētorum hanc per ſe vim eſſe, propterea, quod & multi cibi tales comeſti nihil inferant noxæ: Medicamenta vero oporteat non ſemper coqui foris, at in corpore etiam omnino non. Quod enim coquitur non raro vim perdit. Quod natura domat intus coquēdo, id principium transmutationis ad ſubſtantiam accipit, cuius gratia nō medicinæ dantur, ſed nutrimenta. Hoc adeo verum eſt, vt etiam phyſicus loco axiomatis αὐτοπίστου, poſuerit cum ſcripſit; φάρμακα ἄπεπτα ὅτι καὶ οἷα κρατεῖν, ἀλλὰ μὴ κρατεῖσθαι. De feculentia redarguent Neoparacelſum vel heluones, quanquam in Medicos iniurius eſt hoc ipſis tribuendo, qui quæcunque præter naturam adhærent medicinis, ea ante vſum remoueri diligenter curāt. Quæ vero naturaliter aſſunt, ea non ſemper aut poſſe aut debere tolli longe rectius Paracelſo intelligunt.

Oppreſſio virium ægrotorum.

Medicamētanō omnia foris coquēda.

προβ. μ. β.

Non ſemper & omnia extrahenda.

De

De exoticis delirat manifeste. Ita pingui minerua deprehenditur statim calumnia, & ridicula seipsumq; condēnans retorsio.

Veruntamen subtiliorum sensuum ille pseudochymicus per cruda & feculenta intelligit ea, quæ non sunt chymicis ignibus percocta, & ad essentiam redacta, seu non essata, vt barbare cum Dornæo loquitur, aliâs non impolitæ linguæ. De hac re affirmamus Neoparacelsum nihil intelligere, idque infra demonstrabimus ad oculum. Itaque & pseudochymicum appellamus, longissime absentem a vera chymia, & hic eum turpiter falli pronunciamus. Sed talis retorsio per se est. Videamus & emblemata. Quo tempore & quādiu Galenici opprimunt vires ægrorum, naturæ inferunt bellum, eamque oppugnant? A primi, inquit, sui coryphæi tempore in hunc vsque diem. Quis autem ille coryphæus? Galenus nempe. At illi quos petit, artem Galeno acceptā non referunt; sed altius vsq; ab ipso creatore exordiūtur. Itaq; sciunt in Græcia Hippocratem, in Italia Galenū in ea, in præcepta redigenda & excolenda, posterisq; quam optime fieri potuit ab ipsis elaborata transmittenda, insigniter elaborasse. A quorum virorum diligentia & opera si Galenici vel Hippocratici appellanē, vt ab aliis Thessa-

Paracelsici sunt chymici furtiui & falsarij.

Emblemata retorsionis.

Medici ap-

pellati ab artificibus excellentibus. licis &c. distinguantur, non putant se ignominia affici. Basileæ etiam vocantur Asclepiadæi. Quid tum postea? At interim ipsa medicina, vt loquitur Seidelius, Hippocratem, Galenum & Asclepiaden potest in ordinem redigere, & errantes cum honore quoque eorum arguere.

Medicina artifices errantes corrigit.

Quid enim? Nihil simul inuentum & excultum est. Artis theoremata perpetua quidem secundum se, ab aliquibus hominibus tardius apprehenduntur & excoluntur. Debent sibi tempora mutuas operas ad plenariam noticiam. Debent & regiones. Et medicos quidem vera ars non destituit; At paracelsicos veritas. Mendacium enim detegit mundi historia, etiam stupẽdarum sanationum exemplis omnium temporum oppositis, frustra ogganniente veritatis osore omnium tandem mortem, aut quorũdam frustra tentatam salutem. Inter alia Theoremata medica etiam hoc est; fieri non posse vt omnes restituantur, id quod ex decreto diuino, Mortem morieris, firmum ratumque est. Itaque contrarium deprehenditur, nempe inde vsque a primo inuentore medicinæ ad hunc diẽ, etsi insanabiles fuerint multi, multos tamen medicina non oppressos, sed releuatos, non bello naturæ petitos, sed bello exemtos, non oppugnatos, sed

Paracelsici mendaces.

Non omnes sanari medicina

tutos

tutos ſecurosq; redditos. Verum cur aut quam ob cauſſam tam atrociter peccarũt medici? Quia, inquit, deſtituti fuerunt principiorum ſcientia: quia prorſus fere ignari rerum phyſicarum & expertes; quia quatuor humoribus ſunt immerſi: quia funeſtos habent errores de medicamentorum ſimplicium & compoſitorum præparationibus, de doſi, de correctione, de adminiſtratione & aliis: quia demum inflati ſunt, & nihil aliud agunt, quam vt opprimant. Hæc ille. Vides hominem, quam præceps in præliũ ruat? Tuba nondum perſonuit; & armis expeditis certat. Quam verendum ne primo ſtatim impetu exceptus miſere pereat? Si æquum eſt, vt ſtolide & ſuperbe debachanti, occurratur ex merito, quemadmodum tuo ſymbolo monuit, dicere aliquis poſſet, MENTIRIS: Et ſic vnico flatu eoque breui tot arma retruſerit, & hominem iugulauerit; Sed nos tantum aſſertis dabimus fidei, quantum autor probauerit. Lecto tractatu deprehendimus ipſum quidem atten taſſe comprobationem ignoratorũ principiorum; ſed apparuit, & principium petiuiſſe declamatorem, & Elenchum ignoraſſe, idq; patebit ad oculum in eius examine. Parum medicis relinquit noticiæ phyſicæ. At hoc vſque adeo non demon-

Cur medici dicantur no cuiſſe.

Tota apologia Paracel ſici plena elenchis ſophiſticis.

ſtrauit, vt etiam multa hippocratica quæ noſtri ſequuntur, veritate compulſus admiretur,& exclamans mirifice commen-
Humores 4. det. De quatuor humoribus friuole garrit,& partim de nõ intellectis iudicat ſtolide, partim iniuriæ crimen committit. Et
Paracelſicus abeſt a vera chymia. his tribus capitibus ſimul arguit, ſe a vera chymia tantum abeſſe, quantum a vero falſum. Nam veri chymici, quin & paracelſus, vna cum Dornæo, Dorneſio, Quercetano, Rubeo & aliis nec elementa repudiant, nec humores, quanquam in-
Principia paracelſica. terdum parabolicis phraſibus nominibuſque ea indigerent; Et Thomas Muf-
Ita Crato Andernacus & alij. fetus Anglus tria principia Paracelſica vna cum aliis ita declarat, vt optime congruant cum humoribus medicorum. Si ergo Neoparacelſus chymicus eſt; Et a verorum præceptis diſcedit, quid aliud erit quam chymicus falſus? Sed nos id quoque aperte oſtendemus, cum ad eam diſceptationem peruenerimus. Quod funeſtos errores noſtri habere dicũtur de præparationibus, id refutat res ipſa & experi-
Præparationes. entia. Nam præparatæ ab ipſis medicinæ, ſi perite adminiſtrentur & more medico, nulli nocent, nec vlli funus adduxe-
Imperitus medicinæ vſus. runt. At more Empyricorum ·dhibita, etiam aqua frigida & vinum, imo vini illa nobiliſſima eſſentia quinta mortem afferre poſ-

rẽ possit. Medicinæ imputandum nõ est, si quis eius præscripto non obtemperet. Nec patietur aduersarius, si quid tale suis medicinis acciderit, se facile infamem fieri. Sed & hoc argumentum est pseudochymiæ. Nostra pharmacopolia, quæ sunt paulo instructiora, qualia sunt Norimbergica, &c. Chymice præparatarum medicinarum vel cumulos habent. Si funestus error commissus est a Galeno vsque ad hunc diem, in præparãdo, aut cum Neoparacelso incepit Chymia vera, aut ipse fucata specie falsam vendicat; cumque vera in nostris collegiis sit notissima, id quod testabimur consensu chymicorum, non a Paracelso, qui fuit corruptela chymiæ & caligo, repetito, sed a prioribus, a quibus & ipse eam didicit; Consequens erit, Neoparacelsum chymiæ larua obductum, non nisi Pseudochymicum esse. Quod autem non mera chymica proponimus, atque ita circumforaneis istis gratificamur, id non sine graui eaque vrgente necessitate, quam bene intelligere poterat aduersarius, fieri consueuit.

Galenica pharmacopolia habẽt chymica.

Cur non mera chymica vsurpanda.

Faxit tantum auri quantum lapidũ, eximat hominibus persuasionem & fiduciam; & grauissima argumenta experientiæ a mundo condito vsque huc certæ firmæq; de quibusdã non mutãdis a facie natiua,

tiua, oppositis robustioribus euertat, & deliberabimus, num possimus in gratiam eius aliquid de consiliis nostris remittere.

Doses. Doses quoque nostras consuetas, multaque perita firmatas non esse funestas, eodem patet argumento. Quod autem eæ non sint fixę, ita vt semper vni tantum detur quantum alteri, imparitas non tantũ materiæ facit, sed & morbi, & naturæ patientis, & aliorum; quæ si a medico iudicari possant, cur non & Doses certæ præfiniri? Putat autem Chymicus ille adulterinus se in eo iudicio non posse errare: cur non concedat idem medicis, qui totum vitæ tempus in eo studio consumsere, nec ex aliena facultate in hanc temere irrepsere runt? Sed infra de hac re lepidas audiemus fabulas, vbi autor eo confidentię peruenit, vt sibi essentiarum perfectam noticiam fiducia oculorum Vulcani assignet, dignus profecto cui DEVS & natura nullum oculum concessissent, siquidem alienis tantum fretus est. At hoc insigne argumentum stultitiæ est, quo vnico satis confirmat sibi additum esse symbolum inscriptionis; RESPONDE STVLTO, &c.

Correctio medicinarum. De correctione item lepidus est. Sed notet lector hic multa proponi, quæ in tractatu neutiquam confirmantur, & vix attinguntur. Itaque meminerit huius coloris,

ris, quem inducere voluit chartæ suæ, vt eo esset plausibilior vendibiliorque. Refutant autem id mendacium vel rustici, quorum quidam dicitur inuenisse antidotum saxonicam, eius præsidio a comestorum, serpentum & araneorum veneno fuisse tutissimus, ne quid dicam de exploratis Bezoardici lapidis, & aliorum aduersus Napellum, arsenicum, sublimatū, hydrargyron, & similia viribus. Sed coquis & rusticis, & circumforaneis ille homo potest correctiones salutares tribuere; medicis non potest. Est autem & hoc argumentum Chymiæ Neoparacelsicæ. Nam nostri homines ex vera chymia longe rectius, salubrius & iucundius norunt correctiones illas, de quibus blaterat. Si is alias habet nostris aduersas; ex falsa chymia sumtas oportet. Nouimus autē plæraque chymica, esse talia, vt quocunq; sane modo sint præparando correcta, nihilominus in vsu ipso amplius sint corrigēda, idq; siue externis præsidiis, siue internis. Nam venereum salem Neoparacelsi nemo sumserit sine noxa, nisi liquore aliave re temperatum, & dilutiorem redditū.

Rusticus inuentor antidoti sax.

Ignis chymicus vel præparatio sola non satis corrigit.

Si is etiam spiritum vitrioli semunciatim sumit: aut multo liquore aliave re mitigatum & dilutum potat, veluti hi, qui acidulas vsurpant; aut humorib. ipse scatet,

Spiritus vitrioli.

tet, aut nihil in eo eſt virium, neque quicquam præter phlegma, vt loquuntur chymici. Sed de his infra. Adminiſtrationem obiicit tandem. Vrit hominem, quod noſtri non ad calendaria Paracelſicorum fatua, porrecturi medicinas, accurrunt, indeque ſigna vſurpationis medicæ arripiunt cum magna religione. Sed noſtri cœlo quidem tribuunt, quod ei debetur; Paracelſicis vero tantum, quantum calendariis eorum. Sciunt enim hos miſeros homines vbique eſſe volentes nuſquam eſſe, & ne exercitatiſſimos quidem Aſtrologos ſibi & aliis ſatisfacere poſſe, ne dum bliteos iſtos relicta Theologia & mechanicis, in omnibus artibus & facultatibus temere vagantes. Hactenus inſcriptio, quæ ſua ipſius imbecillitate futilitateque totum labefecit opus, ita vt nihil amplius, ad generalem reſponſionem requiri poſſit. Reliqua ex fumo orta, fumi modo euaneſcunt. Et hoc conſilio tam prolixe titulum perſecuti ſumus, vt iuniores intelligant nihil hic tam faſtuoſis ampullis promitti, præter inanem fucum, & prodigioſam oſtentationem cum ſumma vanitate coniunctam.

Cæleſtes obſeruationes in calendariis.

Aſtrologia infirmitas.

Animaduertant autem controuerſiæ ſtatum ſimul repræſentatum. Comprehenditur

prehēditur is axiomate negato, & illustrato per oppositum disparatum, hoc modo;

Paracelsistæ non propinant ægris violenta, corrosiua & deleteria: sed Galenici opprimunt ægros crudis, feculentis & exoticis.

Quæstio huius scripti.

Addidit autem simul argumenta quædam posterioris partis, quorum prosyllogismi sint expectandi in ipso opere, vt patuit. Prioris πίστεις auscultabimus in primo conflictu. Nunc accedimus ad præfationem, quæ & ipsa singularis ingenij vim exprimit, dignam nempe pseudochymico & domi, aberrante principio, per abortum nato medicastro.

De præfatione pseudochymici.

Exordium arrogantiæ insulsissimæ, exemplo Thrasonis Terentiani, cuius etiam apophthegmate vtitur, plenissimum est. Quasi enim Chymię patronus solus sit, neque quicquam sciant reliqui, quin is solus coactus sit sustinere aduersus impostores dicta, prorumpit in hæc verba: Diu pertuli quorundā Galenicorum calumnias: Satis pro authoritate: Cur autem pertulisti? Quia malui omnia prius experiri, quam armis, more sapientum; autoritate dicti Thrasonici apud Terentium.

Thrasonicū exordium.

Audis quod sapientem se æstimet contra ac in titulo, vbi stultus auditur. Sed si omnia

omnia ſapientiæ ſcrinia in hoc tractatu excutias, plurimum arrogantiæ ſtultæ, ſapientis vero modeſtiæ nihil repereris. At quænam prius expertus eſt, aut quib. tentauit medicorum animos? Num vt Thraſo ille ſine vi argumentorũ pondere amice diſceptando? Neutiquam. Nullum enim huius rei ne veſtigium quidem extat, imo vt primum animum Paracelſo adiunxit, eiuſque diſciplinam (quod nefas eſt audire de Theologo) incepit admirari, Galenica omnia extremo perſecutus eſt odio, faſtidiuitque ita, ut non raro præſtantiſſimos viros ignominoſis dicteriis ſolitus ſit inceſſere. Sed proſyllogiſmo manifeſtam facit illam ſapientiam. Spes, me tenuit, inquit, veritate illos & rerum euentu conuictos calumniandi finem facturos, &c. At inquam iſtud non erat experiri OMNIA. Tolerantia quædam nominetur, at experiundi omnia inſtrumẽtum ſufficiens non eſt. Nec ita agebat Thraſo, quem imitatur. Si voluiſſes experiri omnia, aut ſcripto quodam publico docuiſſes artem tuam, aut ad Academiam quandam profectus, publicis & priuatis colloquiis de rebus contuliſſes; principia & modum artis tuæ demonſtraſſes, feciſſesque vt rebus omnibus bene intellectis compertisque alij iudicare, libere & ſine fuco

Paracelſici non conferunt amice cum Galenicis, ſed obſtrepunt eis ſcurriliter. Talis eſt & Pithopæus quidam & omnes.

fuco potuissent. At tu illos accusasti semper; & tua ita occultasti, vt ne magno quidem cuidam viro volueris confectionem salis venerei aperire; quin infra canes & porcos appellas, quibus margaritæ tuæ non sint obiiciendæ. Ecce sapientiam. Si ita tecum expertus omnia esset Saluator tuus, iam in inferno vlulares.

Paracelsici volunt sibi assentiri, & nihilominus nulli sua ostendunt.

Non tam dementes sunt medici, vt rerum veritati, quam euentus cõprobat, seu experientia euincit, obstrepant. At tu nullam eis ne nunc quidem veritatem ostendisti. Si feliciter releuasti quosdam; nos quidem inuidiose illud non interpretabimur; memineris tamen illius Hippocratici, (cum tibi in hoc tractatu libuerit, ex Hippocrate arma aduersus nos sumere.) δοκέει μοι οἷόν τε εἶναι καὶ ἰητρῷ μὴ χρωμένους ἰητρικῇ περιτυχεῖν. Οὐ μὴν ὥστ᾽ εἰδέναι ὅτι ὀρθὸν ἐν αὐτῇ ἐνείη καὶ ὅτι μὴ ὀρθόν, &c. Quid mirum si tibi empyrice agenti, & fortuna secunda vtenti, neque tamen rationem & modum, nec medicinæ, nec curæ reddenti, assentiri noluerunt? Quin & hoc ipso scripto tuo, ne vllo quidem argumento artis persuadere potes. Tibine crederent? Tene admitterent ad album verorum, seu chymicorum, seu medicorum?

περὶ τέχνης.

Multo minus decuit iſtos tuo magiſterio ad artis reformationem vti. At tu tam ſtolidos nos putas, qui ignoremus, vt vt tuarum coctionum ignari ſumus, chymicas πυρoτεχνίας? Imo monſtrabimus inepte te coquere, & præparare, nec aſſequi ſi quid vera chymia præcepit. Appoſuiſti in margine ſcholia: Cauſa ſilentij: Hæc verba directa apponuntur his: Hæc ſua in DEVM & naturam peccata, atque errata cum multorum hominum pernicie coniuncta, &c. Egregia ſane ſilentij cauſa in Theologo aut Chriſtiano. Sed contrarium verum eſt. Quia enim virulenti animi calumniam eſſe ſciebas, prodere eam citius non fuiſti auſus, quam ab illis tuis magnificis, doctiſſimiſque, quos putas, inſtigareris, aut ex pleno tandem corde os impurum eructaret maliciam.

Si noſtri quid per imprudentiam peccarunt, aut negligentiam; homines fuiſſe memineris, qui admonendi erant, non clam mordendi, aut publice traducendi. Tu vero tibi caue: & diligenter attende ne quod erratum committas ex imperitia artis, aut attentione ſuſpenſa; vel mala, enarratione; aut vitio circumſtantium & aliorum; Et te ἀναμάρτητον prædicabimus. At quomodo illud cauere poſſis, ex Theo-

Nullus medicus quem non aliquãdo ſeu ſua ſeu aliorum culpa errare contingat.

ex Theologo Medicus, Iurista, Astrologus & omnia factus, non videmus. Obiiciunt autem tibi medici nostri illud Hippocratis, qui tibi non plane sordet; cum inquit: Eos qui ob morientium calamitatem artem demoliuntur, miror quanam memorabili ratione commoti, intemperantiam quidē moriētium causam mortis non statuunt; scientiam vero eorum qui medicinam exercent, accusant; quasi vero medici quidem ea, quæ non conueniant imperare possint; ægri vero quæ imperata sunt, transgredi nequeant, &c. Hæc ille. Itaq; bona cōscientia medicinam ex præscripto artis comprobatæ facimus, dolentes quidem patientum inobedientia, tuā vero virulentam exprobrationē ne vitiosæ quidem nucis æstimātes. Sed tecum habita, & redi ad primordia experientiæ tuæ. Si purus es, gloriare apud DEVM. Ægre fers nos pergere, absterrere homines ab vsu tuorum medicamentorum. Quid ni pergamus? Etiam magistratus legibus vetitum est, ne fugitiuus sacerdos medicinam faciat. Illum accusa; aut legem expunge; forte tibi Iurisperito aliquid erit technæ.

In eos qui omnem errorem in medicos conferūt

Medici est ægrotos præmonere falsarii.

Sed colligamus rationem & iudicemus quo argumento ad scribendum, seu potius maledicendum sis inductus.

Silere me non oportuit, inquis: Argumento: Quia: Nulla pœnitentia medicorum videtur.

Tetrius calumniantur illi:

Animos ęgrorum a ſpagiricis auocant: Iuſſerunt viri clari, docti, magnifici: Id cedit ad proferendam in medium veritatem oppreſſam calumniis: Et adimit ægris dubitationem vtri parti medicorum debeant adhærere. Hæc ſunt tua argumenta.

Sed primum quæſtio illa tua bene ſaginata eſt maledictis. Dum enim ſilere poſſe negas; loqui proponis. At nō loqueris, ſed linguam maledictis & conuitiis, quibus diu fuit onerata, exoneras. Itaque ſtatim in theſi hæres. Primum argumentum impingit turpi non cauſſæ elencho. Quid enim ad te medicorum impœnitentia? Et vbi nullum erratum erat, qui locus pœnitentiæ ibi fuit? An ad te Theologum pœnitentiarium accedere, culpamque tui læſi deprecari debuerant? Imo ſi manſiſſes Theologus, forte hoc faciendum fuerat. Ad apoſtatam accedere formidarunt. Indignus enim Chriſto es, vt qui ſemel manu ad aratrum Eccleſiæ poſita, reſpexiſti non modo, ſed & profeſſionem abiiciſti. Itaque te audire non potuerunt.

Paracelſici non diſputant ſed inſane conuitiantur.

Argu-

Argumentum ſecundum pari nititur elencho. Medicos ait aduerſari non ſibi, vt inde ad loquendum ſit inductus, ſed ſpagiriæ Paracelſicæ. An ergo præter Neoparacelſum nullus eſt aut fuit Paracelſicus, qui poſſit loqui? Cur adhuc antiparacelſica Eraſti & aliorum ſunt intacta?

Eraſti antiparacelſica adhuc intacta.

O ergo te infelicem, qui a tam prodigioſæ, & plenæ miraculorum ſectæ comitatu deſtitueris. Eſt adhuc in viuis Dornesius ille Paracelſi eximius admirator. Sponſionem facere auſim, ſi ille lecto tuo ſcripto pro Paracelſico te agnouerit, at pro Pſeudochymico facile. Quoſdam enim tales eſſe, non ignorauit, cum librum de quinta eſſentia ſcripſit. Sed donemus tibi loquelam; an furere, & inſanire eiuſdem vi argumenti te oportebat? An non in medicos quoſdam tibi iniquiores; ſed in totam artem, atque etiam pridem ſepultum Galenum? Quo magis calumniantur aduerſarij, eo modeſtiorem te eſſe oportebat, ne ſecundum prouerbiale dictum ſtultis fieres ſimilis. Certum enim eſt nullam calumniam eſſe diuturnam. At cum dicis creſcere medicorum de te iudicium, & innoteſcere, hoc ipſo declaras id calumnioſum non eſſe, ſed puram putam verita-

Dorneuſer non agnoſcet hũc Paracelſicum.

tem. Idem euincit effectus. Dicis enim illius veritatis tantam vim esse, quanta est quintæ essentiæ ab omni impuritate liberatæ; Imo quanta est omnium arcanorũ, tincturarum, magisteriorum, elixirium, elementorumque spagiricorum, cum a tuis medicinis auocantur saniores. Sed tu id tuo more interpretaris, quod fiat cum eorum summo periculo. Non immerito malunt cum bona conscientia periculum sustinere, quam te medico falso ex sacerdote facto, contra vocationem diuinam, vti, scientes parum valere preces & actiones τῶν ἀλλοτριοεπισκόπων, vt vt aliquando responderit euentus. Ego malim medico ordinario me committere, etiamsi imperitissimus habeatur, quam ministerio abnegati sacerdotis.

Sani abstinent Paracelsicis remedijs.

Satius est se imperito, vocato tamen medico credere, quam non vocato sacerdoti.

Tertium argumentum elencho petiti principij non caret. Si iusserunt; nomina: si iusserunt atque etiam calcar addiderũt, cur eorum nulli committis scriptum tuum? Cur prodit sine patrocinio illorum? Videor mihi videre quem intendas. Sed in illo parum tibi erit præsidij: nec eius est autoritas tanta, ut ipso iubente omnium Academiarum & rerumpublicarum medicos arrodas, atque adeo totam artem impura tua lingua, quam vtinam igni chymico bene excoqueres, vt purum ab impuro

Paracelsici non audent nominare suos patronos.

impuro segregaretur, profanare ausis. Quartum refutabit euentus rei, & iam hoc ipso tuo scripto contrarium comprobasti. Si quis enim tuæ medicinæ hactenus aliquid tribuit; is impuritate tua commotus, ei plane valedicet. Idem non iam dubitabit amplius vtri se adiungere debeat; cum viderit te pseudochymicum tot portẽtosis maledictis vetustam artem incessere, idque solum; cum nõ poterit credere totum orbẽ aberrasse tãto tempore; videat autem, veram Chymiam accessione sua veterem θεράπειαν locupletasse; ita vt multo rectius a Galenicis tractari possit, quam tuo ministerio; quo animo is sit futurus cogita. Sed Vatem hic ex parte egisti. Dum enim dicis dubium exemtum fore animis; non falsus es. Nam te relicto cum tua Spagiria ad veterem medicinam redibunt absque vlla hæsitatione. Itaque scient etiam hoc, sibi rectius in posterum consuli, quam hactenus factum abs te est.

Vtri secta ægroti se debeant committere.

Chymia accessit ad veterem medicinam, vt famula.

Hic tamen monendi mihi estis medici, ne patiamini socordia vestra, & incuria in minore dignitate apud vos esse Chymiam veram, ex qua præparatoriæ medicinæ magnum extitit ornamentum, quam alias θεραπεύσεως partes. Extrahite illam ex latibulis domesticis; & Seplasia,

Ad medicos de Chymia excolenda studiosius.

eiqueetiam in ſchola veſtra locum relinquite, vt ita viciſſim honoretis eam,a qua honorari vultis.

Sine ſtudio chymico non poteſtis reſiſtere aduerſariis veſtris. Cogitate non tantum quarundam rerumpublicarum & familiarum laudabili inſtituto vos allici; ſed & exemplo clariſſimorum noſtræ artis anteſignanorum, qui Galenicum illud votum bene attendentes non mediocrem operam & poſuerunt in Chymia, & ponunt etiamnum hodie. Quos deſignem noſtis. Sed ad adverſarium. Recitatis cauſis editionis, tranſit ad dedicationem. Nulli dicat, nec DEO nec homini; cum minimum Vulcano ſuo, cuius fiducia triumphat, conſecrare fœtum debuiſſet, Cur autem nulli? Quia omne dedicationis conſilium abiicit. Poterat videri hoc fiducia bonę cauſæ feciſſe, & vindicatæ veritatis, quam ſponte ſecuturum eſſet diuinum patrocinium. Sed contrarium ſubolet lectoribus. Cum enim veritatem oppugnet abſurdo conatu, eo deteriorem cauſſam eſſe coniiciunt, quia patronum nullum inter homines reperire potuit, cum alias nihil adeo abſurdum ſit, vt non reperire patronum poſſit & autorem reddere honorificum; vt verſu dicitur.

Paracelſicus non audet patronis ſuis vti.

Vide-

Videtur autem diuino patrocinio niti, cum ait magnis verbis: DEO AVTORE, PATRONO ET DEFENSORE. Sed nos ei opponemus Gamalielem illa argutantem.

Si a Deo est Galenica medicina; euertere eam nullus poterit, & acquiescendum est aduersariis ne Deo & hominibus repugnare videantur. Si non: suapte imbecillitate cadet. Atqui Galenica medicina a vetutissimis repetita autoribus contra varias machinas hactenus stetit inconcussa, & incrementa mirifica sumsit.

Paracelsi deliria primum grata nunc contempta ab omni sano.

A Deo ergo est: Et ex consequente diuino tuta est patrocinio, contra paracelsistas. At Paracelsica deliria vt primum nata sunt, corruere inceperũt, & quanquam summo studio quorundam, non tam medicinæ quam auri artificiosi fiducia, collecta & in corpus redacta fuerint: Vix tamen ab vno atque altero, non cum multo fructu, quanquam initio quidam simplices putarint se profecisse lectione vomitus Paracelsici, detinentur, & potissimum ea obseruantur quæ cum pia veritate non adeo pugnant, maxima pars ob manifestam impietatem, tum falsitatem & obscuritatem contempta iacet & sine honore; quanquam aliqui non satis sani cerebri, quæ in Paracelsicis assequi nequeunt, ex iis mera oracula faciunt, & sicut

Quidam ex obscuritatibus Paracelsicis temere faciunt oracula.

Iudæi Messiam suum, ita hi Eliam artistam omnia explicaturum, cum multis votis desiderant & expectant.

Neoparacelsi scriptum a Deo alienũ. Iudica iam lector, quænam factio sub DEI patrocinio sit; qui quidem cum solem suum & bonis & malis immittit, malorum tamen opera nec probat nec defendit. Sed audiat Neoparacelsus etiam saluatorem differentem de indignatione discipulorum. An ignoratis, inquit, cuius spiritus filij sitis? Neoparacelsicæ furiæ in medicos & medicinam effusæ, cuius sunt spiritus? Ab eo nempe etiam defendentur. Sed & hoc consideret. Ille vtetur defensore DEO, qui ab eodem vocatus functionem suam administrat. Neoparacelsum quis ad medicinam vocauit? Accepta initiatione ad ministerium procurauit id quandiu passum est suo facto inuentum malum. Postea nec mediis legitimis nec immediate vocatus irrupit medicinam, & in ea tam superbe & contumeliose versatur, vt omnia secula putet sibi cedere debere, & ex Theologo per corruptionem omnis puri relicto impuro factum pseudochymicum admirari. Te ne defendat DEVS, Neoparacelse, hoc ausum? Sed procul dubio eum tibi parum fauere sensisti, idque tempestiue valde. Nam vix

duobus

duobus mensibus elapsis elegisti tibi defensorem alium, & pro DEO, hominis patrocinium asciuisti Tam parua tibi erat in DEO fiducia? Vbi hic tua veritas? An tam impos facta est, vt se sola niti nequeat? Adhuc secunda pars præfationis. Sequitur tertia. In hac virum fortem agit. Tres ministros sibi asciscit, & omnem Galenicorum turbam in arenam vocat. DEO adiutore, inquit, Natura duce; Vulcano ministro, calumniatorum impetus non extimescimus. Veniant veniant &c. Est tamen valde cautus in suo honore asserendo. Naturam aduocat ducem, vt viam sibi monstret. At hæc sine ductore & interprete cæca & fugacissima est, cumque a te tractetur admodum inclementer, violenteque corrumpatur, aut alteretur, quid poterit afferre opis? DEVM vult adiutorem, quasi famulitio eius vsurus, ipse principalis agentis munus & dignitatem sibi reseruans. At DEVS illi non est diuturnus minister, vt diximus.

Paracelsici pugnant igne fiducia.

Natura.

Deus.

Vulcanus succedit, emancipatus Neoparacelsicis Carbonibus. At non cogitabas hunc claudicare, propterea quod repudiatus a Ioue & Minerua e cœlo in lemnum sit præcipitatus. Idem minister non

Vulcanus claudus.

non tibi tantum, sed & nobis, saltem pro victu, liberaliter ministrat.

Gnathonicus est? ne nimium illi confidas. Sed attendite ad fiduciam. Nulli auxiliariorum tantum tribuit quantum fallacissimo furacissimoque Vulcano. Ita enim totus in fiduciam versus scribit. Nihil est quod literam mortuam, Doctorum varias & dissidentes opiniones, fabulas atque figmenta in medium afferant. Nisi dicta, scriptaque Vulcanicis demonstrationibus probare, & veritatem illorum oculis videndam subiicere possint, sæuissima durissimaque Vulcani verbera experientur. Hæc ille, Reiicit testimonia autorum. Miramur cur consignatam mundi experientiam repudiet: cur interpretes naturæ, & omnium seculorum iudicia. Incidimus aliquando in librum Arbatel, in quo postulatur sciẽtia ex aliquo Spirituũ familiarium, siquidem omnium doctorum decreta sint intricata, & falsitate contentionibusque polluta, ita vt nemo ex eis possit proficere. Neoparacelsus quid sibi vult? Doctorum opiniones vocat fabulas dissidentes. Spiritualem ergo illam informationem quærit? Cum etiam mentionem facit literæ mortuæ, ni illa mortificans D. Pauli est, quæ conficere male sibi conscios potest, quid sibi velit non assequimur.

Paracelsici omnes homines præ Vulcano contemnũt.

quimur. Muti Magiſtri dicuntur libri: At non ineſſicaces; cumque non adeo mortuæ literæ ſint, vt non legentis in animo reuiuiſcant, eique characterem rerum, vt ſunt, aut putantur eſſe, imprimant, non aliter ac ſi ſenſibus perciperentur; mortuæ vere dici nequeunt, niſi res quarum notæ ſunt, extinctæ ſunt. Sed quid tandem exigit? Non verba & ſyllogiſmos; ſed illud Thomæ, niſi VIDERO. At infra omnē ſenſibus detrahit fidem, verbis quidem extra ſpagirian, at reipſa in hac quoque, exagitans Galenum qui ex viſu flaui humoris in corpore animalis iudicet bilem aut tale quid. Si nec ſenſus nec ratio huic nouo ſcriptori alicuius ſunt momenti ad fidem, quibus certabimus inſtrumentis? Non dicam quid ex his conſequens ſit. Vos ſtudioſi ope Vulcani quærite an non auriculas porrigat ille Cumanus Leo? Sed ſi ſordent ei teſtimonia, cur nobis tam frequenter obiicit Galenum & Hippocratē? Cur Paracelſi ſcriptis prodita commenta? Demonſtrationes ex Vulcano petit: Si combuſtoria virtute; ego cum illo certare nolim. Citius enim vel totos Galeni libros comburere poſſit, quam ego vllum ex eo eruere ſyllogiſmum. Sin vero ea qua vtuntur veri chymici, regiminum ignis & virtutum periti; age age veniam quocunque

Teſtimonia temere repudiata.

Vulcanus etiam Galeno familiaris.

que vocaris. Aestimet hæc tantum ratio sensusque fideles. Sed, Neoparacelse, quo argumento mihi monstrabis solo igni vti Chymicos? Male stabit Vulcanus solus. Multa chymica fiunt sine illo. Quo mihi persuadebis illum tuum de vitriolo liquorem semunciatim potabilem, esse correctum eius spiritum seu oleum? Illum tuum salem, esse Veneris salem; Illud butyri instar vorandum arsenicum esse huius essentiam? Vides vt vt vsurpauerimus claudicantem Vulcanum, nihilominus sub iudice litem fore, nisi sensum, rationem & peritos veræ chymiæ artifices eosque medicos admittas. Sed fortassis etiam mea litera mortua est, & in cœlo huius Spagirici nullam habet vitam. Vtinam hic separatum esset purum ab impuro, vt ex magna mole Neoparacelsi saltem micam salis boni & essati deprehenderemus. Ait physica esse illa sua robora, non metaphysica seu Theologica. Ergo patere oculis. Bene. Sed cur id sumis, quod in opere repudias? Cur non tuos sed Vulcani oculos infra sæpe appellas? Moneo autem ne tantum oculos nobis largiare, sed & linguam faucesque; nares, digitos & aures; Vt si fortassis color non separet essentias, saltem odor & gustus

Chymici nõ solo igni purificant.

Sine autoritate aduersarius non potest demonstrare suum liquorem esse Vitrioli essentiam.

Paracelsica sunt sensilia.

gũstus id præstet, quemadmodum fieri potest, vt flores albi antimonij non multum distent colore a sacharo plumbi, aut mercurio aliaue re præparata: Quin & Amvvaldus concinnat panaceam, quæ eluta in aqua prope refert cinabarim, adeo vt pene sit interdum indiscreta differentia, mihique sit missa illa ipsa nomine panaceæ. At Cinabarim esse suum puluerem Amvvaldus non concedet.

Panacea Amvvaldi.

Verum & hoc velim te nobis relinquere, vt hominibus liceat esse. Si enim sensu solo iudicauerimus, quid distabimus a brutis? Neque etiam solum des ignem. Nam cum Vulcanus ille tuus valde subdolus & fraudulentus sit, adeo vt ille nebulo interdum dimittat falsarium aurum sine indicio; oportet vt etiam aquæ regiæ assint, & lapides lydij & alia. Sed & hæc non sufficiunt. Scis nos non primos esse huius artis inuentores, neque etiam experimenta fecimus primi; sed imitamur magistros, qui ante nos & inuenerunt & excoluerunt artem, tradideruntque infallibiles notas essentiarum, oleorum, aquarum, spirituum, salium sulphurum, Mercuriorum, Elixirium, Magisteriorum, Elementorum separatorum, Tincturarum & aliorum ne

Non solo sensu æstimat homo.

Non solus ignis examinis instrumentum.

Artificum consensus necessarius ad præcepta artis.

erremus

erremus, & forte salem nominemus, quod est vitriolum aut alumen; vel spiritum in oleum mutemus, aut cadauer pro quinta essentia depuratum capiamus, interim volatili illa essentia per aliquam rimulam elapsa, nostramque spem frustrante; necessarium omnino est, nos adhibere etiam Doctorum decreta.

Etiam externi testes admittendi. Quin & cum possit fieri vt sine legitima interpretatione, & testimoniis vterque aberremus ab obscure positis chymicorũ sententiis; concilia nobis aliquos academicos, aulicos etiam & patientes, in quibus effecta spectemus, & fidem factis mereamur, habeamusque qui vnicenti victoriam tribuant, & brabea assignent. Ni fallor tu te pro patiente offers.

Materia chymica pertinacis interdum malicia. Bene sane; mihi catellus aut gallina satis erat. Nolim venari podagras, quas audio tibi esse familiarissimas, aut alios morbos, ex periculoso minerali. Nec sine causa hoc dico. Scio etiam ipsos Magistros nõ raro conqueri de materiæ mineralis vitio, adeo pertinaciter in ipsa radice, vt loquitur Geber, coniuncto, vt nullus vulcanus satis sit ei extirpando, nisi corrumpere essentiam totam velis. Didici id ipsum etiam experimento. Vide ergo vt caute promittas. Ita ergo compositis rebus, quis vercatur tecum vel in mille descendere

certa-

certamina? Ridiculus es cum armis tui Vulcani. Rſpondere tibi poterat aliquis ex genere Macrobiorum, veluti Cambyſeas cathenas intuitus, apud nos longe ſunt robuſtiora. Vide ergo quid inceptes. Sed quã tu tibi non parcis? In herba eſt ſementis, & meſſem adornas. Diſputas in inſcriptione & præfatione. Neſcis has vires differendas fuiſſe ad certamen.

Temeritas paracelſici in ſuis medicinis vorandis.

Promittis ſanctè atque inuiolate, vos validiſſima veſtra quæque medicamenta veſtro more pręparata tripla proportione omnibus alexiteriis & confortantibus abiectis, ſumturos. Vtinam hoc ſaltem dictum tibi non excidiſſet. Nam quis non iudicet te fatuum etiam ex chymicis tuis, ſi qui ſunt tecum? An non eſt apud vos aliqua doſis extrema, quæ extremis morbis poſſit opponi? Tunc eadem ſanus vorares, quæ non niſi ægro ſunt præbenda? Sed infra hoc argumento euincam te ab omni vera chymia eſſe alieniſſimum. Quæ Galenicis in vſu ſunt medicamenta, ea longo rerum vſu ita ſunt comprobata, vt illa tua temeritate non ſit opus. Quod ſi noua inuenienda ſunt, aut ad vſum vocanda, eorum vim non primum in ſeipſis, ſi quidem ſuſpecta ſunt, ſpectant, ſed in beſtiis, aut etiam facinoroſis impetrata a Magiſtratu licentia.

Medicina vt probanda inter inueniendum.

Sin ſenſuum iudicio innoxia apparent, & idonea ad ſumendum; a minima quantitate exorſi ad maiorem paulatim perueniunt, maluntque hac circumſpectione vti, quam tua audacia male pati.

Non ignorant Galeno idem fuiſſe propoſitum; Et Geſnerum dum nimium ei rei indulſit, ita vt etiam thoram guſtare non auerſaretur, periculum incurriſſe. Antequam etiam tu tuorum experientiam acquiſiuiſti, procul dubio non ſemper commode fuiſti affectus. Notum nobis eſt te ſolitum aliquibus, qui te Plauiæ conſuluerunt, puluerem porrigere, cuius tanta vis fuit, vt pene ſubuerterit ventriculum etiam leui tactu, id quod de vſto vitriolo notiſſimum eſt.

Si nunc quoque talia coquis; experiatur quicunque periclitari volet. Quam friuolum vero & temerarium hoc eſt, Medicum etiam de ſpectatis & inuentis iam, quoties ſeu mediocria ſeu extrema morbis opponit, ipſum prius guſtare debere? An non apparet te impudentem non modo, ſed & iniquum exactorem eſſe? Magiſtratum rogas & oras, (cur non etiam obſecras?) vt impellat, cogat, & ex officij ratione imponat medicis vt ſumant non medicamenta quæuis, ſed violen-

Spectata nō cogitur prægustare medicus.

Magistratus temere imploratur ab adversario.

violentiſſima; eaque non alterantia, roborantiaue aut etiam per diætam operantia, ſed purgantia; qua quæſo fronte quo ore, qua conſcientia? Nempe doles nos viuere, & nefariis tuis conatibus obſiſtere. Noli ante tempus rumpi malicia atque inuidia. Erit tibi præſto ſua ſuo tempore pœna, niſi reſipis.

Sed ecce ille inimicus humoralium medicorum in magna & inuſitata humorum copia, nouit præparare medicinas, & eas adminiſtrare. Quæſo te quid tibi cum humoribus tam ſicco & arido Theologaſtro? Putaueram tibi omnes morbos eſſe ſiccos: præ vt in Humoriſtas debacharis. Iam tam humidi quidam ſunt, vt etiam inuſitatam copiam humorum præbeant. At quæ illa inuſitata copia? Quod naturæ moderationem excedit, moleſtum quidem & inuſitatum illi eſt: At tu medicis loqueris, in campo medico. Fortaſſis tuus venter aliquando oceanum, aut lernam improbæ aquæ continuit. Sed ſophiſtis etiam atoma democritica magna ſunt, vt ſibi ingentes inuſitatæ gloriæ montes arrogent. Quod quicquam præparare ex arte noueris, tunc credemus, cum id Doctorum chymiatrorum ex noſtris, iudicio cōmiſeris, non iam perfectū, ſed a rudi elaborando vſq; dū perficias

Humorum contemtor circa humores occupatur.

Sophiſtæ facile ex muſca elephantum creant.

ita, vt operationem ſimul intelligant, & iudicare poſſint, id quod facies, niſi vanus & mendax haberi velis.

Nos ſcimus longe rectius quid veri chymici valeant, vtpote quorum opera nos non fugiunt, & ſubinde oculis obuerſantur; & naturæ reſpondent ipſi. Sed de hoc quoque infra plura. Negas te expetere necis periculum. Cur magiſtratum ad occidendum per inſtrumenta inuitas? Non abnuerim ſi mihi DEVS ſimilem morbum immittat, ſimili aut etiam eodem remedio curari, quod ſuaſerim alteri, ita tamen vt cætera ſint paria, cum circumſtantiæ innumerabiles rē in immenſum varient; at toties purgantia præbibere, quoties præſcripſerim; quæ me agerent intemperiæ? Optarim tibi vno die mille ægrotos; omnes curandos ſale veneris, quem falſo nominas; aut vitrioli ſpiritu: Si quantitatem triplam ad ſingulos vorares ipſe prius; Et eſſent opponenda extremis extrema; quam cito idem ſubiturus eſſes periculū, quod nobis intendis? Vult videre finem calumniarum, & effectum benedictæ medicinæ quam iactitamus. Fauces tibi occlude, & impurum ſpiritum a puro aere ſepara; manus etiam iſtas tuas & calamos igne Vulcanio ad eſſentiam coque; & non excede limites vocationis tuæ, profeceris.

Cæteris paribus Galenicus medicus vtitur remediis quæ alteri ſuadet.

Benedictæ medicinæ eluſio.

Noſtri

Noſtri rei veritate moti, quod res eſt dicunt, & ſcribũt. Pungit noſtros mentione medicinæ benedictæ, cuius effecta deſiderat. Si ea non eſt alicuius priuati, conſulat hiſtorias mundi; & exempla eorum, qui Galenica methodo ſunt reſtituti; non erit quod deſideret. Sed non ogganniat nobis malicioſorum hominum iſtud; plures innominatos occubuiſſe noſtra medicina, quam nominatos conualuiſſe; aut nõ medicina, ſed natura curari omnem morbum, ita vt medicina re ipſa non ſit opus. Stultorum is ſermo eſt. Conſtat ſanari omnes nõ poſſe, nec artem id polliceri, neque vnquam promiſiſſe. De medicina autem quæ veris chymicis benedicta vocari ſolet honorificẽtius longe ſentiunt quam Neoparacelſus. Vtinam præ inuidorum hominum odioſa occultatione, ea eſſet notior, vt & hac in parte quid veri falſiue ſubeſſet, exploratum foret. Nobilia medicamenta, dicebat Crato, non contemnimus. Apparatum & vſum peritum conſonumque naturæ non raro deſideramus vna cum ordinaria legitimaq; vocatione, & fide iurata. Tandem lectori perſuadere cupis, calamum armaſſe te cum lingua, nõ in veros medicos, chymicos & philoſophos, ſed in falſos; Et iſtam tuam maledicentiam libertatem philoſophicam vocas.

Galenici nõ ſpernunt medicinas nobiles.

Sed si lectorte intus & in cute nouerit, contrarium sentiet. Qui enim sint veri medici, & chymici simul; qui etiam philosophi; luce meridiana clarius est; nempe illi ipsi quos tu oppugnas, & virulento calamo perstringere conaris. Illa autem tua liberalitas maledicendo in seruilem plane dementiam, separato impuro a puro degenerauit, ne quid tibi ne somnies quidē de vlla ingenuitate. Adhuc præfatio.

Apologia exordium. *Capita accusationis Paracelsistarum:*

Proæmium pugnæ & præludium accepistis, Neoparacelso dignum. Quid de pugna speratis? Exponitur primum accusationis formula cuius hæc sunt capita. Paracelsistæ adhibent ad ægros curandos imparia viribus medicamenta absque iudicio, sed temeraria confidentia. Paracelsistæ nihil nisi mera venena apparant, & vsurpant. Inde consectaria sunt; ægrotantium quidem leuamen subitum; at statim, in exitium eiusdem mutatio; vnde porro coercendi sint autoritate Magistratus.

Initio paracelsicæ doctrinæ plures impostores & creduli Erastū acrius stimularunt.

Hæc nouimus olim ipsis ab Erasto obiecta esse, quo tempore primum paracelsica disciplina innotescente, plurimi stolidi existebant, qui facili compendio & ad medicinæ & auri sacraria peruenire posse sibi persuasum habebant. Vt itaque fieri solet in re incomperta, & temerita-

meritate vulgi, plurima sequebantur exitia & imposturæ; quæ augebantur eo magis, quo præcipitior plebs est ad noua. Ipse etiam Paracelsus ebrietati deditus absque vlla medebatur methodo; passimque iugulabat multos; quanquam aliquos etiam miraculo quasi interdum sanaret. Hæc tam certa sunt, vt negari non possint. Neoparacelsus illam cantilenam reuocat ad carceres, fingitque sibi eam opponi, quem tamen Erastus vix dignum iudicasset contra quem vel literulam scriberet. Nam ille Paracelsicos non curat ob insaniam in disputatione de purgantibus. Hodie, quod sciam, minor illis impostoribus fides est; & didicerunt etiam nostri chymica concinnare, atque etiam felicissime non raro adhibere. Itaque fere exoleuit ista accusatio; nisi quod quorundam in animis adhuc hæret suspicio, præsertim si quem similem illis conspexerint. Et cum Neoparacelsus Paracelsum commendet; alios medicos extremo persequatur odio; neq; legitime peruenerit ad medicinam, sed desperatione; non immerito suspectus est factus. Vnde fortassis, qui in vicinia sunt, medici, sui officij esse putarunt, admonere homines, vt sibi caueant; si quidem eiusmodi curiones olim

Paracelsus ineptus & ebrius medicus.

Erastus tandem vt & Crato, contemsit paracelsicos, vt insanos.

Fax Neoparacelsi. multum dederint damni. Hæc illa fax est, qua excanduit Neoparacelsi animus, & in rabiem actus est; ita vt non se tantum; sed & omnes qui paracelsum vnquam sunt secuti, & vere obnoxij ei crimini fuerunt vlcisci rabida virulentia sit aggressus. Animaduertisse poterat accusationis seu iudicij robur pendere ab effectu. Vitaturus ergo illud, hunc cauisset; & sic optime se ab omni crimine & suspicione liberasset. Et licet aliqui sinistre interdum loquantur, aut sentiant; tulisset id æquo animo. Vt enim ex Hesiodo canit, figulus figulum odit, eique obloquitur. Nec nos immunes sumus ab illo malo. Sed ob id non insanimus, & in artem vniuersam, omnesq; professores tam atrociter debachamur. Verum cum is repudiata humilitate & modestia (quam etiam conscientia apostasiæ ei subiicere debuerat) tam acer bus sit, & furiosus; labris suæ lactucæ & dignum patella operculum est inueniendum. Noluit latere; in sole ergo ambulet; vt tandem Icario det nomina ponto.

Medicorum familia obnoxia prauis iudiciis.

Posita accusatione, thema formatur negatum: Paracelsistæ non adhibent &c. non sunt homicidæ: &c. Argumentum primum a testimonio: ô iustissime iudex (clamat) o scelerum iustissime vindex DEVS, quam diu sines, hæc inulta? Quasi

Ridicula ἐκφώνησις Neoparacelsi.

DEVM

DEVM testem contrarij adposceret, atq; ita innocentiam Paracelsistarum arguere. Quid vero si Deus & contrarium sciret, atque etiam molitus esset olim, & nunc quoque potenti manu cum Paracelso impio Paracelsistas concuteret? Quid enim isti factiosi machinati sint in somniata sibi Chrysopoeia (quę per se non aduersatur naturæ:) & medicina arrogata, non est tacitum. Illud tale est vt indignabundum potius commouere & DEVM & Magistrum possit, quam monitores medicos cõfundere. Non tu nobis hoc adimes. Neque aliter persuadebis, Neoparacelse: Res proclamata est. Sed tu inspergis argumentum ex obliquo; quasi medici homines sint scelerati; & ob id a Deo puniendi.

I. Argumẽtum Paracelsicum.

Caue tibi a nostrorum iusta indignatione. Si volubilitas linguæ, & rabies ad crimina confingenda, obtrudendaque sufficerent; tu sacrilegus audires, & alia multa, atque ita ex factis tuis ornatus esses. Sed abstineant nostri, scientes, si cum stercore certent, seu vincant seu vincãtur, semper se maculari; & fugitiuum sacerdotem, qui DEO suo fidem non præstitit, multo minus in asserendo hominũ honore posse esse certum & firmum. Nos Deum vicissim precamur, vt te ex insano sanum faciat, & meliori donet mente.

Responsio: Medici non sunt scelerati, fictumq; id crimen est, &c.

Qui fidem Deo non seruat, nihil in aliis meretur autoritatis.

II. Argumentum Paracelsicum. Alterum argumentum præfixum habet thema ſingulari ornamento expolitum; ſatis erat ad defenſionem; Paracelſiſtæ non ſunt nec machinantur talia: In hæc erumpit: Quæ diabolica atque deteſtanda ac ſuperior illa nimis atrox calumnia Paracelſiſtas immerito exagitat. Ohe Ellebori eſſentiam Neoparacelſo: parum æqua vtitur Diana. Negat iſta competere Paracelſiſtis; quia ſit calumnia.

Rabies aduerſarij.

Equidem, ſecundum inuerſi mundi iudicia, culumniam agnoſco. Tali calumnia me nolim peti. Veritas autem illi nomen proprium. Hanc tu calumniã calumnioſe vocas. Sed prome firmamentum: Quia, inquis, Paracelſiſtæ ſunt vere miniſtri naturę. Proba hoc quoque? Secundum Hippocratis ſententiam, dicis. Hoc primũ eſt, reliqua ſequuntur. Sed noſtri ſtudioſi negant firmamentum, & dicunt ad eius probationem primo, quod in toto Hippocrate nihil extet de Paracelſiſtis. Ergo nec hoc, quod ſint miniſtri naturæ. Deinde, quod tibi ipſi contradicas turpiter, qui in præfatione autoritatem Doctorum repudiaueris, vt Vulcania inſtrumenta appellaris. Vbi eſt tuus ille Vulcanus? Vbi eius forcipes? Abi, accerſe, forte in tartaro cum Paracelſo potantem: Quomodo vero ille

Reſponſio.

Hippoc. ignorat Paracelſiſtas.

Autor repudiatus primum nunc Galet.

ro ille arguet te ministrum naturæ esse?

Credimus te cum Vulcano tuo posse naturas destruere. Adiumentum exiguum est. Ministras ergo Vulcano ad destruenda naturæ opera, non ad perficienda. Humanam autem naturam vt iuuent Paracelsici, nimis est notum. Sed affer aliud. Paracelsistæ non sunt domini naturæ: Ergo ministri. Memineritis huius adolescẽtes, & in posterum dubitate, an Paracelsistæ sint inter illos, ad quos dictum est oraculo diuino; Et dominabimini bestiis terræ, &c. Sed ne videamur cauillari; Reuera non est consequens, si quis non sit naturæ dominus, eum eius esse seruum. Neutrum enim esse potest, nisi ex hypothesi certum sit alterutrum esse. Sunto ministri naturæ κατά τι, aut ex accidente. Itaque duplicem elenchum ei reposuerimus; quod fortuito videri possint sanasse, non sanantes secundum artem, καὶ κατ' ὀρθὸν λόγον.

Ignis non potest cuincere Paracelsistas esse ministros naturæ.

Ignis naturas dispositas corrumpit, nisi maxima regatur industria, quæ nõ est solorum Paracelsicorum.

Alius prosyllogismus.

Homo dominus plurimorum naturalium.

Poterant etiam pilos iusto prolixiores decurtasse; vt ita aliquo ministerio naturę succurrerint. Eos ministros esse illos, qui medici vocantur, nondũ patuit. Cõmisisti ergo hic elẽchi ignorati sophisma. Profer aliud. Nõ imperãt naturæ. Ergo sunt eius ministri. Ferulã Sophistæ. Relata sunt imperare, & parere. Hoc cõsequens erat. Sed pareatis sane naturę, quid tum postea?

Alius.

Non

Non magis estis medici, quam quiuis Epicuri de grege porcus, aut de rigida Stoicorum disciplina.

Aliud.

Paracelsistæ non præscribunt naturæ quæuis sine iudicio ad stolidæ & ineptæ phantasiæ placitum: Ergo sunt ministri naturæ & medici.

Proba antecedens. Deinde redde nobis rationem consequentiæ. Nos enim persuasum habemus te putido ὀχ ἕποντος Elencho conspurcatum esse.

Paracelsici dant omnia ad quauis. Quis enim credat Paracelsistas nō præscribere quæuis sine iudicio; cum videat omnia porrigi ad omnia? Vtinam omnes homines sensibus capti essent, vt istud eis persuaderi posset. Negatione simplici tu mihi nunquam satisfeceris. Sed finge istud verū esse; ideone sunt medici? Nempe vt bos suæ naturæ nihil præscribit temere, sed ex eius nutu viuit, medicus est; ita & Paracelsistæ. Perge:

Paracelsistæ ad naturæ nutum se totos componunt; quod ipsa præcipit, quod mandat, studiose exequuntur: Ergo sunt eius ministri & medici.

Eiusdem fecis paralogismus est. Responsione non ęget alia. Posset autem noster discipulus ex antecedente facilius Sardanapulum, aut Apicium quendam concludere,

cludere, quam medicum. Non autem satis attente Dianoean informauit. Antecedens debebat ad medicam functionem per se accommodatum esse. Quo facto nihilominus in dubio fuisset fides: Et omnino hic maxime laborant Paracelsici, quod eorum dictis nolimus adhibere fidem, quia non tantum alieni sunt ab arte medica, sed & raro præstant quod dicunt, & fortuito interdum iuuant. Sint ergo attenti studiosi.

Paracelsici ægre ferunt nostram incredulitatẽ, vt & epistola Pithopæi indicat.

Rursus.

Quæ medicamenta natura præscribit, & componit; diligenter adhibent, & administrant;

Ergo Paracelsistæ sunt medici.

At noster discipulus rectius, Ergo sunt Seplasiarij aut pharmacopolarum ministri. Nam horum est a medicis præscripta pharmaca & cõposita ingenio, manu miscere & adhibere Clysteria: sed & seruulorum ancillarumve lectulis ægrotorum astantium aliqua eius laboris pars est. Tales ergo sunto ministri, & medici: Ita ergo paracelsicus medicus nõ absimilis erit illi Mediastino, qui Ilmenoam aliquando veniẽs, Organicinem se profitebatur, cuius industriam cum pastor eius loci spectare vellet in opere organico; isque minus pene nihilo sciret. Interrogatus vnde se pro-

Paracelsici sunt Seplasiarij ministri.

Paracelsici sunt medici sicut organo pneusta organicines.

ſe profiteretur eius artis peritum; cum organicinem ſe aiebat qui folles leuaret; requiri etiam alterum qui digitis docte percurreret plectra.

Perge Neoparacelſe:

Paracelſiſtæ fideliter adminiſtrant præſcripta a natura remedia; & ipſi omnem ſanationis curam, vim atque efficaciam committunt, nihil dubitantes eam, niſi fatum vel totalis virium atque ſpirituum defectus obſtiterint, omnia rectiſſime acturam.

Ergo Paracelſiſtæ ſunt medici.

Paracelſici ignaui medici, ſecure in aurẽ dormientes.

O ſecuros medicos. Auditis diſcipuli hunc hominem qualis Theologus fuit; talem etiam medicum agere? Adhibet præſcripta remedi[illegible] & naturę cætera committit. Si placet ei; operetur, idque ſi fiat, non dubitat quin recte fiat, ſi non placeat; moriatur ſane homo, quia vel fatum coegit, vel totalis ſpirituum lapſus. Si tu talis es medicus, cur calumniæ damnas eos, qui præmonent ægrotos ne te vtantur, aut tua opera? Secure ergo cum Paracelſo potare potes, adhibita modo medicina? Eia bonus es Paracelſiſta.

Medicus attendere debet actioni naturæ dato medicamento.

Quid ſi natura velit quidem operari, at id aliquo impedimẽto, quod facile ſit medico remouere, nõ poſſit? Quid ſi te ſecuro tota camarina cõmota violẽta actione omnia

omnia perturbet, impactisq; ſuperfluitatibus in nobile membrũ perniciem vltimã afferat? Quid ſi vires proſternat agẽdo nimis concitate; an tu non ſiſtas? Poſſe autẽ id fieri vel leui momento in præcipiti poſitis materiis, vel rupto abſceſſu, aut alia occaſione data, compertum multis eſt exemplis, tum Paracelſicæ veſanię, tum aliorum temeritatis. Poſſe etiã tardantẽ naturã variis auxiliis inſtigari notiſſimũ eſt, &c. At boni Paracelſiſtæ non dubitant, quin natura ſit omnia recte actura, more eorũ qui arma obligant, nõ ſoliciti de cura partis læſæ; ex quorum fece etiam fuit Paracelſus. Sed fiant ſane illa omnia, quæ in antecedente ponuntur, an inde conſequens eſt Paracelſiſtas eſſe medicos? Eodẽ nempe modo vt famulꝰ amannuẽſis. Hic vbi porrexit iuſſum remedium, de operationis directione ſecutus eſt, ſi dominus moritur, vi morbi moritur vel fato. Quis mori volentem retineat? Attexitur conſectarium, ſed non ſimplex, illuſtratum comparato ſimili, cum fænore prodit.

Sicut famuli, inquit, aut mandatorij iuſſa rite facientes non ſunt vituperio, ſed laude digni; ita & Paracelſiſtæ: & per conſequens non erant ab iſtis medicis traducendi.

Liberet hic opponere diſputatori illud

Chriſti;

Christi; Omnia cum feceritis, serui inutiles estis,&c. Sed Crabrones plus mouere-mus. Respondemus autem istud nihil ad rem facere, & omnem elenchum ignorare. Non enim ideo reprehensi sunt, quod naturæ ministrare suo modo voluerint, sed quod medicorum artem profiteri, & exercere, cum eam nunquam didicerint, nec ad id sint vocati. Non est consequens, si amunuensis aut mandatarius recte agés laudatur, Paracelsicos esse medicos, aut hoc sibi cum laude sumere: multo minus quod cum laude id peregerint. Sed attendite aliud:

Cur reprehensi paracelsici.

Paracelsistæ naturæ mandata in vera atque essata anatomia luculéter expressa perficiunt.

Ergo sunt medici laude digni.

Antecedens probatur: Quia anatomia essata om̄nia hominis membra ac partes non mortuas vel caducas, sed viuas vegetasq; in macrocosmo oculariter demonstrat; quid cuique conducat, vel noceat, indiciis non obscuris manifestat. Eam autem callent Paracelsici.

Rident adolescentes nostri tam ignauum sophistam. Negari poterat effectus Paracelsistarum in essata, seu potius somniata & vtopica anatomia.

Comprobatur ab effectu anatomiæ istius,

istius, quia hæc faciat, &c. Quasi vero effecta anatomiæ sint hæc, quæ Paracelsistæ præstant. Firmamentum ita enunciatum esse debebat; quia Paracelsici elaborãt in illa anatomia, & operãtur ex eius præscripto, &c. Sed ad medicum nihil est consequens. Remittatur ergo ad consuetũ hactenus elenchũ. Sed ne sine lucro nostros dimittamus, quæ nã sit illa anatomia, operæ preciũ est scire. Ne putent studiosi illũ de sectione corporũ humanorũ, & inuestigatione organorũ & partiũ naturæ loqui. Hanc.n.totã infra reiicit, & ad pictores, quibus vtilis sit, ablegat. Sed dum lacerant Paracelsici res animales, vegetales, minerales, & inde tres lapides seu tria arcana chymica studẽt producere ope Vulcani, qui essentias intimas euocet, cõprehensasq; velut lictor dominis Paracelsicis tradat, hoc vocat Neoparacelsus essatam anatomiã, seu essentialem. Iam qui administrat hanc bene; is dicitur naturæ minister esse & Paracelsista. Sed vt hic ridendũ est; Ita cum concluditur medicus, quasi is medicus sit qui istam operã nauat, quam nostri in pharmacopoei industria reliquerunt manu saltem obeundam. Sed & hoc quærendum est, num mandata naturæ sint expressa in illa essata anatomia? Si indages, experieris Paracelsistas rès pro libitu

Anatomia essata quid.

Num in sectionibus Paracelsicis fiat id quod natura requirit.

libitu tractare, & in tot formas commutare, quot ipsi volunt, aut forte exeunt. Est enim quorundam materia sequax, vt antimonij, cuius mirificas formas nos ipsi vidimus: Et fere mutato regimine mutatur forma. Nec hoc abhorret a principiis naturæ. Nam materia versatile quid est. Et forma mistorum fugax, vt & simplicium elementarium. Omnis autē natura cōprehenditur materia, forma & toto. Itaq; nō naturę præscripta determinata fiunt in opere; sed vaga & indeterminata. Ita æs paratum est artifici, siue mercurium, siue aliud quid fundere aut parare velit. Artifex præscribit potius materiæ, eamque tractat perite accōmodans ad suum ingenium. Si naturæ vim sequi volunt; inanem sumunt operam. Ipsa enim aut sponte perficitur, si adminicula absque artifice præsto sint, aut foris saltē requirit iuuari, absq; illa spagirica separatione. Quod si habilitatē materiæ ad varia artis opera respiciunt; verum quidem est, potentiam illam determinatā esse; at non nisi proxime. Nam remote quiduis ex quouis fieri potest. Imo & ipsa ꝓpinqua potentia tam varia est, vt nō naturæ præscriptū, sed artificis arbitriū, quid fieri velit, sit consulendū primario. Cum ergo tam vagum sit naturæ præscriptum, qui potius ad hominem curandum, quam ad

Artifex pro libitu tractat materiam.

Natura intus se perficit sola.

ad equum, aut ad medicinam potius quã culinam, aut fabrilem præscripserit Paracelsistæ natura? Alludere autem videtur ad ineptam suam physiognomian, de qua alibi. Quasi ex naturę dispositione & indiciis sensilib. possit coniicere, quomodo se velit elaboratã illa, aut cui adhibitam. Et hoc ꝓcul dubio responderet interrogatus de expressionis eius notis. Sed ad alterum paradoxũ. Ait essatã anatomiã monstrare omnia hominis mẽbra oculariter in macrocosmo, non mortua sed viua & vegeta. Si homo est pars macrocosmi, nõ absurdũ est in macrocosmo mõstrari a natura. Sed illius sententia hæc non est. Macrocosmũ ponit separatim ab homine. Quicquid ergo in homine est, id vult in aliis mũdi partibus oculis ostẽdi & subiici beneficio separationis Chymicę. Nõ ergo tũc integrę partes manebũt, sed in purũ & impurũ diuisæ. Si iã discipulus noster interrogaret, quæso mõstra meis oculis caput humanũ viuum & vegetũ extra hominẽ in magno mundo, quid ille respõderet? Acciperet sc. argentum fortassis vel elleborũ aut aliud, idq; ope sui vulcani redigeret ad oleum, ꝙ vocat quinta natura, & separato puro ab impuro diceret, ecce tibi caput hominis. At vbi vita? Respõderet ex Paracelso; lapides viuũt; Ergo & argentũ. Item vim suã &

Natura aptitudo ad multa dirigitur ab artifice.

Quomodo homo microcosmus paracelsicis.

efficaciã habet ad operandũ sanandumq; caput. Viuit ergo. Cõtra vero de anatomia Galenica diceret, quod mortua offerret membra; etiamsi Herophilus viua secaret corpora. At noster discipulus optaret omnibus Paracelsicis tale caput, illisq; merito valediceret. Cur.n.istud potius caput hominis est, quã bestiæ? Cur etiam potius caput, quam pes? Cur etiam id appareat oculis caput, quod nullũ capitis ne vestigium quidẽ habet, nisi forte caput animale ad simile reducas oleum, ad ꝙ tamen & reliqua membra redigi possunt? Imo etiã cum caput sit pars organica multis specialibus organis commune, atq; etiam similaria multa complexum, nec nisi hominũ consensu, & ex relato sit caput, natura autem per se ex potentia materiæ educat, id quod educere potest, secundum illã δύναμιν; Et illa materia naturalis non sit capitis tantum, sed omnium membrorũ; id ꝙ etiã inde apparet; quia quo ꝓpior est capitis materia essentiæ illi chymicę; eo longius a capite abest, quomodo potest natura non tantum prescripsisse istud spagiricum medicamentum ad caput iuuandum specifice, sed & oculis subiecisse vt possit agnosci, caput viuum esse? Sed Sophistæ essentificatum caput aliquod quod sit delirio expellendo. Mirum autem est ex hac

Irridetur sophista potius quam confutatur.

doctri-

doctrina cur non consequens sit omnia omnibus applicari posse, atq; ita recte tribui Paracelsistis defectum iudicij & discriminis in vsu medicinarũ. Nam si saltẽ caput, qua caput est, illud essentificatũ respicit, & iuuat proprietate substantiæ; at id agitant varij morbi, iiq; inter se contrarij: quib. opponendũ sit caput istud chymicũ; vna medicina omnib. inseruiet, nec referet, quis, qualis, seu morbus ille, seu affectio sit; saltem sciatur caput laborare. At hic non opus est distinctione, aut iudicio discretrice. Deinde cũ caput constet multis organis particularibus, & hæc vicissim dissimilaria si sint, multa contineãt similaria, in quibus tota capitis facultas, omnisq; actio radicata est, quandoquidem totius compositi organi vis ex conspirante partium potestate cõstat; sicut pedis actio ex actione musculorũ, neruorum, tendinũ, & officio ossium & reliquorũ; procul dubio affectiones etiam & morbi eueniẽt capiti ratione eorundẽ. Iam si illa essentificata medicina seu caput viuum Chymicũ (est enim illis aliud caput mortuum, cuius respectu id quod vim essentiæ habet, extractumque ab illo est, viuum vocari solet) capitis morbos tollit roborãdo & obsistendo caussæ nocenti; omnibus similaribus membris, & organis particularibus

Paracelsistas omnia omnibus applicare consequens est anatomia essata.

Organi dissimilaris vis in elementis.

Caput mortuum.

ſecundum eſſentiam erit conforme. Siue ergo partes reſpicias laborantes, ſiue cauſam morbificam, aut morbum ipſum, non erit opus vllo diſcrimine.

Idem enim caput omnibus ſimul conferet: Nec poteſt dicere quod alia vis naturæ nutrientis ſit in cerebro, quã in pede: aut alia vis ſentiendi mouendiq; ſecundũ genus. Nam natura confudit iſtas virtutes in vno ſubiecto. Ergo & vna medicina inſeruiet toti, vbi ſane exiſtat. Videat ergo Neoparacelſus quomodo a ſe repellat telum iſtud cõfuſæ & inordinatæ adhibitionis medicinarũ. Neq; enim ſatis eſt oſtendere caput chymicum, manum, pedẽ, cor, epar, &c. Et inter hæc diſcrimen noſſe: plura, vt diximus, requiruntur ad medicum iudicium & vſum. Quæ vero ſunt illa iudicia non obſcura, quibus anatomia eſſata manifeſtat, quid cuiq; profit vel noceat. Qui phyſiognomiam herbarum aliarumque rerum cõfixerunt, notis quibuſdam conformibus ex toto integroq;, nec dum per illam anatomiã reſoluto aſſumtis, idem deprehendiſſe videri voluerunt, veluti ex teſta nucũ cõiecerunt eſſentiam eius conferre cranio, cuius ſimilem habeat figuram. Nucleum cerebro aſſignarũt, ob congruam diſpoſitionem. Sed vnde ſciunt humano potius quam vitulino cranio aut

Vis ſentiens & nutriẽs in animaliũ partib. confuſa.

De phyſiognomicis notis.

nio aut cerebro iſta reſpondere? Non omnia conducunt omnibus. Sturnus.n.cicuta viuit,qua nō aſinus; cumq; hic ea comeſta in lethargum aut furorem agatur, quæ ſunt cerebri paſſiones; quō indicio conſtitit cicutam cerebro nocere? Dic Philoſophe eſſate.

Vtere tuis oculis, & diligenter intuere rerum eſſentias,idq; expedi. Conſule etiā tuum Vulcanum,eumque artificioſiſſime rege; conſice alembicos, cucurbitas, aludeles & reliqua ita vt interſtinctiones exacte referant ſitum humanorū membrorum; & iam incipe deſtillare, ſublimare, præcipitare & omnino coquere. Diligenter nota oculis vbi vapor ſubſiſtat, vbi coagulet,qua ruat; quam alte feratur,& omnibus notatis expedi, Ellebori eſſentia ita facta, ſitne profutura tuo cerebro an nocitura? Sitne antimonium moturum catarrhos, an ſublaturum? Vir eris ſi hoc ad oculum oſtenderis.

Iam ergo abi, & gloriare Paracelſiſtas & miniſtros naturæ eſſe, & laude dignos medicos. Sed animaduertit homo callidus obiectum ſibi iri difficultatē,imo impoſſibilitatem iſtius abſeruationis ocularis ex anatomia eſſata. Anteuertit ergo, & duas famulas illi attribuit, quæ ad fores ſtantes accedentibus aperiant oſtium, mon- *Famula Paracelſica.*

ſtrentque qua adiri debeat regina illa anatomia. Attamen adeo verſutas eas fingit, vt non niſi Paracelſiſtis ſe faciles præbeãt; idque non immerito. Quia illi ſciunt, qua artẽ tractandæ ſint famulæ, ex ſententia ſcortatorum Terentianorum, vt ad dominam aperiant viam.

Galenici nimis ſunt auſteri, nec ita liberales, vt ante dominam demereantur famulas. Merito ergo excluduntur.

Verba aduerſarij. Nomen autem vnius famulæ PHYSIOGNOMIA: alterius CHIROMANTIA: quas etiam Sophiſtarum hoc eſt Peripateticorũ & Galenicorum ſcholæ noſſe glorientur, at abſint ab earum notitia longiſſime: quia ſcilicet non in hominibus tantum, ſed & in omnibus macrocoſmi partibus locum habeant. Hic riſum non poſſunt cohibere noſtri diſcipuli. Cur vero *Defenſor Paracelſicorũ eos proſtituit.* iſtud? Quia nimium ſimplex Neoparacelſus ſuos Paracelſiſtas defenſurus, ipſos cũ arte tota proſtituit. Nam ſi ipſi ex autoritate Terentij famulas demerentur, vt perueniant ad dominam; domina autem eſt impurum ſcortum, illi autẽ, qui demerentur, ſcortatores; ridiculũ eſt, ipſum inſciũ *Pictura Chymia Paracelſica.* & imprudentem, Chymiam Paracelſicam adulteræ comparaſſe; & reliqua ſimiliter prope ad verum longe ingenioſius vllo pictore expreſſiſſe. Cogitant etiam ſi domina

domina adultera eſt; a vero ergo longiſſime abeſſe Paracelſiſtas; ſi impura eſſentia, nondum ſeparatum eſſe purum ab impuro, aut potius puro abiecto & perdito (nam ſcortando perit probitas) relictum eſſe impurum; atque ita toto cœlo & Philoſophorum & Aſtrologorum aberraſſe illos Paracelſiſtas. Eſt & alia riſus cauſa. Norunt quidem Phyſiognomian alicuius eſſe momenti, quanquam non abſimilis eſt ianitricibus Terentianis, verſutia ſua & dolis multos procos ludentibus; eamque locum habere in tota natura, quanquam Peripatetici in animalibus potiſſimum, aut omnino viuentibus ſaltem eam conſiderarint: at chiromantiam non putauerant ſibi quærendã eſſe in vllo alio mundi angulo quam vbi eſſet MANVS Ἡ χείρ: niſi fortaſſis παρὰ τοῦ χείρονος Paracelſiſtæ eius primam vocem deducũt, longe plauſibiliore etymo. Nam & malorum omnia ſunt plena; & ex illis non raro exiſtunt vates certiſſimi. Eſt autem manus hominis ſaltem inſtrumentum. Vitibus, & ſimilibus, manus quidem eſt; at modificata & æquiuoca. Extra hominem ergo monſtra quæſo illis manum, & quidem vt oculis videant; quia Chymica tua ſunt Phyſica, non Theologica, & ceſſabunt ridere. Sed quænam vis argumenti eſt?

Phyſiognomia fallax.

Chiromantia non eſt extra hominem.

Paracelsistæ bene sibi demerētur physiognomian, & Chyromantian.
Ergo ad effatam anatomiam perueniunt, & per consequens naturæ intima perspiciūt, penetralia, certissimas mor borum causas, præstantissimaque cognoscunt remedia, & methodum addiscunt accuratam, & reliqua.

Breuis responsio est, nostros adolescentes nihil hic necessitatis videre; sed merum ὑκ ἔποντος ἔλλεγχον, vna cum illo qui solet vocari κατά τα ne omnia adimant Paracelsicis. Ad rem autem ipsam quod attinet, dicant nobis, illa duo adminicula, Chiromanticum & physiognomicū, spectanturne in nondum resolutis rebus; an vero in solutis & separatis? Si in illis, id quod non tantum Paracelsistæ, sed & physici quidā, ex quibus tum Aristoteles, tum alij, vt Baptista Porta &c. librum conscripsit de re eadem, fatentur; iudicium secundum Paracelsicos erit perturbatissimum incertissimumq;. Nondum enim separato impuro a puro puræ essentiæ vis conspici, & iudicari neutiquā poterit, nisi forte fallacissima coniectura. Dicunt autē illi, impura & adhærentia stercora totam essentiam captā detinere. Exerere itaq; se, & oculis ingerere neutiquā poterit. Secundū Peripateticos aliquid præstat quidem hoc ex in-

Paracelsici a physiognomia non iuuantur.

ex integris iudicium, neminem tamen latet, quam ſit incertum & dubium præſertim in medica virtute cognoſcenda; vbi ſæpe euenit, vt venenum eadem ſit facie cũ alexterio; quod declarant cõgruentiæ herbarum, veluti cicutæ minoris & petroſelini vulgaris: Florum anthoræ & napelli: Imo Doronici radix non multum abeſt ab aconiti pardalianchis Plinij & Matthioli; & vtrumque quidem venenum eſt; illud canibus non homini; hoc omni ferme animali: ne quid dicã alia alio tempore, loco, vſu & venena eſſe, alio βοηθήματα. Hæc itaque ex phyſiognomia haberi non poſſunt, niſi ſit ea quæ omnes ſenſus cum effectu in ratione aſſumit. Si in eſſẽtiis extractis illud iudicium phyſiognomicũ ex facie externa ſumendum eſt; periit tota Chymia Paracelſica. Puluis enim auri, & cupri, ſimilimus Mercurio, certo modo præparato, deprehenditur; Imo & cinabari æquiparatur; & tam faciles ſunt interdum naturæ, vt arte tractatę varium vultum ſuſtineant. Eadem cenſura aliud ſtatuendum eſſet de artificiis diuerſis, quibus parantur medicinæ nonnunquam ad vnum ſcopum, veluti cum eadem medicina eiuſdem virtutis modo puluere, modo aqua, modo electuario, oleo, & aliis præparata adminiſtratur. Sed hoc nullus conceſſerit

Sales chymici deuerſiſſimi viribus, pene omnes ſunt eiuſdem forma.

Para-

Paracelſiſta. Itaque non laborioſa opus erit probatione. Vnum ſaltem rogatum velim Neoparacelſum, vt mihi Chiromantiam tincturæ, Sulphuris, Mercurij, Magiſterij, Elementorum, Elixiris, auri explicet, qua nota ſtatuantur illa cordi familiaris eſſe. Si integrum ſpectes in natura, extra artem quæ eius faciem mutat; arenæ potius aut lapidi ſimile eſt, aut purũ, more capillamentorum, calcis, & aliorum inuenitur. Quæ his cognatio cum corde? Si reſolutum? quoniam creditis ideo iuuare, quia cõuenit eius natura cum ſpiritu cordis, & omnino balſamo naturæ; quæſo mihi expedi qualis ſit ille naturæ ſpiritus, & vnde deprehendam ex iſtis tuis ancillis cognationem eius cum auro. An tu illum vnquam vidiſti aut olfeciſti? Si neque viſu, neque auditu, neq; tactu, neque guſtu, neque olfactu noticiam eius vnquam habuiſti, Vnde ſcis eum congruere auri eſſentiæ? A ſubtilitate dices, & naturæ præſtantia. At quæ auro ſubtilitas? Longe maior eſt aceto, & vini ſpiritui, imo oleo iuniperino & aliis. Præſtantiam naturæ ſi ad hominẽ æſtimes, cur non homo homini potius ſimilis eſt, eique ex ſuo corpore medicinam præbet? Et corde ſubuenit cordi, Spiritu ſpiritui? Aut ſi homo id non poteſt; ſaltem beſtias conſulas; ſicut de oſſe

ex corde

ex corde cerui hactenus temere creditum est, aut res vegetales alias. Nutrimenta longe sunt præstantiora auro hac in parte, cur his præfertis aurum? Sed qua fiducia, quoque charactere auri, adhibetis illud ad caput, & eius vitia? Vnde nostis quod vniuersale sit? Paracelsus non raro potiores tribuit antimonio; alij gemmis. Idem tuus DEVS lapidi Philosophorum vim tribuit, nō specificam, sed a præparatione contractam: ancillæ tuæ & ianitrices quid hic agunt? Nisi fallor tu Chiromantiā & Physiognomian non spectas in subiectis naturalibus, sed in operatione artis tuæ. Nam ex præparandi modis omnem noticiam tibi policeris. Sed quanta inde absurditatum nascitur sylua? Tune ex modo præparandi scires naturam rei, & effecta? Quę ergo eodem præparantur modo idem valebunt, vt cum exprimitur oleum ex amygdalis dulcibus, & semine Hyoscyami &c. sed in stolidis superuacaneum est diu immorari.

Andernacus: Tanta illis arcanorum & malium Dei copia est, vt ipsi nesciāt cui potissimum ex illis principem locum attribuere debeant, nūc auri magisterium, ei quod e stibio, nunc mercurium stibii & plumbi, ipsi qui ex auro præparatur præferāt etc.

Tribuit Paracelsistis quod naturæ intima perspiciant, penetralia. Si hoc possunt, Dij sunt. Verum a diuinitate tantum absunt, quantum tartarus a cœlo. Non ergo possunt. Homini facultas data est ab externis & effectis venari non essentiarum noticiam intimam; sed aliquam saltem conditionem,

Præparatio per se non indicat vim rerum.

Paracelsici non perspiciunt intima naturæ.

ditionem, & virtutes. Noticiæ autem eius instrumenta acceperunt sensus, quibus astipulatur ratio.

Essentiæ intimæ in sensus non incurrũt. Nequit ergo eas scire ratio, cũ nihil sit in intellectu, quod non prius fuit in sensu. Sed Chymici cum in paruã eamq; purissimã & subtilissimam molẽ, virtutis vel totius, vel præstantissimæ capacem, coegerunt corpora; essentias quidem illas appellare solent; at tantum sibi non arrogant, quantũ Paracelsistæ qui naturæ (materiæ, formæ & totius cõpositi) intima penetralia sibi nota & perspecta temere & insolenter deblaterant. Putidum istud appellamus mendaciũ, quod tãto alienius debebat esse a Neoparacelso, quanto olim Theologus fuit (si fuit) syncerior. Nã docẽt Theologi Adamũ ante lapsum nosse quidẽ essentias; at eã vim a lapsu amisisse. Quis Paracelsicis reddidit? Falsum tamen id Theologorum cõmentũ est. Sed perge. Certissimas morborum causas, remedia, methodũ, sibi cognita & explorata deprædicat. Vnde hoc? Nempe quia per ianitrices admissus est ad anatomen essatam, quæ illi cuncta suppeditat. Atqui morbi & causæ, methodusque sanãdi ex indicationibus subiecti patiẽtis &c. sumuntur. Nũ ergo anatomian nostrã amplectitur? Nõ, quia ad pictores relegat. Quid

Essentia Chymica.

Adamus ante lapsum dicitur essentias nouisse.

Paracelsicus omnia habet certissime explorata.

Anatomia essata.

Quid ergo secatnum patientem seu ægrũ? Multo minus. Hoc enim non esset curare; sed vere ad essentiam redigere ægrum non per Vulcanum, sed per terram; atque ita non per sublimationem sed per descensum separato puro ab impuro. Quid tandẽ illa essata anatome tractat, vt suggerat ista tam magnifica? sanguinem humanum, ex quo fabricant arcanũ primę materiæ, quãquam etiam ex semine humano tum hoc tum artificialem illũ homuncionẽ quem Dornæus ex pane & vino elicit, creẽt; Deinde mineralia; animalia, vegetalia: destillarent & celestia, nisi remotius esset cælum sicut Paracelsus ex aere, igni, aqua, terra simplicibus rerũ naturis nihilominus elementa noua elicit, cũ tamen Dornesij Cardani & aliorũ vere sentientium sententia ignis nec elementũ materiale, nec corpus sit. Quid tum postea? Etiam qualitates destillare possunt, & purum ex impuro segregare. Nam noster paracelsus infra dicit se qualitates elemẽtares, a specificis segregare. Magnam tamen deprehendimus artis paracelsicæ imperfectionem.

Arcanum primæ materiæ.

Paracelsus ignem separat, qui tamen in rerũ natura substantiã propriam non habet.

Paracelsici separãt qualitates a rebus elementaribus.

Cum enim homo sit microcosmus, cõstetq; ex omnibus mũdi partibus; vnde etiam curæ seu sanationis ratio sumenda sit, ita vt si terra ægrotet, per terram seu salem (sal ipsa est terra) sit curandus: si cælum homi-

Paracelsici homini nequeunt succurrere si eius pars cælestis ægrotet.

hominis male habeat; vnde sument essentias cælestes? Debebat cœlum montibus incumbere; vt comprehendi & essentificari posset.

Sed illi ope sui Vulcani etiam cælum, nō aliter ac Gigantes comportatis montibus, irrumpunt; Et nescio quas influentias cælestes, & quintas essentias comminiscuntur, quarum tamen nulla est, quin sit, corruptibilis, & iterum diuisilis in elementa quatuor, sicut dicit Paracelsus, quod non sit res sine elementis, vel extra elementa. At illi influētias destillare nequeunt; sunt enim occultæ virtutes, vt narrant; forte ope, illarum ancillarum etiam cognitæ certissime: neque cælum substantiam suam demittit.

Si ergo cælum hominis ægrotet, moriatur oportet.

Garriunt de suis quintis essentiis, at qui eam salem in vino secundum Lullii & Vlstadii descriptionem ostendat, nullus inuentus est.

Nullum enim habet a Vulcano auxilium: Et si cælum haberi posset, quia tamen nequiret essentificari, nihil prodesset. Noster enim Neoparacelsus infra dicit, quod corpora integra sint venenata. Præstat ergo ad Magiam Paracelsi confugere &c. Sed si istud verum est, cum soluunt secantque res tales; necesse est vt ex his cognatio morborum & causarum, & methodus medendi perfecte cognoscatur. At vnde sciuntur symptomata? An & hæc ab illis famulis

mulis & effata anatomia suppeditantur? Imo. Nam Paracelsus cum per essentiam suam in obligatione armorum curat vulnera, etiam procul distans potest de diœta & passionibus ægri ad vnguem iudicare; non tamen sine spirituali essentia. Mirabar autem qua fiducia Neoparacelsus repudiaret anatomian corporum humanorum, & Galenicas ἐνδείξεις: nimirum in Vulcania officina tanquam in celi vertice, vel turri illa commenticia vniuersi de qua legitur in commentis Amadisi Galli; sedēs, & distillans, non aliter ac Dornesius cum vrinam destillat, omnia habet explorata & cognita; quanquam plus sapit Dornesius quam Neoparacelsus. Ille enim vrina vtitur ex homine egressa quæ indicia quędam habet, si hæc sapientia quædam est, & non potius stultitia vrina se maculans præ arabico auro Paracelsicis non ingrato. Ita fuit olim Medicus Astrologus, cui non opus erat explorare de morbo, aut symptomatibus, neque etiam de patientis natura, sexu & aliis; imo ne vrinam quidem dignabatur inspicere. Sed quandocunque consultor ostia pulsabat; thema cæli erigebat, & inde de omnibus perfectissima scientia respōdebat. Huic similis est Neoparacelsus. Nec immerito per anatomiam essatam omnia cognoscit. Si enim Paracel-

Paracelsus in hoplochrismate.

Ridicula paracelsici cognoscendi ratio.

Virdungus.

Thema cæli omnia significat de ægroto.

Stolido respondetur elusionibus iocosis. sista est; imaginationē habet tam fortem vt attrahere omnes spiritus & intelligentias cæleſtes poſſit, imo etiam cogitationes ſuas alteri imprimere, & viciſſim cordis arcana cognoſcere. Aut geſtat, fortaſſis ex electro Paracelſicum idolum, cui vis eſt in omnes ſpiritus, a quibus bene poteſt cognoſcere quicquid homo patitur, & quam ob cauſam. Donemus ergo Paracelſicis iſtud; poſſunt enim; quia videri volunt, iuxta illud ἄνω ποταμῶν &c. Studioſi non expectent aliam ſolutionem iſtorum paradoxorum. Inania commenta ſunt, nec quicquam habent firmamenti. Satis ergo eſt ſi eludantur ſimpliciter.

Electrum paracelſi.

Anatome eſſata omnia de morbis aperit. Addit, quod ope iſtarum famularū ad eſſatam anatomen admiſſus ea ſciat remedia adhibere quæ naturam nō opprimant nec deſtruant. Additur argumētum. Quia illa anatome morbos vere manifeſtet: morbi cognitio certam monſtret curationem. Sed mirifice ſapit. Si enim quæſiero vnde ſciat Neoparacelſus remedia naturam non opprimentia: reſpondetur; quia morbos ex anatomia eſſata cognouit: At inquam morborū noticia non oſtēdit quę remedia vim nocendi aut iuuandi habeant; ſenſus, ratio, experimentum, eam aperiunt; niſi pro remedio accipias medicandi δύναμιν καὶ ἐνέργειαν: quanquam nec hic ſufficit morbi eſſentiā cognouiſſe. Et falſum

Noticia morborum quid oſtendat.

ſum eſt, anatomen illam Vulcanam monſtrare morbos. Neque ergo oſtendet curandi modum. Certum autem eſt morbos eſſe ſymptomatum ſuorũ cauſas. Per ea ergo tanquam effecta proprie ſignabuntur; poſtea etiam per ſubiecta & alia. At illa nõ intrant eſſatam anatomian. Bene mortuus eſt Ramus. Si viueret, doceret hunc magiſtrum, ex quibus topicis deberet argumẽta petere. Ad marginẽ aſſcripſit Celſum; & Aſclepiadem allegauit in cõtextu, memor illius ſuę hypotheſeos in præfatione; Nihil eſt quod literam mortuam &c. quibus verbis adiecit: Autoritates improbãtur. Quod ergo ex noticia morborũ dependeat curatio, id expectamus ab inſtrumentis Vulcaniis ſecũdum promiſſionẽ; non a Celſi teſtimonio, neque Aſclepiadis. Sed cur hunc vocat medicum inſignẽ & philoſophum, qui tamẽ ferme totus erat Galenicus adeo vt illi Pſeudomedici Neoparacelſo dicti, ſeipſos Aſclepiadeos ſoleãt appellare? Scilicet veritatis vis maxima eſt. Ait ſaniores medicos, quos in titulo appellabat Paracelſiſtas, beneficio artis ſignatæ tenere certam curationem; vnde ſanent tuto, & ſæpe celeriter tollant grauiſs. morborum radices, & mirifice defendant ægros a vi ſymptomatũ. Putabant noſtri diſcipuli ex morborũ certa noticia, (cui volebant addi noticiam remediorum, cauſarũ, ſymptomatum,

Indicia morborum.

Autoritates improbata verbis probantur facto.

Paracelſicus ſua axiomata per ignem demonſtrare debuerat.

Paracelſicorum encomium.

matum, loci affecti, &c.) illam certam curationem Neoparacelso deductam esse; Sed nominat beneficium artis signatæ. Quid hoc monstri est? Ante audiuerunt anatomen effatam, quę morbos expediret; an illa eadem est cum arte signata? Non opinor. Quid ergo: illamne σημειωτικὴν Galenicorum medicorum accipit? Minime. Quid tandem? Operam scilicet ancillarum meretricum quæ scortatorem intromittunt ad Dominam procorum desiderantem, iuxta Terentianum sensum. Itaque in posterum ex cõsilio Neoparacelsi contemplabimur Physiognomica, & Chiromantica; Et per illa non ad hominẽ perueniemus, sed ad illas res circa quas occupatur anatomia effata, cui cum ægro nullum est negotiũ. Sic ergo tuto curabimus & bene. O Paracelsistas cerebri egentes. Vos ne morbũ cognituri curaturiq;, non ægrotũ sed caminũ & carbonariam visitetis? Accedite iam ægri omnes, & dicite cui parti vultis vos in posterum committere; Galenicæ ne, quæ ad vos clamantes aduolat, & quæ ipsi patimini vndiquaque diligenter explorat; an Neoparacelsicæ quæ in Vulcania officina coquit essentias, & in illis omnia cognoscit: mittit etiam aliquam particulam vorandam nec dubitat, quin natura omnia sit recte actura? Non immerito

Ars signata.

Stolida paracelsicorũ cognoscendi via.

rito indignabimini his auditis, si quidem &Naaman ille Syrus ægre ferebat prophetam non egressum se sanasse: quanquam exemplum valde dissimile est, cum Paracelsistæ non sint Elisæi. Quis autem animũ induci patiatur tali medicatione grauissimorum morborum radices tolli celeriter? MIRIFICE defendi ægrotos? Audiuimus quidem Neoparacelsum de suis, citra tamẽ iactantiam vt protestatur, gloriantem, quod suis validissimis medicamentis hactenus vsus sit cum multorum commodo,& emolumento; Sed non credimus, si vera dixit, cum id præstitisse per artem signatam, & essatam anatomian. Et quid opus est ægros accedere, & Erfurdia Rhudolphopolin portari, Si certa curatio sumitur ex signatura physiognomica, & Chiromantica macrocosmi ad essatam anatomen; sique data medicina nihil dubitandum est, quin optime sit operatura? Vtinam autem defendere suos pedes mirifice a podagræ inclemẽtia posset; si Hubneri noticia scripto declarata est certa, quanquã de hoc minus dubitemus quam de curationis Paracelsicæ certitudine ex essata anatomia, absque certo sensu. Hubnerus enim eodem in oppido habitans internunciis potuit vsus fuisse certioribus, qui conflictantem cum iniqua illa poda-

Falsa gloria paracelsicorum.

Paracelsicus quicquid boni in medẽdo præstitit ex sua arte non est assecutus.

Paracelsicus dicitur podagricus interdum esse.

gra sæpe audiuerint quiritantem & conuitia dolori decantantem. Sed quid præterea affert? Illustrat illam suam certitudinē opposito cōtrario. Cui non est certa morbi cognitio, inquit, eius opinio quæ Galenicis perfamiliaris; certum remedium habere non potest. Hic naturam opprimi, atque ægrotantes ante iustū vitæ terminum extingui quæ non videt? Hæc ille. Præclare quidē illud; quod ignoto morbo, ignoretur remediū at nō ex officina Vulcania, & anatomia essata, nec arte signata. Nam vt morbū scias, Vulcan⁹ nō efficit in suis furnis dū res cōmissas destruit, & affligit Paracelsice. Quod autē Galenicos pungit; æquo animo ferūt. Quid enim ab hoste expectes aliud? Sibi tribuit scientiam; nobis opinionē. Si vellē vrgere Sophistam; totā illi adimerem Vulcani artem, omnemq; cerebri essentiā vna cum arte signata. Sed hoc Ramo censori cōmittemus. Non autē est cōsequens, remedium certū ex opinione nō posse haberi, quanquam id tam certum nō sit, quam quod ἀπόδειξις καὶ ἐπιστήμη suppeditat. Aliquid dandū coniecturis non raro est. Et quis in tanta humanæ mentis imbecillitate rem semper acu tangere, & digito monstrare ita possit, vt afferat, hoc certum erit huic morbo remediū? Medici sciūt suū officium esse ex artis præscripto agere; Ea

De remedio certo.

Remedium indicatur a morbo.

Galenicis opinio tribuitur.

Etiam coniectura quodammodo indicat remedium.

Medici est bene mederi.

autem

autem artificiosas coniecturas non excludit; quæ tamen vt Neoparacelsi ancillæ, nō raro fallunt etiam ingeniosissimos. Si quid Hippocrati fidei est; fortunæ & tacitæ animorum fiduciæ item aliquid est relinquendum. Huc collimet ille certo. Neque tamen inde consequens est, theoremata medica labefactari. Sed vt hoc certum est, hydropa esse chronicum morbum; ita & hoc certū; quod acutorū iudicium sit anceps: & experientia difficilis. Sed Paracelsicis spiritibus omnia ad vnguem sunt nota. Nā sicut Cardanus, ita & illi arcana æternitatis intelligūt; nisi cū pituita molesta est.

Etiam fortuna Hippocrates tribuit in sanatione locum.

Omnino Paracelsistæ Neoparacelso sunt laudati Medici perfectā noticiam rerum & sanationis habentes. Idq; non tantū argumento Dominæ, quæ est essata anatomia; sed & ancillarū quæ sunt Physiognomia, & Chiromantia macrocosmica. Iam accedit etiam tertius adiutor & præsidiarius, qui vocatur ARS SPAGIRICA. cuius vis sit incredibilis in aureis montibus cōflandis medicinis præparādis & aliis; adeo ampli vsus, vt molitores, pistores, coqui, fartores, & omnino nobiles ignobilesq; artifices vel nesciētes eam excolant, & VENERENTVR: cumq; illis omnibus sit communis; solos tamen seplasiarios fugit Galenicos; quorum ineptiis, vt succorum expres-

Ars spagirica.

Neoparacelsi verba.

Paracelsica disciplina.

Adamus a Bodenstein refert paracelsicæ medicinæ esse 4 columnas Physicen, Astronomian, Alchymian & virtutem iudicetur ex his num noster sit paracelsicus. Non apparebit.

sioni, pulucrisationi, infusioni &c. neutiquam sit conferenda. Sed nescio quis hic sibilauerit. Ni fallor credidit, Paracelsistas non tãtum medicinam immutare voluisse, & hominem totum vna cum vniuersa natura; sed & nouæ Philosophiæ disciplinam & partiones instituere. Quid enim aliud portendunt illa insolita; Anatome essata: Ars signata; Physiognomia & Chiromantia Macrocosmica; & Spagiria? Sed de illis vidimus. De hac vltima porro contemplemur.

Spagiria coquorum.

Spagiria μαγειρία.

Ait eam coquis esse venerabilem. Putarunt nostri adolescentes an non voluerit dicere μαγειρίαν pro spagiria, vt sic nihil aliud hic designetur, quam famulus quidam Vulcanius medicinas Paracelsicas igni committens, & coquens. Hoc si est; non vident quid nobilitatis aut præsidij Paracelsicæ certitudini inde possit esse. Quid enim tum postea? Coquant illi & decoquant, & concoquant; non fient inde medici plus quam culinarij ministri. Esse autem valde consentaneam illam & coniugationem, & significationem, euincunt Neoparacelsica. Essatæ anatomiæ succurrit, & hospites intromittit. Opus hoc a coctura non est alienum. Ait enim Vulgus sibi persuasum habere, eo nomine promitti aureos & argenteos montes: At qui in tur-

Quod Spagiria sit Magiria.

in turba Philoſophorum expediunt lapidis conficiendi rationem, crebro ingeminant iſtud COQVE, COQVE, COQVE. Magiria ergo illa ars eſt. Inſuper piſtorum & coquorum ars nihil eſt aliud. At his aſſignatur ſpagiria. Eſt ergo coctio. Soli molitores nos confundunt. Vtinam & illi coquerent triticum & amylum inde conficerent: Et res perfecta eſſet. Sed ſi molitor eſt ſpagirus, dentes Neoparacelſi, & ſeplaſiarius vel aromatarius tritor, imo volucrum roſtra etiam erunt Spagiri; nec cum fulmina conterunt alta ceraunia, id ſine ſpagiria fiet. Bene ergo dictum eſt, vſum huius eſſe ampliſſimum. Illud tamen intelligere non poſſumus, quomodo coqui, piſtores, molitores, vnguentarij, pictores dum colores terunt, &c. Inſcij Spagiriam venerentur. Fortaſſis ea res eſt aliquid ex Paracelſicis Meluſinis, aer dadis, ſyluanis, pygmæis, xeninephideis, quibus iucundum eſt occultas naturæ proprietates aperire hominibus, aut ſaganis, ſalamandris & reliquis phantaſiæ ſeu turbæ magnæ Paracelſicæ portentis. Id ſi eſt, non immerito colitur, ſicut Indi diabolũ adorant, & veteres Veioues ne quid noxæ inferant. Sed vt extra iocum dicamus quod res eſt, delirat Neoparacelſus totus, & toto aberrat veritatis cœlo. Quid ſit Spagiria

Molitores Spagiri.

Magiria in Generatione.

Spiritus cõmentitij Paracelſi.

Indi colunt Veioues.

Spagiria Theophrasti. giria apud Theophrastũ Paracelsum nondum intelligit. Non est anatomiæ essatę, quam ille stolide fingit, ancilla; sed, vt & Dornæus explicat, idem quod Alchymia vel Chymia, cuius officiũ generale est discernere verum a falso; genuinum & essentiale ab adultero & accidentali, sequestrare a bono malum, & impurum a puro segregare, separare & abiicere binariũ vnitate seruata, vt Dornæus loquitur. Et hoc *Paracelsici pseudochymia.* ipso argumento prodit suam stultitiam & pseudochymian idem Neoparacelsus. Paracelsista audire vult, at non cum autore suo loquitur. Chymicus; at a Chymicorum placitis diuertit.

Soladini sunt Paracelso spiritus igni gaudētes. Sed forte ille suo genio, qui est fortassis Soladinus, siquidem Vulcanum tantopere veneratur, nouam artē cudere voluit. Hęc etiam ratio est, cur autoritatem in præfatione repudiauit, vt sc. sibi integrũ esset libere quicquid in buccā veniret & statuere & pro lege ratum iungere. Sed Paracelsistę nunquā sibi persuadebunt hunc de sua factione esse, cum principis oracula nō ob-*Pharmacopœia an cōparāda Spagiria.* seruet. Illud valde superciliosum est, quod negat Magiriæ suæ seplasiam conferendā, quia hęc tractet expressiones succorũ simplices pulueraciones, infusiones. Hic in pura solis luce peruersitas Neoparacelsica destituta est. Ergone, Paracelsistæ non extrahunt

trahunt ſuccos? Non pulueranť? Non infundũt? Quid autẽ illud erat quod de molitoribus ſpagiris aſſeuerabat? Si molitores in puluerẽ redigunt grana, idemq; faciunt ſeplaſiarij, quanquã hi cortices & putamina ſubtilius ſeparãt, illi minerua pinguiore; cur molitores (adde & auiculas quæ valde induſtrie norunt purũ a puro ſecernere & grana ſinapis, raporũ, papaueris, &c. decorticare) ſint Spagiri, non autẽ pharmacorũ præparatores? An nõ ſimpliciter coquunt coqui, moliunt molitores? Sed Paracelſici non puluerant, verũ calcinãt. O delicata ingenia. Quid refert qua via & modo aliquid teras ſi tritum oportet? Sed hic iterum defectus Spagiriæ Neoparacelſicæ elucet. In præfatione fiducia Vulcani omnibus mouebat litem. At Chymici etiam ſine Vulcano calcinant, & pulverãt, idq; longe frequẽtius, quã illud. Quid hic reſpõdes Neoparacelſe? An nõ te pſeudochymicum eſſe conuictũ eſt? Inſpice totã Dorneſij de quinta eſſentia ſyntaxin: cõſidera archidoxa Paracelſica; & quæſo iudica; calcinãtne ſeu puluerãt illa per Vulcanum an alio modo? An non etiã terunt in lapide; non ſoluunt aquis regiis & potentibus? An non etiã aceti, ſucci limoniorũ, berberũ quin & Mercurij, & fumi plumbi aliqua vis eſt? An nõ limæ & piſtilli? Putas autem

Defectus Spagiriæ Paracelſicæ.

Calcinatio abſque igni, niſi Vulcanus mutatus eſt in Neptunũ, &c.

autem hæc ignota esse, aut non exercitata seplasiariis, aurificibus & reliquis? Si tu inde Spagirus es, quid erit faber ferrarius, quid aurifaber, quid alij plurimi? Sed ille imperitissimus omnium nihil nouit præter Vulcanum. Nondum intellexit puluerare Chymicos fumis Iouialibus, vi Mercuriali, incisione, lima, & aliis, idque tam callere medicinę ministros, quam Paracelsicos. Nec illud inuentum Paracelsi est.

Expressio. De expressione autem succorum simplici adeo delirat, vt non Ellebori essentia, aut auro potabili reducendus sit, sed sandaliis Iudaicarum & Italarum mulierum, oleum oliuarum non repudiatum Chymicis solerter conficientium. Sed vt videas hic quoque te pseudoparacelsicum agere; considera quomodo autor ipse extrahat quintas aromatum essentias.

Quinta essentia aromatum. Capit oleum amygdalarum (stillatitium ne an expressum?) miscet rem extrahendam. Digerit ad solem (nota, ne tuo Vulcano solo glorieris) EXPRIMIT: & habet quintam essentiam cum oleo. Quęre apud nostros Seplasiarios, an nō illi similiter in multis agant, vt in oleo rutaceo, irino, Iasmino, liliorum, &c. Veruntamen calumnia eos oneras non leui. Mentionem facis simplicis expressionis. Iniuriam

Vulgaris oleorum ratio conuenit cum aliqua Paracelsica.

riam eis facis. Quo enim pacto fiat oleum iuniperinum, terebinthi, & reliqua, cordus te docebit. Et in plærisque vulgaribus quoque vtuntur infusione multiplici & coctione, & apricatione, seu digestione, quam in aliquibus Chymici vocant etiam putrefactionem. Quid si aquas stillatitias, olea stillatitia, extracta & reliqua tibi opposuerit tota nostra pharmacopœia, anne tibi istud tam turpe mendacium coram viris grauibus etiam ruborem excutiet. Adesto, & scrutator nostra pharmacopolia, obruemus te & suffocabimus Chymicis. I nunc, & alios calumniæ reos perage. Infusio etiam molesta est viro. Chymicis vocari solet, maceratio, vel digestio, vel putrefactio, licet non omnino sint idem. Quid autem tam Chymicum est quam illa ipsa? Certant Chymici vtrũ oporteat infundere extrahenda omnia an non, seu diuturnius paulo macerare. Infundunt & nostri, & sciunt essentiæ vim plurimam seponi in liquorem, licet non coagulent semper. Et hoc instituto maiorum. Cur Neoparacelsus negat chymicas præparationes conferẽdas infusioni? Veritatis studiosi deprehẽdent re ipsa infundere etiam veteres Galenicos cum nouis: Infundere etiam Chymicos. Sed illa infusio interdum porro elaboratur, vt cum diutur-

Extracta quoque veteribus in vsu fuisse Andernacus ostendit titulo ἐκ χυμωμάτων Com. 2. Dia. 7. de vet. & noua medicaque falsò referri ad Paracelsum autorem.

Infusio.

Vide apud Paracelsum specificũ anodymũ, quod per infusionem & expressionem saltem fit.

Infusum vel ad siccitatẽ redigitur.

Infusum vel ad siccitatē redigitur vel ad aquosi- si saltem ab- sumtionem, vel statim to tum vsurpa tur: et aliud alio elabo- ratur inge- niosius.

diuturnitati seruanda res est; interdum neutiquam, veluti cum mox vsurpanda. Ibi vel plenius ad absumptā saltē aquositatem fit decoctio, &c. vel omni liquore absumpto essentia vocata colligitur sola. Feces abiiciuntur vtrobique. Et licet maceratio sit generalius quiddam seu digestio: apud Chymicos tamē quadamtenus etiam infusio est. Et si non in omni Chymica præparatione infusio necessaria est; in multis tamen est. Si iam Chymiæ propositum est more naturæ animatæ, separare crassa & feculenta a subtilibus & puris, mediante liquore: infusio siue a seplasiariis siue aliis vsurpetur, proprium Chymiæ opus erit, quanquam ab aliquibus administretur ingeniosius, ab aliquibus imperitius. At hic blateator in culina vidit infusionem; in pharmacothecis videre ob cœcitatem inuidiæ & odii non potuit. Et quis scit an vnquam ingressus sit pharmacopœias nostras indagandi causa? An etiam vel cordum saltem inspexit? Sed metuit. Si enim cordus eum infundi mandaret; procul dubio totus in feces abiret, adeo nihil puri in eo est.

Spagiria Paracelsicorū patrona.

Sed audire aliud propugnaculum.

Sola ars Spagirica potest defendere Paracelsistas a Galenicis.

Paracelſiſtæ ergo ſunt inmunes ab eorum iniuria.

Vtinam verum eſſet antecedens. Sed norunt homines coquere & præparare medicamenta, medicum peritum non efficere. Itaque ad Calendas Græcas tibi aſſentientur. Aliud: *Spagiria medicum non facit.*

Paracelſiſtarum medicamenta ſunt pura. *De puritate Paracelſicarum medicinarum.*

Ergo ſunt innoxia; & per conſequẽs falſo traducuntur noxæ crimine.

Firmamentum antecedentis; quia Spagiria inſtructi norunt ſeparare purum ab impuro, venenum a ſalubri, feces expurgare, vnde ſequitur tutiſſimus vſus citra omnem naturæ læſionem.

Negant noſtri diſcipuli antecedens, & dicunt ad probationem quod petat principium. Sed ſunto vera illa pœna omnia, vſque ad firmaméti proſyllogiſmum: Nihilominus tamen elenchus inconſequentis paralogiſmum configit. Nam ſint medicinæ Paracelſicæ puræ; Separetur étiam purum ab impuro beneficio artis Spagiricæ, hoc ſaltem detur eſſentias rerum eos cõſeruatas velle; alienis abiectis: Dicimus non abſolui eos a noxa. Quia etiã optime depurata, ſumme interdũ nocent tanquã ignis, præſertim imperito vſu, ne quid dicamus *Etiamſi eſſentias puras retineãt tamen non abſoluti ſunt a noxa.*

camus

Vide admonitionem Zuingeri & Arragosii in Epistolis Cratonianis,

camus de erratis ęgrorum, circumstantiũ, & cum quid præter opinionem euenit, vt in his quæ occultata diu medicos latuerũt, at repente interdum prorumpunt. Deinde quod, cum etiam venenis sit sua essentia, necesse sit ad hanc peruenire laborando, aut cadauer fecesque pro essentia retineri, aut tandem alienam essentiam seu confusam cum priore, seu per corruptionem Vulcaniam denuo generatam produci. Quodcunque ex his fit; aut a noxa se non liberabunt Paracelsici; aut pro auro stercus adhibuerint, & tot laboribus excoxerint; aut aliud quiddam obtrusetint pro essentia eius quod sunt policiti.

Dubiũ num paracelsici impurum a puro separent.

Quod autem in prosyllogismo dicitur id petit principium. Nam impurum a puro separari ab illis, aliquatenus crediderim; omnino autem verum non est, nec potest ab illis firma adduci demonstratio. Hoc constat, quod sæpe deprauent rem, mutent, alterent, & potius aliud quid quam idem per artem suam exhibeant. Nec raro decipiuntur, vt apertum est. Futilis ergo elenchus committitur. Sed pergit munire prosyllogismum prosyllogismo. Itaque venenum a salubri expurgari spagirice ita arguit:

De arsenico vorato.

Arsenici Spagirice præparati vidimus aliquot vncias instar butyri deuorari.

Ergo

Ergo Spagiria venenum separat a salubri, & rem tutam reddit.

Probabile est antecedens; at inde non sequitur complexio: neq; hoc quod venenum separatum sit. Nam Bellonius narrat Opium a Turcis satis magna quantitate vorari. Nobis illa afferret lethargum maiorem, quam passi sunt septuaginta dormientes, aut ille frater ad montem Sinai, vix post quadringẽtos annos experrectus. Narrat Fallopius quendã vnciali pondere vorasse Scammonium, neq; quicquã inde fuisse passum. Anus attica a veneno cicutæ tuta fuit. Socrates autem mortuus est.

Christoph. à costa recitat historiã quæ indicat aut opium illis edendũ esse, aut moriẽdum nisi inuet vinum.

Sãmoniæ vncia vorata.

Testatur Gesnerus Thoram esse, quæ comesta parum noceat; at parumper attacto sanguine deleteria sit. Eiusmodi historiarum plenus est mundus, & quotidie in celebribus nundinis prostant homines Salamandrarũ voraces absq; incõmodo manifesto.

Autor de Theriaca simile quid memorat, et Crato de Elleb. albo.

Dicit Neoparacelsus se vidisse arsenicum deuoratũ: non addit nec de alexipharmaco prægustato; nec fidẽ facit de cõsueto; nec de salutari vsu, sed temeritatis saltẽ mentionẽ facit: imo quis credet illud butyrũ fuisse essentiã arsenici? Si ille præparauit, cur non triplo pondere, quod bis promittis sanctissime (o plenũ religionis v[illegible]m) sumsit ipse, & famem ita solatus est? Si alius: exponat nobis hominis fi-

Deuoratũ arsenicũ essentia eius non fuit, sed corpus expurgatũ ab essentiali (vt loquũtur) et spirituali veneno.

dem. Nobis persuasum est, si arsenicum, quod acre est venenum, & essentia sua infensum animalibus, κατὰ γένος, istud fuit ex quo præparatum illud butyrum est, aut interimere debuisse, tantũ abest vt quicquam iuuerit; aut per halitum dissipata essentia eius cadauer retentum deglutitũ esse. Remanere autem tale quid potest, siquidem terreum est. Ita præparat Quercetanus: Ter sublimatum affuso fixatorio menstruo destillat sæpius. Puluerem relictũ albifs. eluit, vt sal tollatur. Addito oleo calci reuerberat, tandemq; abluit & restat calx diffluẽs instar butyri. Hoc quid aliud est quam terrea substantia & ex qua ablata est illa Chymicorum anima? Ille tamen tam temerarius nõ est, vt corpori immittat. Si bene & spagirice extrahere voluisset ita vt essentia residua mãsisset, omnes aludelis rimas occlusisset, ne vllus spiritus a minera eius potuisset discedere. Alias nec spagirica fuit extractio, nec essentiæ apparatus. Et qualis illa essentia est, quæ caret proprietate specifica? Asserũt autem multi eam vim esse qua ledit; quanquã alij corrosionem culpent. Sed id verisimilius est, cũ purgans vis simul insit. Quin & ipsi Paracelsistæ affirmant. Constans.n. apud eos Theorema est, quosdã morbos esse venenicales, vt pestis; quædã etiam remedia, vt Xenech-

Præparatio Arsenici.

Nota Chymicos nõ meras essentias concinnare, sed & corpora expurgare, si illa vocata essentia sint noxiæ.

Illud butyrum non fuisse chymicã essentiam.

Arsenicum aliquib. dicitur proprietate venenum, aliquibus erosione. Sed illud est verius.

Xenechdon Peracelſi,& riſa galli. At Chymici Paracelſici nõ putaminibus, ſed nucleis, nõ cadaueribus; ſed eſſentia res æſtimant, teſte noſtro Neoparacelſo in anatome ſua eſſata, arte ſignata, & Spagiria. Ergo arſenici eſſentia venenum eſt: & per conſequens Neoparacelſus Theoremata ſeu principia paracelſica nondũ intelligit, ne dum ſit Paracelſiſta. Quod ſi pugnet eius venenum eſſe ex eroſione; non quidẽ diu rixabimur; Veruntamen cum, vt ſcribunt experti, facili euolet exhalatione, ſiquidem in ſpiritu ſubtili eius eſt venenũ; non magna gloria arti accedet ex tam ruſtica præparatione. Sed cum in ſpiritu ſit venenum; hic autem eſſentiis conueniat, non tam facile prius mittemus. Hoc vltimum etiã hinc conſequitur. Omnes Chymiatri vno animo fatentur, & rei veritate coactus etiã Neoparacelſus alicubi nõ diffitetur Chymię hoc ſtudiũ eſſe, vt pura eſſentia educta parua quantitate, maximas poſſideat vires. Quia.n. vis in ſpiritu diſſeminato per vaſtum corpus eſt, ex amplitudine ſua in paruam molẽ poteſt contrahi virtutes ſummas habentẽ, & ob ſpirituoſam naturã facile ꝓmentẽ. Vnde illa gloria eſt aduerſus cumulos potionũ, de minuta & granulari doſi nihilominꝰ operãte plurimũ. Neoparacelſus vidit arſenici ali-

Neoparacelſum nõn intelligere principia Paracelſica.

Vis rei in paruum idque ſyncerũ corpus coacta dicitur eſſentia.

Si id butyrũ fuit essentia debuit et ve venatũ esse et parua mo le vires habere maximas.

quot vncias vorari instar butyri, quo cumulatim se inferciunt rustici: & nihilominus opera suæ spagiriæ isto facto satagit comprobare. Quæritur cuius Spagiriæ fuerit opus? Veræne? Nequaquam. Nam ea vel grano essentiæ arsenicalis porrecto hominem interemisset, cum vt autor est idem, drachma vna crudi vel equũ generosissimum neci possit dare: Et essentia de toto aliquando vix est centesima portio. Nam vt affirmat Dornesius, Chymici reducunt res ad eam tenuitatem vi libræ respondeat drachma vna; centenario ponderi libra; amphoræ dimidia mensura: mensuræ tres guttæ. Conclude iam Neoparacelse de qua spagiria glorieris. Procul dubio & falsus Chymicus es, & falsus paracelsista, quandoquidem tibi nõ conuenit cum primario Paracelsistarum, & Chymicorum principio. Quid quod tibi etiam ipsi videaris contradicere? Si specificas proprietates ita separas, vt in essentiis retineas; Est autem arsenico specificũ, interficere certo modo, quomodo id butyrum fuit essentia tua?

Exiguitas essentiæ.

Aliud sophisma.

Paracelsistæ non vtuntur crassis & feculentis medicamentorum corporibus, in quibus inclusa & abdita venena latent, sed tantum essentiis & speci-

ficis qualitatib. ſeparatis a corporibus.
Ergo non ſunt noxij,&c. Et inuerſe:
Galenici vtuntur corporibus iſtis:
Ergo ignominiæ venenorum adhibitorum ſunt rei.

Sat diu Crambe centies cocta eſt repoſita; quin aut verum tandem dicis, aut aliū elenchum præter principii petitionem, & inconſequentis ſophiſma cōmittis? Quis primum demonſtrabit Paracelſiſtas vti eſſentiis & qualitatibus ſpecificis ſeparatis? Quis iudex erit? Deinde norunt quidem adoleſcentes noſtri, aliqua accidentia reſpectu cōmunitatis dici ſeparabilia; at ratione ſubiectorū inſeparabilia eſſe omnia. Qua ratione Paracelſici ſeparabunt qualitates ſpecificas? Locutus eſt modificate. At tropis in rē ſeria tam euidentib. ludere nō erat neceſſe. Inſuper ait nō ipſa craſſa corpora eſſe venena; ſed in ipſis hæc abdita eſſe. Si abiiciūt ſeparata corpora, quid extraxerunt? An nō proſtituit Neoparacelſum propria imprudētia? An non conſequens eſt ſeparatis fecib. reſtare venenū, ante in fecibus abditū. Præterea abſtrahūt ſpecificas qualitates. At venenorum quæ ꝓprie ita vocātur, hoc ſpecificū eſt nocere tota craſi ſeu ſubſtantia? Si ergo in arſenico elaborant; primū ens, eſſentia, myſteriū & reliqua venenū erunt. Tandem verum

Paracelſiſtas vti eſſentiis non demonſtratur.

Accidens omne inſeparabile a ſubſtantia.

Ridiculū eſt dicere abiectis corporibus ſpecificas virtutes retineri, cū hoc ſit impoſſibile, etiā ſi transferantur in ſubiectum aliud. Nam aut prorſus perit vis, aut aliud fit.

non eſt quod corporibus non vtãtur; neque quod in corporibus abſolute ſit venenum. Nam & corpora craſſa adhibent iidem, neq; omne craſſum, corpus venenatum eſt, quod nobiſcum fatebuntur omnes, quicunq; ſenſus & rationem habent, & vnquam comederũt, excepto ſolo Neoparacelſo, quem dignum erat paſci ſolis quintis eſſentiis Paracelſiſtarum.

In pharmaceutice Diæta et Chirurgice multa habẽtur integra, eaque innoxia plane.

Id requirit & Bodenſtein, qui nõ tantum ex aliis, ſed & venenoſiſſimis iubet extrahere nutrimẽta, quibus ille veſcatur nobis intactis.

At, inquiet, de medicinis loquor. Verũ inquam viciſſim medicinę pars eſt & Diæta: Hoc ſi neges, non Hippocratico teſtimonio te conuicemus ſolũ, ſed & experiẽtia communi, qua didicerunt etiam plebei multos magnosq; morbos curari abſtinẽtia, quę eſt ciborũ & potus nõ carentia, ſed legitima, parca tamen, vſurpatio, vt cõuenit morbo ſeu affectioni. Sed negabit forte Chymiatros vſurpare corpora craſſa in pharmaceutice. Nõ adducemus alios, ſed ſaltẽ Paracelſi præcepta, & horũ obſeruatores. Vbi de ſpecificis agit Paracelſus, ad ſuffocationẽ matricis cõmendat loco ſpecifici verrucarũ fumũ illi parti immiſſum. Non ſeparat id quod in fumo purum erat ab impuro. At id ſpecificũ agnoſcit. Deinde in ſpecifico anodyno integra miſcet muſcũ, ambram, crocum, ſaltẽ expreſſioni infuſorũ præſcriptorũ. Nec vllum illi arcanum eſt, quod non poſſit ad ſimpliciora redigi,

Interdũ etiam neceſſitas celeris auxilij vel paupertas vel alia cogunt adhibere integra cũ balneis, fomentis & ſimilib. medela fit, lauent ſane in quintis eſſentiis Paracelſici.

Vide lib. de Tartaro &

redigi, & ſubtiliora, quorum reſpectu illud eſt corpus. Dorneſius in collatione veterum & recentiũ medicamentorũ retinet etiam integra quædã, veluti in vomitu ventriculi Toruſculapini, pinguedinẽ vrſi, taxi, cerui, hominis in mẽbris calefaciendis; & adipem humanum etiam in vitiis pectoris non extrahit. In febribus & obſtructionibus ponit ſuam artheticam: in vulneribus, muſcum de capitib. defunctorum; Elleborum tritũ; perſicariam, adipẽ vrſi, &c. Hieronymus Rubeus de deſtillatione ſect. 2. cõmemorat plurima integra, quanquã hic Chymiatros quidẽ ſit; at non multũ curet Paracelſum. Sed operã ludimus in hoc munimẽto. Nullus verus Paracelſi ſectator omnia repudiauit integra. Et ſi obiicere Neoparac. velit, iſta integre nominata quidẽ, at accipi debere eſſata, ad ꝓbationis complementũ ipſum adigem⁹, & tam de Chymicis iudicare nos poſſe quã vel ipſe vel alius eius ſimilis, audacter nobis ſumemus. Vtuntur frequẽter Mercurio præcipitato ſaltẽ. At eo modo extractus nõ eſt; neq; cum aurum additũ eſt. Et ille ſeruus fere non poteſt coerceri. Nam aut totus in igni manet, aut totus effugit; aut totus in aquã abit. Turbitũ Mercurij Dorneſij non fit aliter; nec Mercurius vitæ, &c. Adde quod in multis non craſſa ſed

alios, vbi integris fere pluribus vtitur quam eſſatis conſiderat et laudanum Opiatum.

Vide & Lullium Vlſtadium, Arnoldum, Sauanorolam, Guaineriũ, Texitẽ, &c.

Præcipitatus non extractus eſt, ſed ſaltẽ alteratus.

In multis abiiciuntur subtilia ut spiritus in vitro Antimonij, &c.

subtilia abiiciantur. Nam quod post tot destillationes & diuaporationes fortissimi ignis exurgit, id pro essentia habetur, reliquis subtilibus abiectis. Ita faciunt sales per combustionem, &c. Non ergo crassa repudiant. Negat Paracelsicos vti crassis & feculẽtis veneno plenis. De crassis quidem iam respõdimus. De veneno iam cõtrarium aliquando fieri cõprobemus. Et primo Xenechdon Theophrasti in peste vsurpandũ ex quib. quęso fit rebus? An nõ ex Bufone torrefacto, arsenico, albo & rubeo & reliquis? Hæc autem sumuntur per anatomen tuã effatã non resoluta. Vtuntur ergo venenis Paracelsici. Deinde quid sibi vult axioma illud similia curari similibus, quod Neoparacelso adeo arridet, vt etiam contrarium detestetur? An non si in corpore sit venenum, illud simili veneno pelli debere? Ita.n. si tartarus peccet adhibent tartarũ: salem in corpore abundãtia sua qualitate molestum, sale profligãt, &c. Sed hoc mittimus, cum Cothurni more possit vtriq; applicari pedi, nẽpe ad morbi causam & naturam, quanquam Theophrastus in manuali velit medicamentum simile accõmodari debere, ad similẽ morbi causam: cũ non putet colliquari cõcretiones tartareas & similes, nisi per similiũ essentiam; vt oleo crystalli (quod fit ex eo calcinato,

Paracelsici vtuntur venenis.

Similia an similib. curentur.

Paracelsus medicinã facit similẽ nõ naturæ sed causæ morbi vel morbo.

cinato, resolutoque in menstruum per repetitas calcinationes; menstruum digeritur, destillaturque sæpius; residuum circulatur cum vini spiritu; extrahitur alkali, quod in cella liquescit in humorem) vesicæ calculum soluit &c. Et in eodem libro venenum appellet id, quod morbificam causam iugulat, eius nempe respectu. Sed quid est quod monet idem, non quemuis debere attentare alchymiam, quia sæpe male vsurpetur ab insipidis? An non hoc respicit quid veneni; & arguit, Neoparacelsum non immerito suspectum esse? Si nihil venenati est in chymicis præparationibus, cur essentia arsenici, plumbi, Marcasitarum, & similium vetatur per os dari ab ipsis Chymicis tuis? Vlstadius ait Marsilium reprehẽdisse aurum potabile sui temporis, quandoquidem adhibeant aquas fortes, & Mercurium: a quibus Paracelsus non fuit alienus, qui de quinta essentia scriptum reliquit, difficile esse & fere incredibile ex auro educi quintam essentiam sine corrosiuis. Non tamen inficias it Vlstadius quin Mercurius possit ingredi in aurũ potabile pro leprosis. Quia (inquit) venenum veneno pellendũ est. Ita Guintherius: Aurum, quod Chymici ex aliis metallis & fossilibus arte quadam conficiunt, non modo humano corpori inutile,

Ol. Crystalli

Vide Andernacum & alios.

Paracelsus monet ne quiuis irrepat Chymian.

De auro præcipitato.

Aurum paracelsicum nocẽtissimũ teste Chymico.

sed etiam est nocentissimũ, vt pote veneni particeps. Ex hoc ipso iudicetur tum aurũ vitę vulgatũ, tum illud quod Bodenstein fateť a se vsurpatum in morbo gallico feliciter. Vocat autem auri præcipitatũ, & Diaphoreticũ a Paracelso acceptum. Vide de his Guintherium de medic. vet. & noua comment. 2 Dial. 7 Alias idẽ est aurũ Diaphoreticũ cum auro præcipitato seu vitæ; alias diuersa res, vt quæ Turbitũ minerale & ostrutiũ solet vocari, licet alij aliud habeant Turbitũ. Italus quidã prodidit Aureolo isti fuisse saltẽ duas medicinas, Mercuriũ diligentius sublimatũ, quem Realgar appellauerit, aquã volantẽ, oleum Mercuriale, &c. Et præcipitatũ quẽ nominauerit Colchotar rubrũ &c. De his non persuaseris Vlstadio, quod non sint venenata, sicut nec de aqua Mercuriali & reliquis. Opiũ venenũ esse nemo ignorat. Id integrum ingreditur laudanũ opiatũ. Oleum Tartari Quercetanus metuit per os prębere. Idẽ docet sublimatũ & præcipitatũ ita præparare, vt vix differat a Vulgaribus; Et omnino vt vt pręcipitatũ correxeris, maliciã facile non ponit. In Turbito minerali præparať per calcem terræ pellucidæ & fixæ, Calcinatũ etiam calcũ ex quibus fit capitellum forte, in quo bullit septies Mercurius. An potest venenũ veneno corrigi, vt nulla inde speranda

Duæ medicinæ paracelsi ex sententia cuiusdã Itali.

Turbit minerale.

randa sit noxa? Neoparacelso non potest, quia nec corpus corpore corrigi vult propter venenum. Dicitur autem ista perfecta Mercurij purificatio: quem amplius soluit regali foetido menstruo idē Quercetanus, Neoparacelsō eruditione & experiētia lōge superior. Oleū æris, stanni, & similiū salté ad externa conficiuntur. Quid est, quod non vorentur? Sed sole meridiano clarius est Paracelsicos Chymicos venenatis vti pluribus; Quanquam Neoparacelso aliquid largiri possemus, si dixisset ABVTI. Nos nihil veremur, nec erubescimus profiteri, interdū adhibenda ea esse, quæ alio, quin forent venena. Vsus peritus & circūspectus, artē ab inertia seiungit plus quam præparario Paracelsistarū adeo dubia. Vocat Galenicos Humoristas. Sycophantæ morsus illi negligere didicerunt. Reponit nostris notā ignominiæ. Sed quo argumēto? Promittit paulo post, quanquā nō deerat in paulo præmissis, Sophisma crassitiei & fœculētię, q telū nimis obtusū esse præsentit. Sed expectemus virū. Argumētare.

Galenici venena possunt salubriter vsurpare.

Conuitia in Galenicos.

Qui certissimas habent doses medici
sunt inculpati. Paracelsistæ habēt &c.
Ergo inculpati sunt medici.

Negant propositionem pueri cum assumto. Illa enim elencho κατά τι vacillat, & accidentis: hoc falsum est. Sed cōprobat:

De certitudine dosium paracelsicarum.

Qui

Qui nouit præparationes medicamentorum Chymicas, is certissimus de dosi esse potest.

Paracelsistæ &c. Ergo &c.

Probatur propositio: Quia alia præparatio aliam exhibet dosin. Paracelsici autem præparationes omnes norunt; omnes ergo doses: vt sic vna fidelia dealbemus duos parietes.

Vis firmamenti in hoc est, vt constet, si Paracelsistæ norint omnes præparationes directas ad omnem medicandi scopum certo: quæuis autem habeat adiunctam certam dosin; norint simul omnes doses certissime. Primum nondum nobis persuasit Neoparacelsus, quod præparationes certas norint Paracelsistæ. Hic ergo aqua hæret primum, & principium petitur. Deinde norint præparationes; at non necessarium est etiã dosin nosse, etiam si saltem illud ipsum quod præparatum est spectes. Non dicam quanta errata incidere possint, & dosin illam certam, si non in genere, at saltem particulariter & in specie variare; sed friuolum est istud etiam ex se. Non enim si coquus præparare cibum nouerit, etiam scit quantum inde præbendum sit ægroto. Insuper cum dosis non æstimãda sit ex præparatione medicinæ; sed virtute eius; nec hac sola; sed ægroti morbo, cau-

Paracelsici non norunt præparationes certas & veras.

A præparatione non pendet dosis.

bo, causis, symptomatis, viribus, antecedentibus, comitantibus, tempore, loco & aliis; insani hominis est ex sola medicinæ confectione quantitatem sumendæ præfinire. Patet res etiam exemplo. Esto enim præparata auri essentia mercuriata. Dosis definitur granum vnum. Curandus sit infans papulis infectus; Curandus senex leprosus; Curandus vir lue gallica pollutus; sitque impar robur, & reliqua. Quid tu hic Neoparacelse ex tua præparatione consilij capies? Aliterne pro infante præparabis, aliter pro reliquis; iunioribus, senibus, pueris, puellis? Sed fiat hoc. Sint autem morbi dissimiles; robora inæqualia; quid hic? Cur autem tui Paracelsistæ in quantitate tam dissentiunt, si dosis ex præparatione est certa? An tot habetis præparationes quot capita? Imo hoc pene verissimum est, atque ita totam vestram artem inconstantiæ damnat. Tu vnciatim deuoras arsenicum, & semunciali quantitate bibis vitrioli spiritum indies per totum mensem. Quis Paracelsistarum in sua præparatione hoc ausit? Quo syncerior est ille spiritus; hoc fortiori putatur & minori quantitate, neque fere sine diluto datur. Non etiam ex vna præparatione dosis vna fixa est. Variæ indicationes dosin variant. Hoc autem consonat eorum principio.

Aurum vita.

Paracelsici in quãtitate dissentiunt.

Eodem quoquemodo præparatum non est constãtis doseos.

Quis

Paracelsica mensurantur granulis, licet non paribus semper nec semper illis.

Quis genius te tua præparare tam dissone docuit? Sed hæc differamus. Tandem nec catholicum est, alias præparationes alias doses habere, vel ipsorum Paraeelsistarum testimonio; qui omnia fere etiam diuersissime præparata, granulari, vel guttarum paucarum quantitate sumenda communiter, non neglectis tamen his quæ quantitatem mutant, proponunt; veluti de lapide Philosophorum, de auri præcipitato &c. Essentiam scammonij præscribit Quercetanus dosi scrup. medij. Eadẽ præbet essentiam armeni & lazuli, & cucumeris agrestis, elaterij, & aliorum: Extractum Elleb. dat scrupulo vno, sicut & turpethum & elaterium aliquando &c. At sunt istorum dissentientes præparationes.

Ita de vnius rei quinta natura, ente primo, elemento, Mysterio & reliquis plurimum statuunt Paracelsi asseclæ. Nugatur ergo Neoparacelsus temere, cum ait aliam præparationẽ apud Paracelsicos aliã requirere dosin, nisi id sigillatim explicet. Sed fortassis nos frustra hic laboramus, oleũq; & operã perdimus, quia ille Vulcanius disputator ferre autoritates & mortuã literã nõ potest. Sed nostri discipuli, si id vrserit, quærent, quare dicat Nos, si ipse solus est? Vulcanus enim suus & instrumenta sunt purum passiuũ, vt Theologica phrasi cum olim

olim Theologo differamus, carentq; in rebus Chymicis libero arbitrio. Itaque nec personā sustinent. Sed oppones: Neoparacelsus DEVM, naturā, & Vulcanum cum forcipibus, tigillis, lebetibus, cucurbitis, aludelibus &c. appellauit. Ergo hæ sunt eius auxiliares copię, nec vlla autoritatē nititur. Verum, inquā, priora duo auxilia non sunt illi satis æqua: Et in artibus non de remotis, sed propinquis & propriis causis negotium est. Relinquitur ergo ei Vulcanus. Si ergo illud, Nos, idem sit ac si dixerit. Ego, Ignis, forceps, follis, ligna, trullæ, bacilli & reliqua supellex Vulcania; non minus insaniat, ac si ex quercubus natos Chymicos alios putet. Sequitur.

Paracelsici sunt in medicamentis præparandis dexterrimi & diligentissimi ergo sunt veri medici, laudeq; dignissimi & per consequens calumniose tractantur a Galenicis.

Antecedens probatur a minore: Nulli (inquit) rectius tenent præparationes quā Chymiatri. Deinde additur prosyllogism⁹ huius: Quia Carbones, & lutū non exhorrescūt, fornaces cōstruunt ipsi, coquūt insomnes sine tædio, nullis laborib⁹ parcūt.

Idem argumentum etiam euincere creditur, quod doses norint certissimas. Ita enim subiicit.

Quare

Quare dosis eos minime fugere potest. Huius tamen complexionis mox alia datur ratio. Quia si ipsi præparent, nulli rem committant, de cuius fide dubitandum; soli habeant cognitum quomodo, quo igni & regimine quiduis fiat.

Si in propositionem conieceris omnia: hæc emerget sententia. Qui diligentissime ipsi præparant medicinas, eos nulla dosis fugere potest; iique veri sunt, & laudati medici. Reliqua sunt assumti de Paracelsicis firmamenta. Sed fallit illa propositio Elencho secundum quid, & accidentis, de quo hactenus satis superque. Assumtiones vero pene omnes sunt friuolæ. Nam paracelsicos diligentissime præparare negamus: negamus & dexterrime. Chymici veri, bene præparant quædam. At falsum est Paracelsicos esse veros Chymicos. Reliqua nihil omnino arguunt. Tres autem sunt methodi medendi partes; Pharmaceutice, Diæta & Chirurgia.

Partes methodicæ medicinæ.

Vnaquæq; habet suorum medicamentorum certas præparationes, & ministros; prima seplasiarios; secunda coquos; tertia vnguentarios; quanquam hæc nomina sæpe promiscue vsurpentur, quia triplex istud officium sæpe cadit in vnum. Chymia magis quidem ministrat pharmaceuticæ?

ticæ: attamen interdum etiam a coquo & Chirurgo vſurpatur. Itaque generalibus forte quis eam annumerauerit miniſteriis. Medicus autem vtitur illis inſtrumentis in ſpeciali medicatione, non tamen inſcio ſe, nec inuito comportatis, paratisque. Eſt itaque primarium eius officium per illa bene mederi.

Medici officium.

Comportare, expurgare & reliqua ſatis eſt ſi ſciat, præſcribere, aut etiam monſtrare bene ſuis miniſtris poſſit, indeq; apte iudicare. Non enim ſimul in ſyluas excurrere, legere medicamenta, & adornare poteſt, & Clinicum agere; aut etiam præter praxin, quæ interdũ in magnis Rebus publicis ſatis eſt negotioſa, præſertim vbi multa eſt intemperantia, & cæli varietas, aliquid Theoriæ dare. Itaque ex ſententia aphoriſtica conceſſum ei eſt vti miniſtris. Alioquin eodem argumento concluſeris medicum debere etiam lectulos ſternere, matulas (ſit dicto venia) porrigere, & reliqua etiam indigniora in culina, cella, cubiculo, triclinio &c. obire. Conſequens eſt, vt in aliis, ita & in Chymicis præparationibus medicum vti poſſe miniſtro induſtrio, & fideli; ſicut ſolet hoc diligẽter curari in Rebuspublicis bene conſtitutis, vt non tantum ipſi pharmacopolę ſint artis ſuæ ſcientia inſtructi vna cum

T mini-

ministris, sed & fide iurata reipub. addicti, quanquã vt inter seruos Vulcanios (quorum infidelitas fere iam æquata nubibus est, & in omnibus tabernis proclamatissima) multi sunt nequam; ita nec inter Seplasiarios omnes sunt puri. Si bene fiat res; quid intereſt tuis manibus fiat, an carbonarij ministri? Fiat modo te autore & iudice. Quæ ergo vis conclusionis Neoparacelsicæ est? Nempe consequi ipsos esse sedulos operarios. Nam fornaces cõstruere, est operari; idq; & vitrarij, & figuli, & fabri ferrarij, & Metallici latomi, aliique sæpe præstant ingeniose. Ita cum strenue vigilant, & multas noctes insomnes ducũt; vigiles agunt bonos; idq; sæpe illis commune est cum potoribus, & lixis. Non exhorrescere carbones; decet bonos Carbonarios. Et hoc Caminarij faciunt similiter, & fabri ferrarij. Regere ignem bene & industrie; nullam tribuit aliam dignitatem, quam quæ est communis cum liquatoribus, metallicis excoctoribus, & probatoribus. Vnicuique sua laus est. Itaque & ψεῦσμα physicum committit, cum inquit SOLOS Paracelsicos scire regimina ignis, quæ tamen non ignorant aurifabri & reliqui. Vnde ergo deducta est doseos tam superciliosa noticia? Vnde commendata dignitas illa medica? Nempe ex accidẽte hęc eueni-

Paracelsici a constructione fornacũ boni fiunt fornacarij, si bene id exequuntur.

Non soli Paracelsici sciunt ignem bene regere.

eueniunt. Si astet solũ Medicus, vel ei cuius antehac plurimũ sit spectata industria & fides (fidendum autẽ hominibus etiam Paracelsicis est, cum ipse nõ sufficias ad omnia) rem certo modo & ad certũ finem perficiendã commendet, ita tamen vt ipse peritus & iudicio valens censurã adhibeat ante vsum, nihilominus ac si ipse laborasset, si quid ex preparatione dedosi cognoscitur, id assequitur, & boni medici gloriam non amittit. Si libet Neoparacelso inter carbones, & fumos versari; versetur, & fauillis fuligineq; atratus ægrotos suos visitet, & libros verset; nos nihil prohibebim⁹. Hoc tamen monemus diligenter, vt si remediũ aduersus nigredinẽ adhibere velit; manus & faciẽ non nisi quinta essentia expurget; quia Paracelsici non vtuntur crassis & feculẽtis. Caueat tamen ne chirotecas & velamẽta vetera infuscare potius quã corpus attentet. Nã id foret hominis mollis & delicati, contra Professionẽ Paracelsi, qui eo vsq; ab omni puro separatus erat, vt veste vteretur conspurcatissima necesseq; habuerit singulis mensibus sumere nouã veteri tam fœdata, vt ne gratis quidem eam sibi optauerit eius minister Oporinus. Talis esto & Nouus Paracelsus.

Illã dignitatem laboratoriam medicus acquirere potest, etiamsi non laboret ipse sed saltem sit laboris rector & iudex.

Eluditur sophista stoliditas.

Spurcicies Paracelsica

Arguitur porro.

De Galenicorum scientia & dignitate in Chymicis præparationibus.

Galenici non tenent neq; intelligunt nostras præparationes, neque sunt digni quibus aliquid de his communicetur.

Ergo nos exagitare ob dosin non possunt; atque ita falso traducunt.

Antecedens probatur pluribus tautologiis. Nos præparamus medicamenta, sine vllo adminiculo Galenicorũ: Ergo nos soli scimus præparationes & doses: Item Galenici eas nunquam didicerunt; Ergo non tenent.

Item Galenici foris res intuentur; spagirici intus, idque suo sibi iure vendicant; ergo &c. Item Sanctum non est dandum canibus, & Margaritæ porcis; Ergo Galenici non sunt digni quibus manifestentur Chymica.

Hæc Neoparacelsus, ille in Galenicis scholis factus Magister.

Nostri adolescentes negant antecedẽs, & ad probationes dicunt quod partim fallant Elencho non causæ; partim petitione principij: illud fit in prima, hoc in omnibus sequentibus. Sunt enim nihil nisi mẽdacia. Nam præparet ille sua sine nobis; hoc non est causa nos ignorare Chymicas præparationes. Est etiam Elenchus κατά τι.

Paracelsicus mera mendacia vomit.

Si nescimus, quid is, & quomodo præparet; at non ignoramus veræ Chymiæ artificia;

Galenici aliquius para-

tificia; neque adeo obscurum nobis est quomodo Lullius, Vlstadius, Quercetanus, Andernacus, Dornæus, Dornesius & alij, qui longe meliores Neoparacelso scripta sua vniuerso proposuerunt mundo, & communi donarunt vtilitati, quanquam occultare inuersione ordinis, vocabulis nouis; omissione &c. multa sint conati. Sed non adeo latent, vt non ope χειροτεχνίας & interpretamentis clarissimis eorum, qui apertissime nobis ista tradiderunt, vt Crato ait, & euincit, in lucē producti sint; nec in nostris quoque pharmacopoliis vigeant Chymica; Et quid nobis cum Neoparacelsicis? Vescatur is læteturque suis sordibus; capite mortuo, menstruo & reliquis, solus. Hoc argumento est, ipsum & falsum Paracelsistam esse, & Chymicum adulterinum. Si enim illi, quos prædiximus, Chymici sunt, quorum præparationes nos latent; aut Neoparacelsi quoque non latebunt, aut is non erit Chymicus. At Chymicum se esse remis velisque contendit. Verus ergo cum non sit, falsus erit. Sed satis nobis iam est reposuisse ipsi elenchū. In secunda πίστει negat Galenicos didicisse præparationes. Si de suis intelligit; concesserim aliquid, at non totum.

celsici ignorantes ineptias, non ignorant veram Chymiam.

Nam ad nos missus est eius sal veneris; quem non difficile est ad vnguem imitari;

Sal Veneris & Spiritus Vitrioli Neoparac.

neque est sal cupri, vt vane garrit. Videat ergo quo iudicio suam assertionem comprobet. Gebro iudice quid sit nouerit. In hoc ipso suo opere differit de arsenico, & vitrioli spiritu ita adornatis, vt absq; molestia & noxa fumi facile possint. Eæ res simplicis admodũ sunt operæ, & venenũ arsenici halitu, digestione, ablutione &c. non laboriosis, euanescit quasi anima relicto cadauere terreo fugiente; Spiritus autẽ vitrioli phlegmaticus, ita vt eum commendat, quã vulgaris est noticiæ? Si vero accipit de Chymicis in genere; aut etiã de veris; dicunt nostri pueri quod impudenter mentiatur. An autem non didicerint Chymian nostri, effecta docebunt, quæ requirat in pharmacopoliis: quanquam Matthiolus, Gesnerus, & alij nobis multũ profuerint sua diligentia, & in omni fere dispẽsatorio existant præparationes Chymicæ. Guintherius etiam plus Galenicus quã Paracelsicus tractatũ integrũ nobis communicauit. Reliquos præterimus ob copiã. In tertia tribuit nobis quod rẽ foris intueamur. Vnde ignoremus Chymica. Id autẽ putat se conficere posse per hoc, quod turpiter ignoremus modos præparationum, quod multa celemur, quod nucleũ deprehẽdisse rati, cortices ac siliquas teneamus. Hoc cõprobat vlterius, quia externas caducas atq; momen-

Galenici rectius paracelso didicerunt Chymian, vnde & illum tenebrionem norunt artis iudicio explodere.

Galenicos rem foris intueri.

momẽtaneas rerũ qualitates fallaci gustus vel odoratus iudicio percipientes, protinus autumemus nos abditam & labentem vim rerũ exactissime tenere; cum non tam cito veste se nudet Diana (illa se: meretricula cuius famulas demerentur paracelsistæ) nisi exuatur solerti præparationũ (per ancillas corruptas) artificio &c. Sed quod dicit, nos rẽ foris intueri; si sensualẽ noticiam, a qua dependet intellectualis, intendit, ignoscat nobis quod homines simus. Et est ignoscendi causa; quia potẽtissimus & liberrimus creator noluit nos DEOS esse, quanquã aliquãdo a sua bonitate nos Deos appellet. Si Neoparac. DEVS est; non mirũ, quod noticiã non foris haurit per aures, (quæ sunt instrumentum arcanorum æternitatis accipiendorum) per oculos (quos tamen sibi supra tribuebat) per linguam (quæ tamen in nutritu animali dominatur) per olfactum (quo non raro vnico recreantur lipothymia, apoplexia & aliis periclitantes) per tactum (sine quo vita animalibus non est) sed omnia intus expedita & obuia habet. Nostri Philosophi semper statuerunt, nec aliter hactenus expertus est mundus; natura priora (vt interior essentia & vis) esse nostræ noticię posteriora: Et hæc effecta esse ab illis causis.

Galenici de naturalibus integrius ex sensuali noticia verius indicant.

Ecce vero tibi lapidem hunc Neopara-

Exemplo ostenditur ante artem ex natura integritate esse iudicandū de naturalibus.

celse; Fuscus est, asper, natus in Minera Martis. Quæso redige eum ad essentiam, sine sensu;&oculis clausis reliquisque sensoriis obstructis aut vinctis, dic quid sit; qua vi polleat, & reliqua. Sed & permitto tibi sensuum vsum in præparatione tua,& præparato iudicando. Etiam sic verum responde. Nos interim de toto ad ferrū adhibito oculis nostris & aliis sensibus iudicabimus si attrahit illud, esse Magnetem probum. Non credimus tuo Paracelso, experientia Baptistę Portę, quod ignitus extinctusque in oleo Martis, plus attrahat: neque etiam patimur nobis persuaderi, si corrumpas eum & essentiam, tincturam Magisteria prima entia &c. ex eo facias, quod vllo indicio proditurus sit se Magnetem fuisse. Sed forte tua thesis nō hoc voluit. Negare proposuisti, nos quicquā de vi rerum specifica, vt loquuntur, intelligere, sed iudicare ex barba Philosophum, nec posse Sophisticum Paracelsistarū aurum a vero internoscere quia contenti simus colore. Et sane sunt aliqui tam simplices, vt gustu suo decepti vel cremari se paterentur ni tuus sal, vitriolum ærugine mistum sit, præsertim cum non ignorent in cupri fodinis, atque etiam metallo eiusmodi mineralia inveniri. Tu vero prædicas ex cupro fieri. Persuasimus nos cuidā homini

Falsa opinio paracelsi de magnete.

Galenici recte multa iudicant ex sensui euidētibus, multa vero etiā ratione & sensu ex effectu.

hominiita simplici, vt experiretur artificium in venere infusa aceto, continuo exultauit, confessus se scopũ attigisse, quandquam nos putemus industriam accedere ampliorem. Nisi mea me fallit lingua; idem sapor ei est cum vitriolo & alumine, & ærugine: Nisi oculi: idem color cum ærugine vitriolata. Accessimus Vulcanum tuum, rem comprobauit. Sed & Neptunum consuluimus; non fuit sinister. Et quid causę est, cur non aliquis adhuc simplicior putet te ex ærugine, seu viridi æris essato seu anatomisato istum tuũ fœtum produxisse, & æruginem pro sale veneris venditare. Paracelsus scripsit quosdam æruginem pro quinta essentia posuisse, cũ tantum sit magisterium. Quid si tu hoc magisterium arripuisses? Non prodo omnia examina, nec dum dico quid esse putem, quanquam quiduis esse potius quam salem veneris, qui est tertia pars substantiæ cupri secundum Chymicos, & a Dornesio methodo, colore, consistentia, sapore, &c. longe fit alius. Hoc saltem admonitos velim illos, qui principibus sunt ab epistolis, vt si bonum atramẽtum, quo mandata scribãt, habere velint, ita agant. Capiant salis venerei, quem Neoparacelsus vendit; quantum satis. Affundant aquam calidam; ingestoque puluere Galla-

Sal Veneris quem Gramanus vendit & eximie prædicat.

Sapor salis Venerei.

Aerugo potest pro sale cupri vendi a mendacibus Paracelsicis qui omnia transformant in omnia.

Sal cupri a Veris Chymicis longe alius monstratur, & conficitur.

Sal Gramani vtilis est ad atramẽtum scriptorium faciẽdum, & ex ferro cuprũ.

rum immaturarum ſubtili agitent bene. Intra quadrantem horæ erit bonum atramentum, idq; ſtabile ſi acceſſerit gummi. Videant tamen ne nimio conſtet hoc. Nam in Galenicis pharmacopoliis fortaſſis nūmo ement vulgari, quod apud Neoparacelſum vix ducato. Idem atramentum ferrū colorat ſeu tingit colore veneris, more vitriolatarū aquarū; & ſi infundas vaſi plūbeo vel ſtanneo, corrodit id, ſeu (ſpagirice loqui volebā) calcinat & ceruſſam producit. Quorū ergo ventriculi vel atramento inſcribi debent (ſunt.n. membranei) vel calcinari illi poterūt eſſatę anatomiæ Neoparacelſicæ ſale vti. Bene proficient. Vides ſimplicitatē quorundā. Sed tu non bonus es ſutor, qui ad eundē modulū omnes reuocas pedes. Noſtri medici ſciūt vitrū antimonij aliquod tā furioſe purgare vt nihil ſupra, aliquod omnino nihil. Vnde hoc didicerunt? Num ex cortice nigro? ſi accipis, ego tibi mittā vtriuſq; pulverē. Tu ex vulcania præparatione cōiice vter purget. Ex effectu id primum tui cognouerūt, quid poſſint præſtare præparationes diuerſæ. An nos tam ſtultos credis, quin eodē reſpiciamus? Sed cur tu nobis ſenſus adimis? Nempe vt in phyſico cāpo ſolus regnes, & ne quis dicere poſſit, tuus ſpiritus vitrioli eſt merū phlegma, ſal veneris

Sal Veneris ille calcinat ſtannum.

Vitrum antimonij multiplex.

Non ex præparatione, ſed effectu eſt virium per ſe notitia.

neris est ęrugo soluta & coagulata vicissim cum parte vitrioli O astutū caput. Sed noster argus nō tam cito dormitat, vigilātior est illo fabuloso, potestque tibi callido & fraudulento mercurio in aulis auribusque quorundā suauiter fistulanti in os impingere baculū pastorale, & verberibus bene multatū te abigere. Nos vtimur, & vtemur nostris sensib. vel te inuito, & his ducibus longe melius naturā rimabimur quam tu insensatus cū tuo cęco furiosoq; Vulcano. Scimus. n. ea quæ natura foris seu adiūctis seu effectis exhibet, ꝓdire ab intima causa, & per notitiā horū ad illam peruenimus: Iisdem etiam ducibus impediméta, auxilia, fortuita & alia agnoscimus, neque minus nouimus ad separationes vti Vulcano, balneis, & aliis soluendi mundandique modis, quā tu cum toto Paracelsistarū inepto & stolido grege. Quo iure tu tibi vendicas solers præparationum artificiū, eo nostri vnguentarij & barbi tonsores medicinæ ministri. Vide autem quid olim Deo reposcenti ius commissæ ecclesiæ sis responsurus; quid allaturus pro allotrio episcopia, & ordinis desertione. Quarta *αἰσις* spiritū Neoparacelsi manifestat, quāquam mirati sumus, a tēplo ad carbonariā prolapso homini tantū diuinarū literarū etiamnum restare. Si canes sumus, vide ne tibi

Cur Paracelsicus noüit nos Vti sensuali noticia.

Firma sensus noticia ad naturā intimam.

Paracelsici non digniores Vnguentariis.

Galenici Vocantur canes & porci.

tibi eueniat a nobis, quod risoribus olim a Diogene. Tua sancta nolumus, ne fortassis pro quinta essentia nobis reponas quisquilias, & scybala, & reuera ostendas tum hoc, tum caninis morsibus te illud esse, quod nos vocas. Si placet, audi quæso quid nostri scholastici ex impudentia tua colligāt. Putant enim cum tua sancta sint spurca & immunda, nos canes non vocari posse; sed te potius, vt in quo purū ab impuro nondum sit separatum, quiq; a Deo non sis habitus dignus, vt ad notitiam veram naturæ admittereris. Eadem rabie nos appellas porcos. Deo gratia, qui sumus id quod sumus. Si non insanires, homines agnosceres. Tuam autem κακοζηλίαν merito explodunt pueri. Non sunt tanti tua portenta, vt cum margaritis & sancto contendant. Non sumus digni diuinorum beneficiorum: scimus; & deprecamur culpam fiducia filij DEI. At tu cum tuis eo longius a DEO ad tartara seu antrum inuidiæ conceditis, quo, si prodesse potestis, id facitis minus. Nobis rogantibus DEVS non serpentem pro pisce, vt vos soletis, dedit, nec lapidem pro pane; sed notitiæ sufficiētis ad hanc vitam, quin & ad alteram, Datori Opt. Max. sit gloria, copiam largitus est non vilipendendam. Hoc talento vtemur, & tibi, vbi tuum defoderis

Sancta Paracelsi verius sunt profana.

Inepta abusio & imitatio diuinæ sententiæ.

De indignitate nostra.

Paracelsici vere dant serpentē pro pisce cū aurum vitæ ex hydrargyro temere præbent.

foderis & curam, & rationes non sine terrore reddendas committemus.

Perge vero.

Spagirici naturam herbarum & vim elicere & oculis subiicere possunt. Ergo exactius quam alij tenent remedia morborum vera; Item ab effectu:

Scientia Paracelsica.

Spagirici ope suorum remediorum multos (puta morbos, non homines) præter spem & opinionem radicitus tollunt, qui ab aliis habiti sunt pro incurabilibus.

Tuta sanatio Paracelsicorum.

Item,

Hi tutius sanant qui non nisi essentiis & abditis rerum viribus vtuntur, quam illi qui de his multa dubitatione aguntur, nec quicquam viderunt aut certi tenent.

Spagirici non nisi essentiis, &c.

Ergo tutius sanant, &c.

Plenus est syllogismorum Neaparacelsus. Itaque non immerito inscriptio plaustra argumentorum promittit. Sed primus paralogismus supra confusus & confutatus est. Nemo enim illis hoc credit; nec credere cuiquam licet, cum in illis iudicandis, sensibus derogetur fides. Sunt autem in talibus hominum manus oculatæ. Credunt quod vident.

Falsum est Paracelsistas rerum naturam elicere ad videndum.

Si sanat Paracelsici, nō est consequens id fieri medice.

Ad secundum paralogismum respōdemus quod Hippocrates supra: Nempe etiam illum sanari posse, qui in sanationem fortuito, vel sine medico inciderit. Item quod Bruno Seidelius; qui ait multa quidem a Paracelsicis iactari, sed nullo nisi ipsis autoribus. Itaque effecerint sane stupenda; nobis ex effectu illo solo, multo minus medici erunt, quam grex antichristi vera Ecclesia ex mendacibus signis, & quia dicunt Domine, Domine, &c. Videtur autem ipse Neoparacelsus suas curas fortunæ prostituere, quia non indicat quam scienter curauerit; dicitque præter SPEM, sanatos morbos. Spes hoc modo vsurpata, solet excludere & scientiã, eiusque defectum arguere & fiduciam. Videat ergo an forte sanauerit. Dum ait: Qui ab aliis pro incurabilibus habiti sunt, sibi suisque mirifice placet; & Bodensteinium aliosque ad viuum exprimit, qui versiculum Ouidianum mutarunt, dicentes:

Paracelsici suarū laudum praecones, licet aliquando & plebem adnocent. Medici artificis iudicium fugiunt canapeius & angue.

Tollere nodosam didicit medicina podagram; pro NESCIT.

Incurabile aequiuocum.

Sed istud, incurabile haberi, multis nominibus æquiuocum est, de quo Brunonis Seidelij liber in studiosorũ manib. debet esse. Cogimur sæpe de morbis pronũciare, quod sint incurabiles, ob defectum medicinarũ, paupertatē, incontinentiam

 ægroti,

ægroti, vetuſtatem, contumaciam & impatiētiam cum aliis. Non ignoramus magnam vim habere Chymica, prçſertim mineralia in talibus; Sed operari per ea non admittimur ab ægrotis & circumſtantib. idq; vitio Paracelſiſtarum, qui adhuc paſſim vagātur, & peſſime tractant çgros. Poteſt fortaſſis Neoparacelſus de ſe certior eſſe: Sed ne defendat alios, quos nondū fide comperta excoxit, & ad purum redegit. Finge iam a nobis incurabilem morbū iudicatum, quia a nobis propoſita remedia reſpuuntur: veniat Neoparacelſicus, & vno atque altero exemplo ficto confirmet ſuam medicinam profuiſſe: ſtatim ei credetur, & a ſumta, cū augeat vim noua ſpes concepta & fiducia, cōualeſcet miraculo.

Chymica vera magnam vim habent in morbis aliquib. bene adhibita.

Fiducia medicinam ad iuuat.

Si nos eandem porrexiſſemus, laterem lauiſſemus. Quia enim conſueto more operamur, & fere quotidie ob oculos obuerſamur, putant nos nihil niſi exoleta & raucida medicamēta habere, ſicut nouim⁹ quendam, etiam inter primos, qui omnia potius credit, quā pharmacopolā habere bona aromata, quib. tamen cenſendis non raro interfuit ipſe. Contra alius nihil niſi a matre Euandri petita deſiderat, clamatque ſe nolle Italicis medicinis (intelligit autem minerales & artificioſe paratas alias) ſanari. Quicquid vſurpatur, id prius

Omne rarū carum, vileſcit quotidianum.

Peruerſi mores hominū.

prius offerendum est vel illi censori, vel cuidam vetulæ. Hæc experimur quotidie. Diabolus enim ordinariis medicis plus aduersatur, quam falsariis & circumforaneis, vt omnem bonum ordinem DEI, quantum in se est, perturbet, aut ignominiose accipiat. Tertius paralogismus propositionem habet falsam vna cum assumto. Non nisi essentiis & abditis rerum viribus vti; non efficit tutam sanationem. Quid enim si emaciatus, & famelicus viator medelam desideraret; quid porrigeres illi? Nempe capi essentiam. At recreari facilius meliusque poterat sumtu & opere minore. Mihi ita affecto bis olim panis porrectus perfectam attulit curam. Sed & si quis in balneo ab æstu dissolutus deficiat; tunc citius ad Vulcaniam officinam, quam ad frigidam seu auram seu aquã accurras? Si magna sit exinanitio facta, tunc tuto sanares infundendo parcissime, & non nisi guttatim instillando essentias? Non raro manifestarum qualitatum iniuria nos perturbat. His opponimus manifestam simpliciter, & frigus repellimus calore; calorem frigore, siccitatem humore, & contra, idque optimo cum successu si id fiat ex arte. Abditæ essentiæ & vires a nostris etiam desiderantur. Sed eæ opponuntur fere occultis, quæ tertiis qualitatibus,

Tuta sanatio non in essentiis prændendis.

Essentiæ dictæ non repudiantur a Galenicis, sed suo habentur loco.

tibus, vt vocantur, vel tota substantia nos immutant læduntque. Sed quid multis? Neoparacelsum & coqui & vnguentarij seu chirurgi promptissime refutabũt. Tuto is sanat, qui prudenter adhibet medicinas, & sine iactura virium aut noua læsione percurat morbum; quanquam vsurpet interdum amariora. Non enim in faucib. & palato est iucunditas, sed in amolitione periculi cum minima molestia, licet & gustui & oculis non raro consulamus, si qui deprehenduntur delicati; vt nostræ officinæ testantur. Interdum tamen sanationes occurrunt minus tutæ; vt in acutis, & extremis, vbi sæpe minore damno redimendum est maius.

Tuto sanãt.

Iucunda cura non in faucibus.

Non omnis cura sine periculo.

Sed ad assumtum. Falsum id esse supra ostendimus: cum ne Paracelsistæ quidem vtantur essentiis meris, & viribus abditis. Et quomodo audet Neoparacelsus istud scribere, cum sal veneris, quem ipse a se confectum propinat, & crassum quid corpulentumque sit, & mordaciter infestet, quin & astringat linguã & fauces, & nihil nisi vitriolum cum ærugine sapiat? Eæne vires sunt abditæ? An vero nulla vis curatiua in illis manifestis inest? Dicat etiam nobis, Natura ipsa dum cibum conficit, an non imitetur Spagirium? Imo, inquiet, imitatur Spagirus ipsam multo solertius

Sal Veneris non est iucũda medicina absque corrigente, nec abditas solum habet vires.

Natura Spagiro solertior.

perfectiusq; agentē vllo artifice vulcanio. Quid ergo reiicit illa postquam essentiam exuxit? Feces, inquiet, & impurū separatū a puro. At inquā Paracelsus a quibusdā dicitur omnia purgādi (nisi mercurius præcipitatus ad eam formā redactus fuit) miracula solo muris stercore in pilulas redacto, præstitisse. Num tūc vsus fuit essentia sola? Adde etiam hoc. Ex qua re salē capitis mortui faciunt Paracelsici? An non ex fecibus, a quibus purum extractum fuit? Cumque idem sit sal ARTIS (Spagiricæ) I nunc, & prætende Paracelsistas non nisi essentiis vti, & abditis viribus. Quid autem si tibi vrinas obiicerem, ex quib. cum eas natura separauerit, tanquā feces & impurum a puro, extracta essentia, & intus seruata, vos tanta miracula vestra censura elicitis, quanta vel in omni pharmacopoeia vix inueniuntur? Quid si Paracelsus ex stercore vaccino seu bubulo moschum prolicit? Quid tibi videtur de albo Græco? Scilicet hæ sunt res illæ, quæ sapiunt palato Paracelsistarum: attamen dicunt se abstrusis vti viribus, & non nisi essentiis. Nolo iam loqui de aliis. Quercetanus axioma Chymicum habet; quod omnium medicamentorū vis augeat per feces proprias depuratas. Non itaq; essentiæ illę solæ sunt tam mirificæ. Nec iuuabitur, si dicet

Muscerda Paracelsicū remedium.

Ex fecibus fiunt sales.

Vrina Paracelsicis præbet arcana, &c.

Feces depuratæ augent vim essentiarum Chymicarum.

cet multas essentias esse rei vni. Et naturã extraxisse essentiam nutritiuã, relicta medica. Si hoc verum est, quod ipsi extrahũt ex sale petræ & vitriolo, dum aquas fortes faciunt? Cur dicunt se feces abiicere; aut quo iudicio apparet destillato vino vtrum extraxerint essentiam nutritiuã aut medicatiuam? E melle quid eliciunt? Scilicet medicatiuã. Adeo enim corrodit illud destillatum, vt etiã aurũ potabile per id fiat. In fecibus ergo restabit nutritiua. Sed his nutriatur Neoparacelsus, non ego. Prædicant Paracelsici, mercurialem substantiã saltem esse nutritiuam, sulphuream abire per secessum; salsam per lotium. Sed de hoc mox. Si etiam nutritiua essentia e cibis per naturam separata est, nullũ animal nutrietur porro excrementis. At porcis grata fiunt edulia ex pilulis equinis, & ficubus rusticis. Verũ expectemus, quid ipse Neoparacelsus pro se sit allaturus. Vertet se fortassis in mercurij essentiam, & omnes sensus torpore afficiet peius torpedine marina; aut lubricitate anguillari redacta in puram essentiam euadet, accusans naturam inertiæ, quod non omne purum separauerit; sed reliquerit salem, vt Spagirus oscitanter operatus. Sed tunc vna eademque olla & aludele sublimabimus & per descensum postea agemus,

Mercurialis pars nutritiua.

cum natura artificialem coquum, præsertim autem molitorē qui supra dicebatur Spagirian venerari. Esse autē inutile κρῆς φύγλον si dicāt naturam extraxisse sulphur & mercurium relicto sale; patet hinc quod debeat omnib. nutriri corpus. Spagirice enim ex omnibus constat. Et ille sal in aquam oleū aliaq; vicissim potest transmutari: & ex fecibus cum ipso sulphur elici. Et si perrexeris laborando etiam omnia possis in essentiam mutare. Hoc enim norunt, qui Chymiæ incumbunt quod repetitis operib. tandem cuncta depurentur. Nam natura cuiusq; rei per se nihil habet extranei in similaribus. Omnium partium misti eadem substantia est, eademque virtus. Hoc præstat Chymia vt subtilia a crassis expediat, & vim potiorem in pauca contrahat. Crassa nihilominus suum vsum habēt, possuntq; & ipsa ad purū deduci, ita vt nihil sit temerarie ad misturam naturalē admissum. Vnde non absque ratione etiam integris sæpe vtimur abiectis iis quæ extranea sunt misto.

Commentū inane est de sola ex mercurio nutritione.

Omnis rei substantia depurata tādem Chymica fit essentia absque fecibus.

Attendite vero ex media Spagiria, altissimisq; Paracelsice scientiæ fontibus enatum & productum syllogismum.

Paracelsici an adhibeāt destruentia naturam.

Spargiri naturæ dant similia, & quo in loco illa passa est iacturam; eo studiose nituntur resarcire eam medicamen-

camentis loci affecti, referentibus naturam & anatomiam.

Qua ratione ergo exhibeant destruentia naturam?

Antecedens illustratur: Norunt scilicet naturam natura lætari: & filio poscenti panem, non dandum esse lapidem, &c. Et per consequens ex opposito: tritum pseudomedicorũ axioma de contrariis curandis per contraria improbant & detestantur. Illustratur & hoc testimonio Hippocratis in lib. de locis in homine, &c.

Antecedens ex opinione quadam praua dimanat. Audiuerunt Paracelsici hominẽ a veteribus philosophis appellatũ microcosmum. Inde coniecerunt, quot mẽbra in homine sunt, tot esse in vniuerso externo mundo essentias, non quidẽ easdem omnino dispositionib. accidentariis, familiaritate tamen substantiæ nõ dissentientes. Itaq; in cœlo mineralib. vegetalibus & animalibus cor, epar, pulmonem, cerebrũ, renes, & reliqua collocarunt, a quib. sumtæ essentiæ, quęuis sua membra in homine non tantum in suo statu conseruarent, sed & a morbis liberarent. Hinc natum axioma est, simile curaui simili, cor corde, epar epate, &c. Hoc ipsum a Neoparacelso appellatur medicamentum, quod refert na-

Analogia megalocosmi & microcosmi causa est somnij Paracelsici.

turam &anatomiam, quandoquidē quæ localis anatomia medicorū ostēditin homine, ea materialis in Spagiria. Ex nullo aūt alio fonte exorta illa assignatio singulariū medicinarū ad singulas partes corporis est, quā ex obseruatione effectuū, licet Paracelsus etiā characteres externos attēderit. Vnde quę corpus vniuersum recrearunt, ea sunt illa arcana, quę spiritui & balsamo naturæ respondere dicūtur, & potissimum cor iuuare. Hæc vniuersalia putātur, & omnib. morbis opponūtur, vt lapis philosophorū, quinta essentia vini & reliqua. Quæ cerebrū confortant, hui⁹ nomine vocantur, vt argēti tinctura, nucis, moschatę, rorismarini, &c. essentia. Ita de reliquis. Iam nostri cōsentiunt, si de nutrimēto ad conseruandū corpus, & robore viriū disputes per se & proprie, fieri auxiliū per similia, seu familiaria naturę. Si vero morbum, causam & quæcunq; pręter naturam molestant corpus respicias; constanter affirmant omnē opem, quę non est accidentaria, nec per intermedia plura peragitur, fieri per contrariū, siue materia sumatē ex diæta, siue ex pharmaceutice, siue chirurgice. Intelligūt autē per contrariū morbo, modo materiā cū virtute veluti cum exiccatam partē curant re humida, & febricitanti porrigunt aquā rosaceā & alia: modo acci-

Effectus ostendit familiaritatē rerum externarū cū corpore humano.

Nutritio simile simili iuuat.

Morbus curatur cōtrario.

Nota dubiā locutionem.

Quidam curari partēlaborantē dicūt eo quod ipsi secundū naturam erat. Quidā morbū cu-

accipiunt totam in contrariũ operationẽ, adeo vt medici opus sit morbo contrariũ operari vsq; ad conformationem naturæ. Quia.n. omnis morbus præter naturã est: naturalia autẽ omnia secundũ naturam: quæ duo aduersantur sibi mutuo, si medici officium est tueri naturalia, eaq; labefactata morbis, restituere: aduersabit morbo quib. potest viribus, atq; ita præternaturale mutabit naturali. Est aũt hoc medici propriũ, vt qui nõ nutritionis gratia datus est; sed salutis a morbis defendẽdę. Cũ ergo simile dicitur iuuari simili, & restitui, id proprium medici non est, sed ei cõmune cum nutricibus. Cum vero contrarium pelli contrario, id medici est operãtis pro natura contra morbum. Hæc adeo vera sunt, vt & Paracelsici fateantur. Dicunt enim plerunq; essatas suas medicinas partibus familiares obsistere hosti naturæ, & fugare morbum ex suo membro. Mira ergo est Neoparacelsi nausea dum pro sua insolentia detestatur illam regulam. Nos cum illis loqui eo sensu de similibus non puderet, nisi experientia cum ratione euinceret; id non esse catholicum: imo etiam illam attributionem essentiarum ad certa mẽbra vix in vno atq; altero esse certam notam: tutamq; cum constet omnia ferme quæ ingerunt, in ventriculũ agere,

varieo quod est præsenti partis constitutioni contrarium. Inde solent misceri interdum temeraria liter.

Familiaritas illa quæsita plurimum fallit.

& viciſſim ab eo pati; ſi non ſine ventriculi naturali, at alio id quod fieri niſi inter determinata & ſimilia quodam modo nõ poteſt. Ipſæ etiam cantharides lædẽtes peculiariter veſicam, cerebro vix parcunt, pro modo tamen patientis. Nam is actus in ventriculo non eſt, qui in veſica, vt nec hęmodia ab acidis, in alio quam in dentib. Et poteſt fieri vt vna pars lædat illæſa altera, etiã indeterminate ratione medicę ſcientiæ. Ita cum morbus deprehenditur aliquo gradu inſultare naturæ; quanquã adhibere vellemus naturã per ſe, & proprietate ſubſtantiali iuuans: ꝓhibemur tamẽ, tum quia morbus nõ raro manifeſtis qualitatib. peccat; nõ raro quantitate & aliis, tum quia tantũ vltra naturã extendendus eſt remedij gradus, quãtus ſufficit ad exuperandũ hoſtem. At eo modo ſi ſimul porrigeres medicinã; læderes eam, id ꝙ nõ raro etiam Paracelſicis vſu venit, dum ſuas fortiſſimas porrigunt eſſentias, & naturæ ſpiritus diſſipant, caloremve extingũt aut debilitant, alia corrodunt, alia pręcipitant & acria reddũt, &c. Quod ſi nolit credere Neoparacelſus, iuſſerim in ſeipſo ſuam æruginẽ experiri loco cibi. Viderit & ſenſerit quam ſit familiaris ad conſeruandã naturam. Hæc pluribus expoſui, vt ſtudioſi deprehenderent iudicij fundamenta.

Paracelſicæ eſſentiæ non tam ſunt naturæ familiares, quin interdũ ſumme eam lædant.

Dicimus

Dicimus ergo ad antecedens quod falſum partim ſit; partim dubium. Spagiros dare naturæ ſimilia reſpectu ciborum, & confortantium crediderim: Natura enim partis abſq; hoſtis ratione iuuatur: reſpectu alterantium & purgantium, quæque alia morbos fugant; & hoſtis ratione dantur vt per ſe profligetur, non item. Experiantur autē in auro potabili; & inde pingueſcant; ſi libet. Et tunc credemus familiaritatem. Edant autem bibantue ſolum.

Quod dicuntur NITI reſarcire; crediderim. Multa enim conantur irrito effectu. De medicamentis loci affecti per anatomiam effatam, fabula narratur; vt ſupra patuit. Hinc ergo complexio illa mirifica quæ eo geſtu pronunciatur; quaſi impoſſibile ſit Paracelſiſtas naturam deſtruere; in fumum Chymicum reſoluitur, & euaneſcit. Illuſtratio antecedentis nihil comprobat. Etiam nos nouimus ſimile gaudere ſimili: Sed non ſemper id licet digito oſtendere, vt effati Chymici. Vino lætatur ſitiens; at non raro læditur deſtruiturque, natura, ſiue id integrum accipias, ſiue ad eſſentiam redactum. Confuſe & in genere ſcimus omnem fœminam parere: ſingulariter non item vndiquaqe. Eſt autem illud dictum de natura lætante natura ex vete-

Simile ſimili gaudere axiomate dicitur, at ſingulariter nō ſemper oſtēditur.

Natura lætatur natura.

rum aurificũ præsertim Democriti commentis, & multum in ore est χρυσοποιοῖς Paracelsicis; at nondum inuenerunt omnes, quæ sit illa natura, quæ gaudeat naturæ; eam conseruet, amplificet, generet. Si tam peritus est Neoparacelsus in effata anatomia, expediat nobis illam artem, & specimen edat. Illa natura & anatomia effata male defendit Kellæum, Marbisium, & alios pene innumeros. Credo & hoc quod præsertim Neoparacelsus olim Theologus, nouerit pro pane nõ dandũ lapidem filiis. At ipse æruginem & vitriolum dat pro sale. Protestatio est facto contraria, inquiunt iureconsulti. Ego mihi illã familiaritatem salis paracelsici nõ optẽ. Dicunt Paracelsici in cupro esse epar effatum. Eo ergo vtũtur in hydrope, & omnibus epatis vitiis. At si est cũ eo familiaritas; a vẽtriculo & omnibus aliis differẽtiet, sicut essentia cupri ab essentia Mercurij, auri, argenti, aceti, &c. Væ ergo meo ventriculo antequã ad epar penetret. Nec potest dicere, quod aliis partibus nõ noceat, quia & reliquæ nõ noceant epati. At inquã illę regũtur vno principio omnibus cõmuni, suntq; internæ naturæ. Si sal ille ad naturã vniuersam hominis prius fuerit adductus, tũc credã quod & propria natura iuuet epar, & nihil noceat reliquis. Illud autem non fit in officina Vulcania,

Multi Paracelsi nomen vsurpant, cum suo quodam experimento sciũt aquouismodo facere vitrũ antimonij.

In arte aurea nullus est paracelsic.

Cuprum dicitur epati consentire.

De hoc etiã infra.

cania, aut vitreis testis, spiritu vitrioli vel aliis. Sed per modum naturæ in organis naturalibus, iisq; communibus. Quicquid enim extra corpus est; id illi extraneum est & dissimile. Nec potest simile fieri, nisi ab ipsa natura communi immutatum informatumque, siue sint præcocti cibi, siue medicamenta, siue alia. Sed os meum, & cum dentibus palatum senserunt illud iuuamen horrido sapore & constrictione adeo molestũ, vt non credam vllum ventriculum semel saltem id expertũ, tanquã simile suæ substantiæ amplius expetere. Vinum & panis fuerunt gratiora. Eat ergo iam & ventriculo, seu epati famelico obiiciat elementum cupri, quia simile conseruatur simili; natura gaudet natura &c. Dum Hippocratem citat, memor est sui Vulcani & forcipum; scilicet. Fortassis putauit Galenicos esse tam pigros, vt locũ Hippocratis tum istum tum alios non sint inspecturi: atq; ita autoritate perculsos herbam porrecturi. Ita ait Hippocr. Medicina & nunc & statim non idem facit; & ad eundem contraria facit; & hæc etiam contraria sibi ipsis (hæc de medicamenti materia contra Neoparacelsum, quæ non in omnibus eundem habet effectũ, in vno purgat, in altero non; sed & quẽ prius purgauit; eũ postea sæpe non adoritur

Cõformitas cum natura non potest fieri nisi per ipsam naturam agentẽ.

Sal Gramani horridus est & natura tam aduersus quã Vitrialũ & erugo.

Locus Hippocratis deprauatus.

tur) paulo infra autem contrarium effe-ctum afferibit etiam pituitosis materiis & tumefacientibus: Item attenuantibus, ſub-iecto tali axiomate:

Contraria contrariis remedia.

ἑκατέρῳ δ᾽ ἐστὶ φάρμακον τὰ ὑπεναντία τῷ ὑπεναντίῳ. Cur hoc omittis?

Iterũ paulo poſt de doloribus: ὑγιαίνονταί τε αἱ ὀδύναι τοῖσιν ὑπεναντίοισιν, ὅτ᾽ ἴδιον ἑκάστῳ νοσήματί ἐστι. Quando vero ad iſtud tuũ peruenit, ita loquitur: διὰ τὰ ὅμοια νοῦσος γίνεται. (Hoc non attenderat Neoparacelſus, cui impoſſibile eſt ſimilia gignere morbos) καὶ διὰ τὰ ὅμοια προσφερόμενα ἐκ νοσεύντων ὑγιαίνονται. Hoc quomodo ſit accipiendum; declarat exemplo, eius quod facit Stranguriam; Etidem eandem tollit: quaſi dicat; Stranguriam facere poteſt halicacabus; propterea quod inuentos in corpore bilioſos humores ad renes perducat; ſed eoſdem etiam tollit, per veſicam educendo; & ex conſequente morbum ſeu paſſionem illam auferendo perinde vt quædam Thermæ ſcabiem faciunt, ac tollunt. Hoc eſt Hippocrati curare per ſimilia, ſeu potius per eadem, per quæ factus erat morbus. Idem repetit paulo poſt, cum inquit:

De ſimilibus Hipp. contra Paracelſiſtas. Simile Hippocrati eſt eadem res faciens morbum & curans.

Ita alia quidem contrariis curare oportet, qualia tandem ſint, & a qua cauſa fiant; alia vero ſimilibus, qualia tandem ſint & a qua cauſa fiant; quaſi dicat; euenit alicui noxa

Alia contrariis alia ſimilibus curari,

a vino

a vino; ea curari debet aqua interdum. Contra fieri poteſt, vt & vino alio curetur; ſed ea curatio non fit qua ſimile vinum eſt; Sed qua operatione ſua morbum, aut eius cauſam tollit; veluti cum copia cruditatē induxit; eam leuat parcior vſus interdum, vtpote calore ſuo frigus inductum leuans. Hoc Hippocrati eſt cura per ſimilia, cum eadem res & facit & tollit morbum. Quæ vero tui axiomatis ſententia? Viſne morbum a cupri eſſentia factum cupro curari? Nullo modo. Te enim iudice cupri eſſentia morbum facere non poteſt, quia eſt eſſatæ anatomiæ membrum. Nec paracelſus idem ſentit, quanquā velit a ſale morbum per ſalem ſanari. Sumit enim non ſalem medicinæ, ſimilem ſali morbifico, ſed hoſtem & inimicum; ſimilem vero membro moleſtato. Tam ergo tibi conuenit cum Hippocratica ſententia, quam nigro cū albo. Et nō immerito. Didiceras biblia & poſtillas exponere ruſticis tuis; quæ intemperies te Hippocrati immiſit? Vt autem ſcias quænam ſit huius principis ſententia; conſidera quæ ſcripta ſunt in libro de flatibus vbi inquit; Si quis cauſas corporis affecti probe cognouit; potens eſſe queat, afferre his quæ ſunt in corpore, conducentia (ξυμφέροντα quæ petat) ἐκ τῶν ἐναντίων, ἐπιστάμενος τά νοσήματα: Vide & ſe-

Paracelſici peruerſa explicatio.

Paracelſus ſalem morbificæ cauſæ genere quidem conſentientem ſumit, ſpecie vero diſſentientem.

Alia loca Hipp. oppoſita Paracelſicæ ſententiæ.

& ſequentia in quibus famem cibo pellit; ſitim potu; repletionē vacuatione, laborē quiete; Et vt breuiter dicat ἐναντία ἐναντίων ἰήματα Ita 2 aph. 22 ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νοσήματα γένηται κένωσις ἰῆται. καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσιος, πλησμονὴ; καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις. Ita 6 de popularibus Sect. 5 Quomodo tibi placet Hippocrates? Si potes hunc cenſorem ferre, abſque irritato & immiſſo in eum Vulcano tuo; quid hæſitas, quin manibus pedibusque damnata priore ſententia in hanc diſcedas? Vexauit autē medicinam etiam ante Paracelſum, eiuſdem axiomatis nomine Ammonius commentatus in quinque voces Porphyrij, ſed adeo neminem commouit ex veris medicis, vt etiam magis ſint confirmati. Mons peſſuli quidam Danus Thematibus conſcriptis publice contra idem diſputauit. Sed problematica inquiſitio artis axiomatis nil derogat.

Ammonius.

De doſibus Paracelſicis.

Sequitur prolepſis Neoparacelſica de doſium exiguitate cum viribus maximis, quæ res aliquibus ſuſpectam reddiderat Paracelſiſtarum medicinam, adeo vt putarint venena per eam dari.

Venena.

Ita enim venena definita ſunt ex Galeni ſententia, quod etiam minima quantitate ſint deleteria per ſe, quanquā effectus non ſequeretur ſemper. Neoparacelſus opponit

nit elenchum non sequentis,& non causæ. Ait enim paruitatem doseos potius gratã esse naturæ,quam aduersam;Natura enim paucis contenta est:copiã respuit. Additur etiam causa nõ vsurpatæ copiæ; non quod ipsi non possent lagenas domiciliorũ proferre;sed quod ægri nauseent, & conquerantur. Commendat etiam prudentiã Paracelsistarũ,quæ non semper intentissime agentia, nec vbiq; adhibeat; sed varietate pro naturę& morbi ratione agat,opponẽs extrema extremis &c. Sed attendendũ est, medicos nostros non reprehẽdere quantitatẽ doseos materialẽ; sed in hac vires excedentes indicationẽ præsentẽ. Norunt enim bene agi,si parua dosi multũ pręstetur salutis,nihil aut minimũ noxæ. Et qui initio Paracelsum sunt secuti, adeo circumspecti non fuerunt, vt hic Neoparacelsus fingit. Notæ sunt querelę de antimonio & aliis. Ipse noui æditũ, qui sibi arrogabat Paracelsi scientiam, dans de suo antimonio grana aliquot Pastori suo, quem mox spasmus ferme totum contrahebat, & extinxisset nisi ex Galenico pharmacopolio remediũ mature fuisset adhibitũ. Pari audacia Spiritũ vitrioli suspectũ reddiderũt. Nostro tẽpore, cũ ad Galenicos peruenit vera p̃paratio,&experiẽtia cũ vsu legitimo; miñ' est querelarũ. Maioris cautelæ gratia dili-

An paruitas dosios grata natura.

Quantitas materialis non culpatur si satis sit ad effectũ.

Conuulsio ex 4 granis antimonij.

diligenter monere solemus, quod & Norimbergę factum, ne quiuis vtatur turbit minerali; auro diaphoretico, seu vitæ, & similibus. Nobilia enim medicamenta gladius & ignis sunt in manu stultorum. Hoc ergo Neoparacelsum non multū debebat solicitare, nisi cōscius fuisset facti cōtrarij. Paucis natura contenta est inquit: Bene: si quantū & vires simul metiaris naturæ modulo, ita vt singularia vna censeas. Quod paruū mole est; magnū viribus; etiā naturæ molestū est. Respuit ergo hoc æq; ac illud. Ne tamen tibi veniat æger, qui non nisi sero lactis velit curari; aut oleo aluum duci. Vide etiam ne tuæ istæ paruæ doses nihilominus diluendæ sint, vt etiam mole sat magnæ euadant. Quid enim profeceris, si quis drachmam spiritus vitrioli per se nequeat sumere, & cogatur eam diluere cum aquæ libra vna atque altera? Asserit autem Quercetanus illum per se non dari, nisi quis noxam velit inferre. Salem tuum quis per se deglutierit, vt non laceret fauces? an non commiscendus liquori, vel alteri rei ampliori est? Videte Paracelsici ne quam gloriam ex paruis dosibus quæritis, eam amittatis, quanquā Amvvaldus hanc valde labefactauit panaceæ suæ exhibitione. Quod de lagenis adducis; bene tibi competit, Es enim impuritatum plenissimus.

Quantitas remediorū ad vires & morbum.

In insula Florida dicuntur non nisi magnis haustibus curari.

Paruæ doses paracelsicorum diluto fiunt maxima.

Lagena impuritatum.

mus. Nauſeant ægri copiam. Quid tum poſtea? At non nauſeant immania vini pocula, Imo nec aquas, quas ex vaſtis cantharis non conſulto medico ſæpe in ipſo morbo bibunt amyſtim. Copia per ſe moleſta non eſt. Multos reperias, quibus nec parua nec magna doſis ſapiat; Imo mentione vel phantaſia medicinæ commoueantur. Ideone vituperanda ſit ſcientia? Sunt & nobis doſes paruæ. Porrigimus: conqueruntur de acredine, de feruore, & neſcio quibus aliis. Inuoluimus ſacharo; Dicunt ſe nauſeare trageas, rotulas, & ſimilia. Præbemus ex vino abſinthite; vix ſemel placet. Damus inſipidos pulueres: contrahunt frontem ad ſiccitatem terreã. Et cui quæſo ſatisfacias? Inuenimus artificium purgandi per vnguenta externa; per odorata; manu contentæ & alia; Imo nudam aquam, quæ nullam reſipit medicinã adoramus. Mane bibere non poſſunt. Facimus Spiritus vitæ, aquas benedictas & alia. Vix placemus. Omnino quodcunque nomine medicamenti offers, ſolo hoc fit inuidioſum, & ingratum apud plurimos. Apparet Neoparacelſum non conflictatũ eſſe cum eiuſmodi ægrotis. Cum poſtulabitur vt verbis, nutu, halitu tactuque curet, vel etiam viſu, ſeu imaginatione Paracelſica; tunc animaduertet argumentum

Nauſea ex copia.

Non copiam ſed aliquid coniunctum ei nauſeant.

Vix vllus medicus non ſeabundis quibuſdam ægris ſatisfaciat.

Vnica via eſt nihil dare & tamen ſanare.

Delectus paracelsicus. ab ægrorum nausea & querimoniis; parui esse momenti. Paracelsistas non vbique adhibere intensissimæ actionis remedia; sed varietate & copia delectum obseruare pro naturæ & morbi ratione; difficilimum est creditu. *Contradictio.* In superioribus doses ex morbo & natura non petebãtur; sed ex præparatione & anatomia essata. Pœnituit autorem dicti. Si etiam verum est, quod addit, se extremis extrema adhibere; qua fiducia bis scripsit, *Temeritas paracelsici.* SE VALIDISSIMA SVA QVAEQVE MEDICAMENTA suo more præparata tripla proportione sine omni correctura sumturum? Finge hydropicum, vel resolutũ extreme laborantẽ: Sit autẽ vulgaris dosis salis tui venerei grana duo vel tria; summa & extrema sit granorum sex: Tu ergo octodecim vorares? Ita in vitro antimonij vulgata dosis est granorum 4. Esto summa seu extrema gr. vij vel octo. Ebibe grana 24: & tunc quid tecum actum fuerit, narra, Ita Spiritus vitrioli correcti, vt Norimbergæ præparatur, dosis est drachma vna sat grandis. *Contradictio.* Finge hanc summam esse. Tu bibe nouem sine vlla correctura, & vim experire. Sed ex hac confidentia apparet Neoparacelsum falsarium Chymicum esse, & sibi simul aduersari. Si tantum vorare cupit vna vice, quomodo verum erit, in minima quantitate

seu exigua dosi, esse valorem maximum
quod vbique prædicant Paracelsici, & ex-
periuntur alij? Ita & Andernacus & dicit
& præscribit. Ait ille quidem de oleo vi-
trioli dulci, quod suauiter afficiat lin-
guam sine acredine; cum sit tanquam aer
ab igni separatus: at non præbet nisi gut-
tatim, sicut & suum cordus. Falsas ergo &
minime Chymicas illius præparationes
esse necesse est: Et si extrema extremis ad-
hibet, non erit catholica illa exiguitas do-
seos. Dicit vidisse aliquot ægrotos validis-
simis suis medicamentis restitutos. Nihil
validius validissimo. Omnes ideo fuerunt
extremi. Audacia ergo & desperatione
magis aggressus est curam, quam arte.

Ol. Vitrioli dulce sine molestia quidem sumitur, at non tanta quantitate.

Aegroti dicuntur restituti sed medici testimonium quomodo sint, nõ additur.

Illud enim axioma, extrema &c. vlti-
ma necessitas & desperatio peperit. Bene
tamen addit; Dei benignitate. Plus huic
tribuerim, quam validissimis Paracelsicis.
Miraculo autẽ & prodigio sanauit; si Subi-
to. Sed quos curauit morbos subito? Hos
nempe, quos appetentia est secuta tam
perfecta, vt astantibus cibi suauitatem
commendarint. Tu vero gloriare de hoc
apud rusticos tuos. Nobis subolet nescio
quid. Fieri potest, vt sale veneris tuó, cui
horridus est sapor, ita perculsus sit ventri-
culus, vt cibi, collatione ad eũ, optime sa-
puerint. Veruntamen non operosa res est

Subita sanatio paracelsitis.

Inanis gloria.

acidis aut ſtypticis anorexiã breui curare. Languido ventriculo & flaccido ſtyptica conducũt; quia virtutẽ vniunt, ſubſtantia coarctata. Ita nos Spiritum vitrioli, & vulgata illa ex Myrto, myrobalanis, rhibibus, berberibus, ceraſiis &c. comperta habemus. Quis autem nobis fidem faciat, te appetitum, cuius vis in orificio ventriculi maxime eſt, irritaſſe; & coquendi vim vna reſtituiſſe, morbumque ſanaſſe, vnico repreſſo ſymptomate? O te felicem medicum, ſi leui ſymptomate, & eo quod expeditum & promtum eſt in ea parte, ad quam ſubito vis integra medicinæ poteſt peruenire, ſublato, totos curas morbos SVBITO. Forte nec morbus affuit; ſed ſaltem affectio. Ne autem tu tua nobis miracula tantum oggannias, reponimus tibi noſtri Geſneri curas, & Helidæi, & Albucaſis, Zuingeri & aliorum, quorum Nepenthes, & diuina & arcana nulli reuelanda maiora in ventriculi doloribus, & omni alia ægritudine doloroſa præſtiterunt miracula, quam tu vnquam ſale tuo efficere poteris. Require noſtrorũ ſcripta; & potiſſimum adhuc viui Rulandi ſenis centurias perlege. Inuenies tuam gloriam ne vmbrã quidem eſſe, ad laudem illius. Verum ineptus ſum qui tibi fugitiuo ſacerdoti, opponam illos viros magnos. Hoc reſponde: Virtus in

Si ſtyptica vis retulit ὄρεξιν videat qua fronte ſupra iactet Chymicos non niſi eſſentiis vti & occultis qualitatibus. In qua materia aſtrictio ſit, notum eſt, qua etiam ſit qualitas &c.

Helleriÿ, Ferneliÿ. Rubei, Thadæi Mõtani &c. Vide epiſtolas medicinales & curationum libros. M. Rulandi ſenioris centuria.

tus in medio consistit an non? Imo dices, consistit. Extrema vtrinque suntne vitia, genere eadem? Sunt inquies. Ergo vt anorexia tibi curata morbus, affectio, symptomata (elige quodnam velis) fuit, ita nimia appetentia, seu fames sitisque magna. Ausculta iam culinarios, cellarios & reliquos pari arte tecum decertantes. Ego inquiet alter plurimos famelicos obiecta offa vel momento sanaui. Alter: ego longe plures sitibundos, adeo vt intra triduum caput eleuare præ siti non potuerint, subito curaui, ita vt cantarent lætius luscinia. Fuit quidam bonus vir, cui dentes dolebant. Is curabat accersi dentiuulsorem. Plures dies noctesque ægrotauerat ob dolorem. Ille vero saltem tacto dente (obleuerat autem digitum vnguento) ita dolorem sustulit momento, vt præ gaudio exiliret patiens. Erat iterum bono cuidam viro filia, fere toto virginitatis tempore valetudinaria. Ea subito conualuit, non tuis medicinis, sed sponso dato. Alius delirabat pecuniæ inopia. Dicebatur præsto adesse argentum. Exiluit firmus. Narro historiam fœminæ melancholicæ ob desideriũ absentis viri. Semestre elapsum est, & consumtum in morbo. Rediit vir saluus; Ecce illo ipso momento conualuit. Alteri cuipiam intestina doloribus fere

Parum gloriam refert qui contrarium malum æque feliciter curat, itaque Paracelsicus ille non excellit coquos, vel vetulas nisi demonstret se curasse medice.

Exempla subitæ curæ.

Clysterum vt præsentanea interdum.

rumpebantur. Iniiciebatur Clyster. Dictum factū conualuit; nec tibi tam suspecti sint nostri clysteres de quibus scribis quod noueris multos, qui animam sub eorum applicatione exhalauerint. Alius præ plethora iam iam apoplexia erat iugulandus. Accescit barbitonsor, & secta vena momento restituit. Nouimus virum amplissimum, cui enterocele extra peritoneum prominens ingentem pariebat cruciatum. Accitus lithotomus, reposuit intestinum. Mox risit. Ecce Iron. Eiusmodi cantilenas tibi canere possē plurimas, in quibus tāquam in speculo videres te similem vix, ac ne vix quidem parem esse euulsoribus dentium, barbitonsoribus, Clysterum applicatoribus, lithotomis, Iudæis, & huius fecis homuncionibus. O te læuo cœlo natum. Sed ad rem. Non immerito suspectus es cum dicis, illos tuos ægrotos abiecisse omnem spem sanitatis, (si quid veri in hoc est) subito autem restitutos, cibo delectatos fuisse. Tam subito non restituuntur desperati, nisi miraculo diuino, aut in extremorū periculosissima adhibitione, vbi tamen ad mortem potius quam sanitatem spes est, nec tam subita virium redintegratio, licet in spem vitæ, metus momento sit conuersus. Occurrunt autem etiam nobis interdum adeo impotentes & pusil-

Paracelsicus exaggerat curam suā, vt laus sua sit maior. Fides suspecta.

pusillanimes, vt etiam ob vnius dentis dolorem facile tollendum a perito, animum despondeant, nec ferre possint se ægrotare diutius. Fortassis ex hoc numero fuerũt illi tui, Aliquot, si aliquot, & non potius vnus vel alter quem succus ex HORDEO, vel vuis &c. circa vẽtriculũ afflixit, nomẽ multorũ sustinet. Illi autem quibus tu plauiæ, & in vicinis pagis puluerem album (credo vitriolũ vstũ de quo constat quod vẽtriculi hostis sit acerrimus, vel simile quid) propinabas, quique vomitu ad suffocationẽ vsque & defectum animi commouebantur, nunqãne contrarium incurrerunt de appetitu prostrato grauissime conquesti?

Quidam adeo animi sunt impotes, vt leui affectione animum despõdeant.

Redi ad argumenta.

Quorum validissima medicamenta ægros subito restituunt; eorum curationes non sunt violentæ nec noxiæ naturæ: Et contra: Quorũ dum vel lenissima purgatiua applicantur, ægri animam exhalant; illos vim inferre naturæ certum est.

De Galenicorum vellenissimorum vsu periculoso, paracelsicorum vero etiam validissimorum securo &c.

Paracelsici faciunt illud. Hoc Galenici

Paracelsici ergo non curant violente, sed Galenici.

Probatio assumti de Paracelsicis prius audita est.

De Galenicis sumitur a Clysteribus, qui dicuntur lenissimum purgatiuum esse.

Propositionem nostri discipuli negant, cum assumtione & conclusione. Propositio enim elencho accidentis fallit, & non causæ. Potest enim subito aliquis restitui; at hoc non euincit, medicationem tutam & non violentam. Pheræo Iasoni hostis aperiebat vomicam; isque restituebatur ex insperato. Illi cui luxatus brachij articulus erat, sanitas contingebat per casum ex equo. Neoparacelsicos ægrotos potuit iuuisse violentum remedium quod & naturam & morbũ exagitauit ita vt forte prorumpentibus aliqua via molestis, natura subito liberata respirauerit, cum fieri potuisset, vt aliter facto motu tota fuisset oppressa: aut etiam non fuerunt, sed visi sunt tam periculosi ægroti de quibus meminit.

Subita restitutio non arguit securitatem auxilij.

Neque etiam consequens est, si subito sibi visi sunt releuari a medicina deplorati, eã nullam intulisse naturæ noxam. Interdum primo non sentitur illa noxa, cum vniuersa vis naturæ concitata est: at paulo post impetu remittente, paulatim extabescit; quia vehementia medicamenti a contrario per medium in quo sentitur leuamen, in contrarium deduxit. Interdum etiam vt flamma collecta vis naturæ alicubi emicat, at pabulo cito absũmto, intermoritur quorum nos aliquos nouimus, qui paulo ante mortem sibi bene habere videbantur,

Subitanea restitutio nõ raro momẽtanea. Quod cito fit, cito perit.

bantur, quia pugna non erat naturæ cum morbo, hoc iam regnante; naturæ vero vi in paruum angulum contracta, in quo penitus postea fuit expugnata. Qui frigore ferme euectus est, feruentem affusam sibi initio gratam dixerit; at post deplorauerit contrariam noxam. Iucundus est febricitāti frigidæ potus vberior; at paulo post se hydropicum factum dolet. Veruntamen non tam iniqui erimus Neoparacelsico vt plane nihil demus. Nam & hoc fieri potuit, vt latitans obstructio a violenta medicina sit expedita; vnde redeunte spiritu cordis & operante, facile sit secutum leuamen. Illud dicimus tam hoc, quam contrarium ex propositionis prima parte consequens esse; vt nihil habeat cui fidere ille possit. Oppositum autem de lenium vsu itidem accidente fallit. Le[illegible]ssima sunt nobis purgantia alimentaria in hac operatione. Dum alteramus & roboramus, etiam leniora sunt. Si quis moritur dum hæc applicantur; quis non videt a medicamento mortuum non esse, nisi illud imperitissime omnium fuit datum, veluti si quis suffocetur etiam iusculis caponis. Sed Neoparacelsus ornat sophisma etiam particulari elencho. Vanum enim mendacium est de omnibus absque discrimine id deprehendi.

Lenia Galenica & sæ comperta sunt longe tutiora esse, si recte & sur pentur, quā valida.

Mendaciū paracelsicū.

Assumptum de Paracelsicis ex parte admittimus, ex parte non. Admittimus autem κατὰ τύχην. Nam perite is curare & artificiose non potest, qui veram artem medendi nunquam didicit. Si releuat quosdam, seu subito seu tarde; Quicquid geritur fortuna vocatur.

Clysteres Galenici. Firmamentum autem eius satis iam excussum, & inutile est deprehẽsum. Ad Galenicos clysteres nos vertamus. Hi male vrunt hominem. Sed ostendit se sutorẽ vltra crepidam sapere, & nõ bene stare cum Paracelsicis & Chymicis. Reiicit Clysteres? Cur? Quia nil nisi essentias & abditas proprietates vsurpat, quas in anum (sit venia dicto) infundere tantis philosophis turpe, & naturæ iniuriosum foret. Est.n. ille locus nõ essentiarũ sed capitis mortui, & fecum sulphurearum, ex quib. tamen Paracelsicis fit sulphur, oleum, aquæ, sal artis, & alij, quos si ad cibũ adhiberent, ex professione facerent. Sunt.n. essentiæ, seu medicinę factę per anatomiã essatã. Deinde qui fit Dornesium magnũ illum Paracelsistam inter inuẽta mirabilia etiã Clysteres reponere, vt quos Deus hominib. mõstrauerit per naturã auis Ibidis, aquã marinam rostro podici infundẽtis, & sic intestina mũdantis? An Neoparacelso sordet illa natura? At natura natura gaudet. Bene ergo

Paracelsici quidam Clysteres habẽt pro diuino munere, per aues ostenso medicina.

cum

cùm ano conuenit Clysteribus, natura duce. Male tamẽ pungit Galenicos per Clysteres, cum potius Ægyptiorum inuentũ sint, quam Galenicum, quanquã Galeno asscriptus sit liber de Clysteribus, primum Ebrea lingua editus, quam caluisse Galenum nondũ scimus. Veruntamẽ, cum ipse Enematis sit vsus, sitque in intestinorũ inferiorum morbis non raro præsentissima ex illis medicina, nõ moramur istud ludibrium. Illud attendãt studiosi, ꝙ Neoparac. suam inscitiã, & Midæum animũ prodat, dùm scribit Galenicos (quos ornat titulo pseudomedicorũ iuxta vocẽ cuculi) contendere Clysterem esse lenissimũ purgatiuũ. Nouimus quidem, vbi obstructiones expediendæ in inferioribus intestinis sunt, feces aridę ꝓmouendæ, &c. Clysteria recti⁹ adhiberi quã alia: idq; tutissime, nisi quid impediat graui⁹: ꝑ se inquã tutissime. At Clysteres nõ hoc saltẽ præstãt, nõ raro Ischiadicos, nephriticos, colicosque, adde & ventriculi dolores ὥσπερ θεὸς ἀπὸ μηχανῆς sedãt absq; purgatione. Non raro æstus leniũt, Dysenterica tormina & excretiones sistũt, Diarrhæã & lyenteriã astringẽdo, si quidẽ causa est retentio labefactata, &c. amoliuntur. variũ itaq; ꝑstant vsum. Purgãtes etiã nõ semper dantur lenes: & fieri potest, vt Clyster validius purget, quã manna vel cassia,

An Clyster leniss. purgans.

Clysteres alij qui validi, in quibus nõ abest metus noxa intestinorũ si male vsurpentur.

cassia, vel etiam rhabarbarum per os datum, id quod post alia purgantia ex accidēte quoq; fieri tradidit Fallopius. Quod ergo forte Galenicus cōmendauit de Eccoprolico, anodymo, & leniente; id de omnibus imperitia Neoparacelsica enunciat. Praeterea, si ex verbis iudicandus est (mentem enim inspicere nunc aliter non possumus, quia nō sumus Paracelsici Enthusiastae) calumniam prodit dum inquit, se nouisse multos, qui in applicatione Clysteris animam exhalarint. Nulla ergo inquam culpa Clysteris est, si mortui sunt in applicatione; nec verisimile est Seplasiae ministrum tam importune applicasse, vt interfecerit applicando. Caue Neoparac. ne cui des salem veneris, cum animā agit; ne forte mors eius tuo vicissim medicamento immerito asscribatur. Notum vulgo est, Germanos in hac cura nimis esse pudibundos. Metuunt ne parum decore conspiciantur, aut se gerant. Non ergo admittunt Clysteres, quam cum iam iam expirare volunt, vltima necessitate coacti pudorem ponere. Aliqua loca nō consueuerunt ante haec curari eo modo. Nouum ergo & Italicum, vt putant, inuentum nō admittunt. Vtinam & Paracelsicos impostores auersati initio fuissent nostri, & nūc quoque fugerent. Ibi ergo absurdus fit medi-

Calumnia Paracelsici.

Germani ad Clysteres tardi.

medicus, si proponat Clysterem, in quem omnem culpam conferunt, si quid sinistri euenit. Alij periculum inde metuũt, quia vel nimis calidum, vel nimis frigidum noceat intestinis; nec fides est medico, nisi deieranti. In quibus autem (sunt autem nõ omnes tam insipidi aut rustici potius) admittitur tempestiuus & medicus Clysterum vsus; in illis saluberrimus toties inuentus est, vt vel obruere Neoparacelsum exemplis possemus. Quid mirum si inter tot ægros inueniuntur aliqui, qui post Clysterem moriantur? Quis eos immunes a morte fecit? Et plærisque prædictũ est a morbo periculũ. Moriuntur multi a sacrosancta Eucharistia; hæc ne eos occiderit? In sequente paragrapho cantilenam de anatomia effata repetit; Sed non sine conuitio. Protheo mutabiliorem Galeni methodum esse conuitiatur; idq; non in vsu, sed in scriptis. Nos tibi Neoparacelse reponimus mẽdacium tuum, donec verum probaueris: seu quod presius est, dicimus te impudenter mentiri, donec euincas dicti veritatem. Negamus artem medicam præcepta habere mutabilia, aut methodum. Cum ad vsum accommodãda sunt, quiuis scit, quia non curantur ideo platonicæ, sed morbi singulares mirifice variat', variari debere consilium & medelam.

Galeni methodus mutabilis.

nempe vt Paracelsistarum malefacta nobis obtrudas, more maliciosorum, atq; ita absoluere retorsionem, quam hoc ipso axiomate ad viuum depinxisti. Vere enim hoc in vsu est, vt si quis meretriculæ obiicit studium, & scapham appellat scapham, cõtinuo audiat idem reuerberatum, more Paracelsistarum, quibus multæ sunt reuerberationes in igne reuerberij, per retortas. Sed prodeat argumentum primũ:

Quod quis crimen in alterum impingit eo laborat ipse.
Galenici iaciunt vitium malæ curæ in Paracelsistas:
Ergo ipsi eodem laborant.
Propositio probatur exemplo Iudæorum accusantiũ Christum peruersæ doctrinæ & seditionis.

Vanitas propositionis. Nostri discipuli negant propositionem catholicam esse. Quia eo modo vel Ioannes fuisset progenies viperarum, vel Saluator noster, dum Iudæos ex diabolo esse pronunciat, & mentiri; non fuisset Filius DEI; Et D. Paulus nouercam stuprasset; quin omnes Imperatores essent venefici, & DEVS ipse legis latæ reus. Itaq; ex modernis Iureconsultis, aut saltem ciuili honestate debebat additamentum: Plærunque: sciuisse; aut adiecisse, si maliciosos esse constat, &c. Alioquin cum ipse nos

canes,

canes,porcos,aſinos,&c. vocat,facile per retortam in igne reuerberij cõuitium rediret in caput conuitiatoris, præſertim cũ notorium ſit, ipſum eſſe maledicũ, quam ob cauſam dicebant olim eum ex templo ad carbonariam perueniſſe. Addit:

Qui neque quid, neque quantum, neque quale eorum quæ dant,intelligunt, illi vtuntur naturæ pugnantibus remediis.

Galenici neque quid neque quale,neq; quantum intelligunt.

Ergo,

Galenici vtuntur naturæ repugnantibus remediis & ex conſeq. rei ſunt criminis impacti in Paracelſiſtas.

Compoſitiones Galenicæ.

Aſſumptum roboratur primum de primo membro. Quid (ordine.n. probare nititur ſingula membra) per cõpoſitiones opiatas in quib. omnia ſint confuſa; nulla methodi vmbra: nulla ſcientia phyſica, nulla anatomia, nec vlla induſtria; quæ capiti debentur; ventriculi ſordibus purgandis adhibeantur; Ita quæ epati; vt deteſtanda ſit confuſio & error. Vnde ſit conſequens nos ignorare quid demus. Ne autem quis dubitet, nos compoſita ignorare; ſubiicit proſyllogiſmum:

Delectus paracelsicus. ab ægrorum nausea & querimoniis; parui esse momenti. Paracelsistas non vbique adhibere intensissimæ actionis remedia; sed varietate & copia delectum obseruare pro naturæ & morbi ratione; difficilimum *Contradictio.* est creditu. In superioribus doses ex morbo & natura non petebãtur; sed ex præparatione & anatomia essata. Pœnituit autorem dicti. Si etiam verum est, quod addit, se extremis extrema adhibere; qua fiducia *Temeritas paracelsici.* bis scripsit, SE VALIDISSIMA SVA QVAEQVE MEDICAMENTA suo more præparata tripla proportione sine omni correctura sumturum? Finge hydropicum, vel resolutũ extreme laborantẽ: Sit autẽ vulgaris dosis salis tui venerei grana duo vel tria; summa & extrema sit granorum sex: Tu ergo octodecim vorares? Ita in vitro antimonij vulgata dosis est granorum 4. Esto summa seu extrema gr. vij vel octo. Ebibe grana 24: & tunc quid tecum actum fuerit, narra, Ita Spiritus vitrioli correcti, vt Norimbergæ præparatur, dosis est dra- *Contradictio.* chma vna sat grandis. Finge hanc summam esse. Tu bibe nouem sine vlla correctura, & vim experire. Sed ex hac confidentia apparet Neoparacelsum falsarium Chymicum esse, & sibi simul aduersari. Si tantum vorare cupit vna vice, quomodo verum erit, in minima quantitate

ſeu exigua doſi, eſſe valorem maximum quod vbique prædicant Paracelſici, & experiuntur alij? Ita & Andernacus & dicit & præſcribit. Ait ille quidem de oleo vitrioli dulci, quod ſuauiter afficiat linguam ſine acredine; cum ſit tanquam aer ab igni ſeparatus: at non præbet niſi guttatim, ſicut & ſuum cordus. Falſas ergo & minime Chymicas illius præparationes eſſe neceſſe eſt: Et ſi extrema extremis adhibet, non erit catholica illa exiguitas doſeos. Dicit vidiſſe aliquot ægrotos validiſſimis ſuis medicamentis reſtitutos. Nihil validius validiſſimo. Omnes ideo fuerunt extremi. Audacia ergo & deſperatione magis aggreſſus eſt curam, quam arte.

Ol. Vitrioli dulce ſine moleſtia quidem ſumitur, at non tanta quantitate.

Aegroti dicuntur reſtituti ſed medici teſtimonium quomodo ſint, nō additur.

Illud enim axioma, extrema &c. vltima neceſſitas & deſperatio peperit. Bene tamen addit; Dei benignitate. Plus huic tribuerim, quam validiſſimis Paracelſicis. Miraculo autẽ & prodigio ſanauit; ſi Subito. Sed quos curauit morbos ſubito? Hos nempe, quos appetentia eſt ſecuta tam perfecta, vt aſtantibus cibi ſuauitatem commendarint. Tu vero gloriare de hoc apud ruſticos tuos. Nobis ſubolet neſcio quid. Fieri poteſt, vt ſale veneris tuó, cui horridus eſt ſapor, ita perculſus ſit ventriculus, vt cibi, collatione ad eũ, optime ſapuerint. Veruntamen non operoſa res eſt

Subita ſanatio paracelſici.

Inanis gloria.

acidis aut ſtypticis anorexiā breui curare. Languido ventriculo & flaccido ſtyptica conducūt; quia virtutē vniunt, ſubſtantia coarctata. Ita nos Spiritum vitrioli, & vulgata illa ex Myrto, myrobalanis, rhibibus, berberibus, ceraſiis &c. comperta habemus. Quis autem nobis fidem faciat, te appetitum, cuius vis in orificio ventriculi maxime eſt, irritaſſe; & coquendi vim vna reſtituiſſe, morbumque ſanaſſe, vnico repreſſo ſymptomate? O te felicem medicum, ſi leui ſymptomate, & eo quod expeditum & promtum eſt in ea parte, ad quam ſubito vis integra medicinæ poteſt peruenire, ſublato, totos curas morbos SVBITO. Forte nec morbus affuit; ſed ſaltem affectio. Ne autem tu tua nobis miracula tantum oggannias, reponimus tibi noſtri Geſneri curas, & Helidæi, & Albucaſis, Zuingeri & aliorum, quorum Nepenthes, & diuina & arcana nulli reuelanda maiora in ventriculi doloribus, & omni alia ægritudine doloroſa præſtiterunt miracula, quam tu vnquam ſale tuo efficere poteris. Require noſtrorū ſcripta; & potiſſimum adhuc viui Rulandi ſenis centurias perlege. Inuenies tuam gloriam ne vmbrā quidem eſſe, ad laudem illius. Verum ineptus ſum qui tibi fugitiuo ſacerdoti, opponam illos viros magnos. Hoc reſponde: Virtus in

Si ſtyptica vis retulit ὄρεξιν videat qua fronte ſupra iactet Chymicos non niſi eſſentiis vti & occultis qualitatibus. In qua materia aſtrictio ſit, notum eſt, quæ etiam ſit qualitas &c.

Hellerij, Fernelij. Rubei, Thadæi Mōtani &c. Vide epiſtolas medicinales & curationum libros. M. Rulandi ſenioris centuria.

tus in medio consistit an non? Imo dices, consistit. Extrema vtrinque suntne vitia, genere eadem? Sunt inquies. Ergo vt anorexia tibi curata morbus, affectio, symptomata (elige quodnam velis) fuit, ita nimia appetentia, seu fames sitisque magna. Ausculta iam culinarios, cellarios & reliquos pari arte tecum decertantes. Ego inquiet alter plurimos famelicos obiecta offa vel momento sanaui. Alter: ego longe plures sitibundos, adeo vt intra triduum caput eleuare præ siti non potuerint, subito curaui, ita vt cantarent lætius luscinia. Fuit quidam bonus vir, cui dentes dolebant. Is curabat accersi dentiuulsorem. Plures dies noctesque ægrotauerat ob dolorem. Ille vero saltem tacto dente (obleuerat autem digitum vnguento) ita dolorem sustulit momento, vt præ gaudio exiliret patiens. Erat iterum bono cuidam viro filia, fere toto virginitatis tempore valetudinaria. Ea subito conualuit, non tuis medicinis, sed sponso dato. Alius delirabat pecuniæ inopia. Dicebatur præsto adesse argentum. Exiluit firmus. Narro historiam fœminæ melancholicæ ob desideriū absentis viri. Semestre elapsum est, & consumtum in morbo. Rediit vir saluus; Ecce illo ipso momento conualuit. Alteri cuipiam intestina doloribus fere

Param gloriam refert qui contrarium malum æque feliciter curat, itaque Paracelsicus ille non excellit coquos, vel vetulas nisi demonstret se curasse medice.

Exempla subitæ curæ.

Clysterum vis præsentanea interdum.

rumpebantur. Iniiciebatur Clyster. Dictum factū conualuit; nec tibi tam suspecti sint nostri clysteres de quibus scribis quod noueris multos, qui animam sub eorum applicatione exhalauerint. Alius præ plethora iam iam apoplexia erat iugulandus. Accescit barbitonsor, & secta vena momento restituit. Nouimus virum amplissimum, cui enterocele extra peritoneum prominens ingentem pariebat cruciatum. Accitus lithotomus, reposuit intestinum. Mox risit. Ecce Iron. Eiusmodi cantilenas tibi canere posse plurimas, in quibus tāquam in speculo videres te similem vix, ac ne vix quidem parem esse euulsoribus dentium, barbitonsoribus, Clysterum applicatoribus, lithotomis, Iudæis, & huius fecis homuncionibus. O te læuo cœlo natum. Sed ad rem. Non immerito suspectus es cum dicis, illos tuos ægrotos abiecisse omnem spem sanitatis, (si quid veri in hoc est) subito autem restitutos, cibo delectatos fuisse. Tam subito non restituuntur desperati, nisi miraculo diuino, aut in extremorū periculosissima adhibitione, vbi tamen ad mortem potius quam sanitatem spes est; nec tam subita virium redintegratio, licet in spem vitæ, metus momento sit conuersus. Occurrunt autem, etiam nobis interdum adeo impotentes & pusil-

Paracelsicus exaggerat curam suā, vt laus sua sit maior.

Fides suspecta.

pusillanimes, vt etiam ob vnius dentis dolorem facile tollendum a perito, animum despondeant, nec ferre possint se ægrotare diutius. Fortassis ex hoc numero fuerũt illi tui, Aliquot, si aliquot, & non potius vnus vel alter quem succus ex HORDEO, vel vuis &c. circa vẽtriculũ afflixit, nomẽ multorũ sustinet. Illi autem quibus tu plauiæ, & in vicinis pagis puluerem album (credo vitriolũ vstũ de quo constat quod vẽtriculi hostis sit acerrimus, vel simile quid) propinabas, quique vomitu ad suffocationẽ vsque & defectum animi commouebantur, nunqãne contrarium incurrerunt de appetitu prostrato grauissime conquesti?

Quidam adeo animi sunt impotentes, vt leui affectione animum despondeant.

Redi ad argumenta.

Quorum validissima medicamenta ægros subito restituunt; eorum curationes non sunt violentæ nec noxiæ naturæ: Et contra: Quorũ dum vel lenissima purgatiua applicantur, ægri animam exhalant; illos vim inferre naturæ certum est.

De Galenicorum vel lenissimorum vsu periculoso, paracelsicorum vero etiam validissimorum securo &c.

Paracelsici faciunt illud. Hoc Galenici

Paracelsici ergo non curant violente, sed Galenici.

Probatio assumti de Paracelsicis prius audita est.

De Galenicis sumitur a Clysteribus, qui dicuntur lenissimum purgatiuum esse.

Propositionem nostri discipuli negant, cum assumtione & conclusione. Propositio enim elencho accidentis fallit, & non causæ. Potest enim subito aliquis restitui; at hoc non euincit, medicationem tutam & non violentam. Pheræo Iasoni hostis aperiebat vomicam; isque restituebatur ex insperato. Illi cui luxatus brachij articulus erat, sanitas contingebat per casum ex equo. Neoparacelsicos ægrotos potuit iuuisse violentum remedium quod & naturam & morbũ exagitauit ita vt forte prorumpentibus aliqua via molestis, natura subito liberata respirauerit, cum fieri potuisset, vt aliter facto motu tota fuisset oppressa: aut etiam non fuerunt, sed visi sunt tam periculosi ægroti de quibus meminit.

Subita restitutio non arguit securitatem auxilij.

Neque etiam consequens est, si subito sibi visi sunt releuari a medicina deplorati, eã nullam intulisse naturæ noxam. Interdum primo non sentitur illa noxa, cum vniuersa vis naturæ concitata est: at paulo post impetu remittente, paulatim extabescit; quia vehementia medicamenti a contrario per medium in quo sentitur leuamen, in contrarium deduxit. Interdum etiam vt flamma collecta vis naturæ alicubi emicat, at pabulo cito absũmto, intermoritur quorum nos aliquos nouimus, qui paulo ante mortem sibi bene habere videbantur,

Subitanea restitutio nõ raro momẽtanea. Quod cito fit, cito perit.

bantur, quia pugna non erat naturæ cum morbo, hoc iam regnante; naturæ vero vi in paruum angulum contracta, in quo penitus postea fuit expugnata. Qui frigore ferme euectus est, feruentem affusam sibi initio gratam dixerit; at post deplorauerit contrariam noxam. Iucundus est febricitãti frigidæ potus vberior; at paulo post se hydropicum factum dolet. Veruntamen non tam iniqui erimus Neoparacelsico vt plane nihil demus. Nam & hoc fieri potuit, vt latitans obstructio a violenta medicina sit expedita; vnde redeunte spiritu cordis & operante, facile sit secutum leuamen. Illud dicimus tam hoc, quam contrarium ex propositionis prima parte consequens esse; vt nihil habeat cui fidere ille possit. Oppositum autem de lenium vsu itidem accidente fallit. Leuissima sunt nobis purgantia alimentaria in hac operatione. Dum alteramus & roboramus, etiam leniora sunt. Si quis moritur dum hæc applicantur; quis non videt a medicamento mortuum non esse, nisi illud imperitissime omnium fuit datum, veluti si quis suffocetur etiam iusculis caponis. Sed Neoparacelsus ornat sophisma etiam particulari elencho. Vanum enim mendacium est de omnibus absque discrimine id deprehendi.

Lenia Galenica vsu comperta sunt longe tutiora esse, si recte vsurpentur, quã valida.

Mendaciũ paracelsicũ.

Assumptum de Paracelsicis ex parte admittimus, ex parte non. Admittimus autem κατὰ τύχην. Nam perite is curare & artificiose non potest, qui veram artem medendi nunquam didicit. Si releuat quosdam, seu subito seu tarde; Quicquid geritur fortuna vocatur.

Clysteres Galenici. Firmamentum autem eius satis iam excussum, & inutile est deprehẽsum. Ad Galenicos clysteres nos vertamus. Hi male vrunt hominem. Sed ostendit se sutorẽ vltra crepidam sapere, & nõ bene stare cum Paracelsicis & Chymicis. Reiicit Clysteres? Cur? Quia nil nisi essentias & abditas proprietates vsurpat, quas in anum (sit venia dicto) infundere tantis philosophis turpe, & naturæ iniuriosum foret. Est.n. ille locus nõ essentiarũ sed capitis mortui, & fecum sulphurearum, ex quib. tamen Paracelsicis fit sulphur, oleum, aquæ, sal artis, & alij, quos si ad cibũ adhiberent, ex professione facerent. Sunt.n. essentiæ, seu medicinę factę per anatomiã essatã. Deinde qui fit Dornesium magnũ illum Paracelsistam inter inuẽta mirabilia etiã Clysteres reponere, vt quos Deus hominib. mõstrauerit per naturã auis Ibidis, aquã marinam rostro podici infundẽtis, & sic intestina mũdantis? An Neoparacelso sordet illa natura? At natura natura gaudet. Bene ergo

Paracelsici quidam Clysteres habẽt pro diuino munere per aues ostenso medicina.

cum

cũm ano conuenit Clysteribus, natura duce. Male tamẽ pungit Galenicos per Clysteres, cum potius Ægyptiorum inuentũ sint, quam Galenicum, quanquã Galeno asscriptus sit liber de Clysteribus, primum Ebrea lingua editus, quam caluisse Galenum nondũ scimus. Veruntamẽ, cum ipse Enematis sit vsus, sitque in intestinorũ inferiorum morbis non raro præsentissima ex illis medicina, nõ moramur istud ludibrium. Illud attendãt studiosi, ꝙ Neoparac. suam insciriã, & Midæum animũ prodat, dum scribit Galenicos (quos ornat titulo pseudomedicorũ iuxta vocẽ cuculi) contendere Clysterem esse lenissimũ purgatiuũ. Nouimus quidem, vbi obstructiones expediendæ in inferioribus intestinis sunt, feces aridę ꝓmouendæ, &c. Clysteria recti⁹ adhiberi quã alia: idq; tutissime, nisi quid impediat graui⁹: ꝑ se inquã tutissime. At Clysteres nõ hoc saltẽ præstãt, nõ raro Ischiadicos, nephriticos, colicosque, adde & ventriculi dolores ὥσπερ θεὸς ἀπὸ μηχανῆς sedãt absq; purgatione. Non raro æstus leniũt, Dysenterica tormina & excretiones sistũt, Diarrhæã & lyenteriã astringẽdo, si quidẽ causa est retentio labefactata, &c. amoliuntur. variũ itaq; p̃stant vsum. Purgãtes etiã nõ semper dantur lenes: & fieri potest, vt Clyster validius purget, quã manna vel

An Clyster leniss. purgans.

Clysteres aliqui validi in quibus nõ abest metus noxæ intestinorũ si male vsurpentur.

cassia,

cassia, vel etiam rhabarbarum per os datum, id quod post alia purgantia ex accidẽte quoq; fieri tradidit Fallopius. Quod ergo forte Galenicus cõmendauit de Eccoprolico, anodymo, & leniente; id de omnibus imperitia Neoparacelsica enunciat. Præterea, si ex verbis iudicandus est (mentem enim inspicere nunc aliter non possumus, quia nõ sumus Paracelsici Enthusiastæ) calumniam prodit dum inquit, se nouisse multos, qui in applicatione Clysteris animam exhalarint. Nulla ergo inquam culpa Clysteris est, si mortui sunt in applicatione; nec verisimile est Seplasiæ ministrum tam importune applicasse, vt interfecerit applicando. Caue Neoparac. ne cui des salem veneris, cum animã agit; ne forte mors eius tuo vicissim medicamento immerito ascribatur. Notum vulgo est, Germanos in hac cura nimis esse pudibundos. Metuunt ne parum decore conspiciantur, aut se gerant. Non ergo admittunt Clysteres, quam cum iam iam expirare volunt, vltima necessitate coacti pudorem ponere. Aliqua loca nõ consueuerunt ante hæc curari eo modo. Nouum ergo & Italicum, vt putant, inuentum nõ admittunt. Vtinam & Paracelsicos impostores auersati initio fuissent nostri, & nũc quoque fugerent. Ibi ergo absurdus fit medi-

Calumnia Paracelsici.

Germani ad Clysteres tardi.

medicus, si proponat Clysterem, in quem omnem culpam conferunt, si quid sinistri euenit. Alij periculum inde metuũt, quia vel nimis calidum, vel nimis frigidum noceat intestinis; nec fides est medico, nisi deieranti. In quibus autem (sunt autem nõ omnes tam insipidi aut rustici potius) admittitur tempestiuus & medicus Clysterum vsus; in illis saluberrimus toties inuentus est, vt vel obruere Neoparacelsum exemplis possemus. Quid mirum si inter tot ægros inueniuntur aliqui, qui post Clysterem moriantur? Quis eos immunes a morte fecit? Et plærisque prædictũ est a morbo periculũ. Moriuntur multi a sacrosancta Eucharistia; hæc ne eos occiderit? In sequente paragrapho cantilenam de anatomia essata repetit; Sed non sine conuitio. Protheo mutabiliorem Galeni methodum esse conuitiatur; idq; non in vsu', sed in scriptis. Nos tibi Neoparacelse reponimus mẽdacium tuum, donec verum probaueris: seu quod presſius est, dicimus te impudenter mentiri, donec euincas dicti veritatem. Negamus artem medicam præcepta habere mutabilia, aut methodum. Cum ad vsum accommodãda sunt, quiuis scit, quia non curantur ideo platonicæ, sed morbi singulares mirifice variat', variari debere consilium & medelam.

Galeni methodus mutabilis.

Iam. Hoc tu non attenderas. Tu ad tuos carbones te confer, & iudica quales sint, quam solidi aut rari. Ne te Vulcanus tuus possit ludere. Quid tibi fugitiuo sacerdoti cum nostrorum libris? An tu vllos vnquam legere & intelligere potuisti?

Galenica vocantur male dicta. Ita & in proximo paragrapho cramben medicinæ suę vorandę tripla proportione ingerit. Sed iterum cum encomio nostro. Nam ex benedictis nostris medicinis fere fecisset maledictas. Quid mirũ; cũ, qui diuinũ officiũ repudiauit, in creaturas, quib. cum benedictione vtimur, esse impiũ? Si nostra sunt maledicta, quo genio cõsecrata sint Paracelsica, videat. *Paracelsus impuritatũ mare.* Omne.n. chaos impietatis, omneq; impurũ q vnquã separatum est a puro in Chymia mundi, in hũc hominẽ cõgestũ fuit, quod meridiano sole puri cœli clarius est, nec possunt negare illi ipsi Paracelsici. Iam autem secundum prouerbium κακȢ κόρακος κακὸν ὠόν. Tandem sub finem huius suæ excusationis & defensionis appellat effecta vtriusq; medicinæ. *Epilogus primæ partis excusatoriæ.* Horum & supra meminimus. Itaq; ad retorsionẽ, quam denuo molitur, audiendã nos componamus. In Transitione ait, seposita illa, qua hactenus vsi sumus, disputandi modestia, nũc serio cũ illis agamus. *Paracelsicus exuit modestiã.* Ridetis pueri? Serio vult agere: Ergo hactenus ludionẽ egit, Quid autem (malum)

nos

nos ad ſerio reſpondendum induxiſti? Sed bona verba. Si luſiſti; ferre nos debes, quia te pari moneta abſoluimus. Si ſerio diſputaſti, inuenies virũ. Quid autẽ de modeſtia blateras? An tu eius vmbrã in toto ſcripto habes? Quã modeſtũ eſt quod noſtras benedictas medicinas, appellas maledictas: nosq; cõparas canibus, porcisq;, incitas in nos magiſtratũ, pſeudomedicos & Humoriſtas nominas, &c. Euge modeſte. Didiciſti nẽpe hanc modeſtiã ex Amlingo Serueſtano, qui æque modeſte nõ ita pridẽ tractauit Ioannem Matthęum Theologũ veteranũ, & omnes noſtros. Sed perge. Thema cõſtituit: Probabimus argumẽtis Galenicos hoc crimine, ꝙ nobis inferre conantur, bis eſſe condemnandos. Subiicit ſtatim: Malorum enim mos eſt, vt malefacta ſua aliis imputent. O infelicem Cumarum aſinum. Leonina pelle tectũ ſe totum putat, non obſeruans extare aures. In veſtibulo huius ſcripti appoſuerat: RESPONDE ſtulto, quo nos in ſe prouocauit. Iam addit rationem, cur velit probare: quia ſolent mali ſua maledicta aliis aſſcribere, & malefacta tribuere. Bonum facis auſpicium Neoparacelſe. Perge: ſtabis. Sed bene tamen facis, quod tuorum factorum ſis interpres optimus, noſq; ſtatim initio mones, quomodo velis diſputare, nempe

Ne vmbra quidem modeſtiæ adeſt ſcripto Paracelſico.

Propoſitio ſequentium.

Paracelſicus vult Galenicis ſua vitia aſpergere.

nempe vt Paracelsistarum malefacta nobis obtrudas, more maliciosorum, atq; ita absoluere retorsionem, quam hoc ipso axiomate ad viuum depinxisti. Vere enim hoc in vsu est, vt si quis meretriculæ obiicit studium, & scapham appellat scapham, cõtinuo audiat idem reuerberatum, more Paracelsistarum, quibus multæ sunt reuerberationes in igne reuerberij, per retortas. Sed prodeat argumentum primũ:

> Quod quis crimen in alterum impingit eo laborat ipse.
> Galenici iaciunt vitium malæ curæ in Paracelsistas:
> Ergo ipsi eodem laborant.
> Propositio probatur exemplo Iudæorum accusantiũ Christum peruersæ doctrinæ & seditionis.

Vanitas propositionis. Nostri discipuli negant propositionem catholicam esse. Quia eo modo vel Ioannes fuisset progenies viperarum, vel Saluator noster, dum Iudæos ex diabolo esse pronunciat, & mentiri; non fuisset Filius DEI; Et D. Paulus nouercam stuprasset; quin omnes Imperatores essent venefici, & DEVS ipse legis latæ reus. Itaq; ex modernis Iureconsultis, aut saltem ciuili honestate debebat additamentum: Plærunque: sciuisse; aut adiecisse, si maliciosos esse constat, &c. Alioquin cum ipse nos

canes,

canes,porcos,aſinos,&c. vocat, facile per retortam in igne reuerberij cõuitium rediret in caput conuitiatoris, præſertim cũ notorium ſit, ipſum eſſe maledicũ, quam ob cauſam dicebant olim eum ex templo ad carbonariam perueniſſe. Addit:

Qui neque quid, neque quantum, neque quale eorum quæ dant, intelligunt, illi vtuntur naturæ pugnantibus remediis.

Galenici neque quid neque quale, neq; quantum intelligunt.

Ergo,

Galenici vtuntur naturæ repugnantibus remediis & ex conſeq. rei ſunt criminis impacti in Paracelſiſtas.

Aſſumptum roboratur primum de primo membro. Quid (ordine.n. probare nititur ſingula membra) per cõpoſitiones opiatas in quib. omnia ſint confuſa; nulla methodi vmbra: nulla ſcientia phyſica, nulla anatomia, nec vlla induſtria; quæ capiti debentur; ventriculi ſordibus purgandis adhibeantur; Ita quæ epati; vt deteſtanda ſit confuſio & error. Vnde ſit conſequens nos ignorare quid demus. Ne autem quis dubitet, nos compoſita ignorare; ſubiicit proſyllogiſmum: *Compoſitiones Galenicæ.*

Galenici ne sciunt componere simplicia.

Galenici (inquit) non tenent nec intelligunt naturam simplicium, nec proprietates:

Ergo nihil sapiunt de compositis.

Loco propositionis ponitur prosyllogismus; quod simplicium ἄῤῥητοι ἰδιότητες & specificæ qualitates ad compositiones necessario sint noscendæ.

Assumtum roboratur; quia occultas & specificas qualitates ignorent Galenici.

Fœcunda hæc πίστις est. Itaq; additur nouum munimentum a cōparato simili duplici; quod sc. non tantum opiatæ cōpositiones, sed & receptæ cōpositæ sint instar edulij; in quod sine ordine & modo vna cū sordibus coniiciantur omnis generis cibi: Item quod repræsentent chaos Ouidianū. Nec finis: Accedit argumentū a dissimili; quod alibi ostentent diuinam sapientiā in qualitatū gradibus discernendis: hic summa sit confusio, omni arithmetico inexplicabilis. Amplificatur idem testimonio Aristotelico, cui repugnēt, & artis esse putent cōfusionē, cum quod paucis fieri potest, non sit plurib. tentandum: Attexitur testimoniū Arnoldi & Galeni, & cōtraria sapientia Paracelsistarum demonstratur. Hæc omnia Neoparacelsus, vno exhalat

Recepta.

Qualitatū gradus.

Confusio.

Simplicium vsus.

ote cumulatim, afferẽs nos ignorare quid demus. Eſt autem res paucorũ verborum. Nam paralogiſmo breui includitur: Qui nec ſimplicia nec compoſita quæ præbet, cognouit, is quid det, neſcit. Galenici nec, &c. Ergo, &c. Aſſumtũ dependet ex ignota Spagiria. Verum reſpondendũ eſt ordine. Propoſitio in paralogiſmo non eſt κατὰ παντὸς, nec καθ' ὅλυ, nec καθ' ἀυτό. Omnino ergo ἐπισημονικῶς non eſt cõformata, & per conſequens αὐτόπισον ἀξίωμα eſſe nequit. Quid. n. ſi ex ea aſſumam; Ibis; vrſus, ceruus, hippopotamus, & omnia ea a quibus Dorneſius vult homines, & per conſequens etiã Paracelſicos remedia accepiſſe, neſciunt quid, quale, quantũ; Ergo ne naturæ aduerſantibus & inimicis veſcuntur? Poteramus autẽ etiam aſſumere de plãtis, de agyrtis, de vetulis, & omnino de Paracelſicis. Reuera. n. Neoparac. nõ poteſt ſcire, quid, quale, quantũ. Cur hoc? Quia ex Chymia iudicat, quæ tamẽ omnia pene ex omnib. facit, & ſalibus eductis nõ acquieſcit; ſed eos adhuc transformat in aquas, olea, myſteria, arcana, turbitũ, magiſteria, & infinita τερετίσματα: putat autẽ ſe eſſentiã deprehẽdiſſe cũ quoduis elicuit, cumq; eſſentiæ eſſentia non ſit; ipſe tamen ex eſſentia ſemper eſſentiã venatur, abſq; vllo fine. Non culpamus verorũ Chymicorum

An Galenici ignorent quid dent.

Propoſitio vana.

Qui ex ſola Chymia & oculis vulcani iudicat ſine ſenſu & ratione naturali, neſcit omnia illa.

Chymia poteſt omnia ex omnibus pene elicere.

ſtudium: attamen iudicent ſapientes poſſitne id eſſe rei eſſentia, quod corruptione prioris eſt genitũ. Deſtillatio aquas & olea elicit, nõ ineḳiſtentia actu naturæ, ſed potẽtia. Etenim non fiunt ſeceſſu vt in lacte, ſed per tranſmutationẽ in vapores & aerem ſpirituoſum. Ex hoc ſecunda tranſmutatione redeunt in aquas vel olea, Quã etiam terram & ſalem vocant: ea itidem fit aduſtione terreæ materiæ. Inde colliqueſcit in oleum, vel aquã, aeris miſtura humida, quod oſtendit repetita coagulatio per diuaporationẽ, ita vt alienũ elementũ ex aere in aquam mutatũ acceſſerit. Itane eſſentiæ ſaluæ educuntur? Cumque etiam ſola putrefactio oleum præbet, quod saltẽ ſegregandum eſt, quiſque videt eſſentiam miſti periiſſe, ſi oleum eſt ſulphur, & tertia pars ſubſtãtię. Deinde cum Neoparac. ſenſibus ſecundum naturę integritatẽ tribuat minus nihilo: Nihil autẽ ſcire aut intelligere poſſit ſine ſenſibus de operib. naturæ integris: Conſequens irrefragabile eſt, ipſum nec quid nec quale nec quantũ ſcire. Itaq; in igne reuerberij eſſatũ argumẽtum redit in caput ſophiſtæ. Quod autem ſenſus repudiet, in æſtimãdis naturæ operibus integris audiemus infra, nõ obſtante eo quod oculos artificiales in mutata iã natura, aut etiã per artẽ corrupta admiſit.

Deſtillatæ aquæ fiunt ex coruptione, longe aliter ac in lactis ſegregatione.

Senſibus fidem adimẽs nihil ſcit.

Quid

Quid autem conficeret illa propositio, si vel nihil adhiberetis, qui quid, quale, quãtum nescit; vel forte fortuna, quo pacto solent curare Neoparacelsici, more andabatarum oculis clausis, verũ palparet, an tunc quoq; naturę repugnãtia daret? Et si illud scire omnino velit necessitatis esse, attamen cõiecturam & probabile iudiciũ adimere non potest. Itaq; Galenicis magnum relictũ solatiũ est cum non fenestra sed ingens porta elabendi sit concessa.

Assumtum negamus constanter. Et primum argumentũ falsitatis eius sumimus ex verbosissima probatione. Si.n. verum esset, quia veritatis simplex & breuis est sermo, non tam ambitiosis nugis opus habuisset. Sed falsa quæ sunt & ficta, fuco sunt cõmendanda. Veritas seipsa est contenta. Notabunt autẽ studiosi ex erutis rebus ambages & lenocinia verborum nihil aliud habuisse quam phaleras fucumq; vitia tegentem. Deinde quęcunq; obiicit de compositis, si vera essent, nõ tamen comprobarent καθ᾽ ὅλου. Nam cum Galeni non adhibeant cõposita tantum, sed & simplicia: Curant.n. non raro frigida aqua, manna, cassia, rhabarbaro, zingibere, vini spiritu, vino, pane, & aliis innumeris, quibus adde spiritum lunæ, salem scordij, absynthij, oleũ carabes, aq. destill. & similia:

Verbositas plerunque arguit rei defectum.

Galenici nõ vtuntur tãtum compositis.

non est consequens eos naturę repugnantia adhibere, propter imperitiam.

Cadit ergo ex dimidia parte tam operosa probatio. Insuper ideo etiam assumtum negatur, quia probatio eius principiũ petit. Etenim non satis est ad fidẽ dicere, cõpositiones Galenicæ sunt confusæ, sigillatim id demonstrandum est, & opponenda ratio firmior. Quoniam vero Neoparac. Theologus ille abnegatus, iudicare id nequit, neq; etiã iudicat, cum artificib. solis, & ex professo medicis plurimum ea res facessat negotii; qua facilitate nos confusionis accusauit, ea repudiat. In secundo munimento ab argumento inscitię seu ignorationis simpliciũ, pars est ignorantię elẽchus. Antecedens. n. futile est. Quantum enim humanæ industriæ scire licet, quantumq; manifestauit naturę autor his in locis, in quib. versantur, & monumẽtis quorum cõpotes fieri potuerunt; id Galenicis omni vi ingenij & sensuum per tot experimenta mundi est acquisitũ, adeo vt quod in arte constitutum est, id nec dum possit labefactari, reliqua vero, quæ ad artis seu complementũ seu ornamentũ, augmentumve facta per experientiam accessione indies cognoscuntur, neutiquã velint repudiata iidẽ: In quo ipso sentiet & Neoparacel. sibi non mediocrẽ restare laborem, huma-

De compositis Galenicis falsarius pastor nequit iudicare.

Galenicis plus sunt simplicia cognita quam Paracelsicis. Quod qui negat, commẽtaria inspiciat de totius orbis simplicibus concinnata, cum vix vnus Dornesius ex Paracelsicis ediderit aliquid, &c.

humana induſtria in hoc viuendi ſtatu nunquã aſſecutura noticiæ abſolutæ terminum. Vana autem eius fiducia eſt, qua ſupra dicebat, SCIRE ſe quid nobis deſit. Imo ſcimus nos viciſſim nihil ipſi deeſſe, quã omne facultatũ ſapientiæ, & virtutum ethicarum genus. Nos & in Chymicis eſſentiis exploratas habemus, quantũ ab homine fieri poteſt, virtutum medicarũ conditiones, & in totis naturæ operibus: hoc tamen addentes, nos contentos eſſe, ſi eſſentiæ aliquo vſq;, nempe ad certũ perducãtur terminũ puritatis. Vltra non operamur, ſcientes corrũpi potius in infinitũ illas poſſe, quã certa ſciẽtia cõprehendi. Ex quo exurgit nobile in aduerſarios axioma, nempe illis nunquã cognoſci poſſe rerum naturas, quib. mutandi nullus tandẽ ꝓpoſitus eſt finis. De ſpecificis dicimus, cũ ſola vere experiẽtia & effectis pateant; ſiue ſint eſſata ſiue non, nobis vtroq; modo ſpectatos effectus, patefeciſſe vires occultas; quanquã hanc adhibeamus modeſtiã, vt ſympathias & antipathias ſingulorũ ad ſingula & coniuncta, omnes, nulli homini penitus explorari poſſe ſtatuamus. Itaque fatemur nos nõ magiſtros naturę, ſed diſcipulos eſſe, quandiu hic mũdus durauerit. Paracelſici dũ ſibi perfectã arrogant noticiam, nõ immerito & ridẽdos & comedendos

Falſo ſcit Paracelſicus ille.

Galenicis non ignota ſunt Chymica.

Veri Chymici terminũ agnoſcunt, &c.

Specifica.

Modeſte de ſpecificis ſentiẽdum, cũ, vt Damaſcenus & alij dicunt ſæpe fallant.

dós se propinant omnib. Quæ adhibet ille de cibis & poetico chao, arguunt iudicij inopiam. Discat prius intelligere cōpositionis rationem; tunc iudicet, si qua facultate potest. Autoritas Aristotelis, Arnoldi, Galeni nos nō confundit: sed autorē allegantem incōstantiæ turpissimæ reum peragit, quod cum in præfatione solū appellauerit Vulcanum, & contra Galenum omnia conuocet arma igniaria, oblitus fœde suæ ipsius sententiæ, nos premere testimoniis velit. Et Aristotelem quidē ferre bene possumus dicentē τὸ δυνάμενον: ex quo nulla necessitas cogit semper vti simplicibus. Pauca etiā non sunt singula. Itaq; non excludunt compositionem. Sed & ille non intelligit singulare virtute, & singulare numero essentiæ simplicis. Componimus multa: at hoc fine vt vnū virtute faciamus; imitantes naturā quæ & ipsa ex contrariis miscet multa: Et non tantum ex primis miscet, sed ex mistis porro cōponit facitq; longissima serie composita. Si naturā imitarentur Paracelsici, non reprehenderent nostras misturas, quæ ex arte factæ sunt, & ita cōprobatæ experientia, digestione etiā mutua ita vnitæ, vt iam pro vno & simplici habeantur. Ita & cibatio se habet: vt hāc Neoparacelsi reponamus: In qua, cum multis iisque diuersissimis vtamur; natura

tamen

Chaos poeticum.

Autores pro Galenicis.

Singulare duplex.

Finis compositionum.

Compositio est naturæ prior.

tamen ita operatur vt omnia quantum iustum est, redigantur ad vnam sanguinis naturam, toti corpori non repugnantem, sed salutarem, modo ne quid intemperanter & præter naturæ vires ingeratur. Non autem pudet hominem Arnoldum nobis opponere & Galenum de quibus constat quod plurimis vsi sint compositionibus. Sed ille Pseudo Theologus, falsusq; Chymicus, & stolidus Paracelsista discat prius quid sibi velint; & nobis oggannire absistet. De Spagiria similiter insanit. Si compositionibus ea non delectatur: si in vna herba, vnoquoque simplici ita operatur vt id, ad eos actionum gradus reducat, quo officio sibi a natura demandato sine aliorum opera satisfacere possit: quorsum omnes pene Chymiæ autores, & Paracelsici plurima componunt; nec sine adminiculis elicere essentias possunt, imo eas corpori vt plurimum ob vehementem vim sine correctorio aut vehiculo non ingerere valent. Dicite vero vos, qui salem Neoparacelsicum, & sputum vitrioli lingitis, hauritis ne ea sine aliis? An non dedit ille vobis diluta, sacharata, & alia? Quorsum Quercetanus negat Spiritū Vitrioli per se datum carere noxa, & omni pene simplici extracto addit correctiones, vt ad extractum Turpeth Ol. nucis mosch. & Zingib.

Chylosis.

Arnoldus Suus est compositus.

Vide & Andernaci sententiam de Vet. & noua med. com. 2 Dial. 6. Vbi simplicia per se non bene sumi posse ait. Ideo cōpositionibus studendum. Is autem insignis fuit Chymicus.

Ipse paracelsicus non bene potest sua sine correctoris dare.

Ad Hermodact. Ol. Cymini & Charyoph. ad Lathyrin Ol. amygdal: dulcium, & sic deinceps? Qui de lapide Philosoph. scribunt, corrigunt eum cum Spir. vini, & præbent cum cibo potuque vt plurimum; rarissime vero solum & per se. Paracelsus quam multa miscuit? Extraxit quidem plurimas essentias; at quas per se adhibuit? Lege septimum librum archidoxorum de specificis. In his nullum est simplex, præter illud quod ad suffocationem matricis est. Et vt exemplũ in promptu sit, accipe specificum purgatiuum.

Lapid. Phil. correctio.

Paracelsus componendo corrigit.

Recip. Magisteria Tartari
Vitrioli an.

Misce: adde quintam esse; Croci ad æquas partes. Digere per pelicanum in arena per mensem: serua.

Quid iam Neoparacelse? An tuus antesignanus non fuit peritus artis tuæ essatæ, & signatæ? An illi defuit simplex purgans? Sed quæso expedi nobis causam cur coniunxerit magisteria duo An vnum non satis purgabat? Sed audi prolixius.

Recip. Opij Thebaici. ℥j
Succi arantiorum
Limoniorum an, lib. ß.
Cinamon.
Charyophill: an ℥ß

pul-

Puluera tenuiter (vides eum etiam puluerare) misce: pone in vitro cum alemb. cæco. Digere in sole per mensem. Exprime.

Pone iterum in fimo, & digere cum sequentibus.

Recip. Musci ℈ß Ambræ ℈iiij Croci ʒß succi corall. Magisterij perlarum an: ℈ß Misce cum expresso ante. Digere per mensem. Adde postea quintæ essentiæ: auri ʒß. Misce. Ita idem arcanũ tincturæ componit ex septem tincturis appropriatis &c.

Quæso te, Neoparacelse, fatere aut te falsum seu adulterinum Paracelsistam esse, aut conduc arithmeticum, qui calleat cubicam, seu radices quadratas, aut etiam totam Algebram, vt possit te docere cur de vnoquoque tantum sumserit; cur sic & non aliter componendum fuerit: cur hæc & non alia miscenda, vt dolor leniretur.

Dum tu hoc curaueris, nos interim varias colicas mitigabimus foris quidem vel anate viua, vel stercore suillo, alioue euporisto; Intus tum succo alij, Theriaca & aliis, tum Clystere pro causa morbifica, eoque interdum adeo simplici, vt saltem sumamus oleũ cum vrina &c. aut, *Colica.*

quem

Cratonis clyster ad colicam. quem Crato facit, ex decocto veronicæ ex iure Gallinaceo addito maluatico & myrrha &c. *Odontalgia.* cum etiam dens dolebit; non tam operose componemus, neque menses duos ad misturam (vt taceam quantum insumendum sit, si simplicia sint præparanda) poscemus; sed si causam contemplati fuerimus, statim imponemus. si quidem res feret, oleum lunaticum; vel essentiam oleosam camphoræ, vel etiam salem ammoniacum & similia; quanquam non raro Ol. Philosophorum, Galla, Tormentilla, acetum calidum &c. idem præstitit.

Præcipitatus Bodensteinij. Desideras etiam aliquid de Bodensteinio? Vide quo ille vsus sit præcipitato. An non facto ex auro & Mercurio? *Sal Veneris nouus paracelsi.* Sal veneris, quē tu vendis, vix e sola ærugine est. *AmVValdi panacea ex croco.* AmvValdus non solo vtitur croco ad panaceam suam; nec sola Zedoaria ad terram sigillatam. Si vellem omnes percurrere, si vllus in te pudor restaret, arborem ad suspendium quæreres. Abi iam, & quid profitearis, dispice. Ita respondendum ad stulta ista somnia fuit. *Emblemata paracelsica sapientia.* Veruntamen perpendamus etiam emblemata. Nam accurate tractandus est Neoparacelsus, vt videat ne micam quidem salis sapientiæ essatæ in se reliquum esse. *Etiam plebs scit quid dēt Galenici.* Negat nos intelligere quid demus. DEO gratia quod etiam vulgus nos ab ista calumnia liberare possit. Tam stultos ille

tos ille ſapientulus putat homines, vt Spiritum vini porrigentes, neſciant ſpiritum eſſe; aut baccas lauri credant eſſe pilulas caprarum. Sed hoc conuitium nulli competit, niſi Paracelſicis. Dum enim per tot menſes digerunt, vrunt, calcinant, deſtillant, cohoſant, deſcendunt, imbibunt, ſublimant, & neſcio quid aliud agunt, reuera neſciunt quidnam effectum ſit per tot labores. Hæc vt verum eſſe putes, inſpice diuerſorum operas. Salem alius hoc putat eſſe; alius illud; alius Magiſterium; alius primum ens; alius tincturam, alius aliud. Argumento eſto ſal Neoparacelſi, qui tota natura diſtat a ſale veneris. Ita quod ex coraliis fit; aliis eſt ſal, aliis Turbith, aliis quinta eſſentia, aliis magiſterium quæ tamen omnia ſunt formis & viribus vt aiunt diſcreta ſicut & præparandi modis. Liquor inde factus aliis eſt oleum; aliis Spiritus, aliis aqua; nobis reuera eſt aqua aut miſta in aquiformem ſubſtantiam ſolutio, id quod indicat coagulatio per aquæ diuaporationem. Nec ignorat ipſe aduerſarius iſtam artis ſuæ inconſtantiam. Itaque aliorum præparationibus fidem ſuam alligare non vult. Et eſt certe rerum multarum ea conditio, vt variis operandi modis in mille ſpecies prompte poſſint mutari, quarum nulla eſt id, quod ante fuit.

Paracelſici vertigine operarũ multiplicium acti, ignorãt quid faciãt, & propinẽt.

fuit. Corrumpunt Paracelsici naturas aliquoties inter laborandum; cum absoluerunt; hoc primum ens est, hoc elementum ignis (quod tamen in rerum natura peculiare corpus esse negat Dornheuser) hoc aqua; hoc phlegma; spiritus, oleum, crocus, mercurius, sal, sulphur, turbitum; omnino omnia sunt quæuis.

Dissensio in mineralibus.

Quidam ex illis contendunt mineralium essentias debere extrahi ex Mineris terræ, antequam vllum solem aut ignem sint passa, vt ait Dornheuserus. Persuasum enim habet essentiam effugere, cum sit in Spiritu. Neque id temere. Maxima enim pars essentiæ in spirituosa parte aerea aut ætherea, vt loquuntur est; sicut destillationes euincunt, & euaporationes quæ tandem cadauer corpusque relinquunt mortuum, quod Chymici omnes norunt, indeque tam diligenter vasorum rimas claudi iubēt, quanquam non omnis in fugaci sit halitu, sed quædam in sale, & oleo fixo &c. Contra alij non essentiam sed venenum cum halitu abire contendunt, vt cum sit essentia arsenici, antimonij & alia.

Quidam volunt venenū cum spiritu abire, vt interdum Theophrastus, &c.

Paracelsus in lapide faciendo diligenter mandat vt aurum per cementum & antimonium exacte purgetur, ne ab eius malicia

licia quis lædatur: Ita argentum in cineritio & copella ad purum vrunt. Si fuit virtus in minera seu vena integra; cur iubetis aurum & argentum excoctum sumere? Cur Paracelsus alias iubet auri essentiam colligere, & Mercurium antequam coagulatur? Idem ille in Marcasitis crudis longe nobiliorē quærit essentiam, quam in coctis ex quibus exhalauit. Attamen alias etiam has sumit. Cedo mihi Paracelsistas decem. Secludam omnes; iubeboque operari sigillatim, & efficere essentiam antimonij. Ni tot res exhibebūt, quot sunt numero, ausim sponsione certare. Alius afferet regulum antimonij; alius vitrum; alius crocum per descensum, alius per ascensum; alius calcem, alius sublimatum florem album; alius terram cineream; alius croceam & nescio quæ alia. Si iusserim eosdē mihi præparare, Mercurium Philosophorū; & auri sulphur quam putas illos discessuros? Nouimus, qui Dornesij præparationes naso suspendit obunco, & Paracelsum, si viueret, scribit a se disciturum. Dornesius, vicissim pungit alios. Neoparacelsus suas prædicat. Crato ait Paracelsum deprauasse vere accepta ab aliis. Porta suo modo coquit supplantando item Paracelsum &c.

Chymia paracelsica totuplex quotuplices laboratores.

Ander.

Andernacus quædam probat; multa improbat &c. Incredibile est quanta sit Chymiæ Paracelsicæ incertitudo & vanitas. Nostra pharmacopolia contra; quo modo & ratione quid factum complacuit, & sui vsum fecit; eo semper fit. Itaque apud nos poscenti crocum, datur idem; Et sic in aliis. Posce a Neoparacelso salem; Vitriolum dabit, aut æruginem. Sed annus non sufficeret ad ista omnia ostendenda. Adeste iam quicunque iudicare scienter potestis; & ferte sententiam, quæ secta illa sit, Quidque præbeat.

Galenicorũ constantia.

Pungit autem nos per essentias; quasi eas non extrahentes nec componentes ignoremus, quid sint. Auscultate. Qua facie se natura melius aperit; artificiosane, & fucata, an genuina? Veluti Rhabarbarum, vnde agnosces ex Chymia ne an ex horto? An non ex horto? Nam huius beneficio etiam Chymici illi norunt se Rhabarbarũ excoquere, & non stercus. Qui porro præbent certius; illine qui faciem natiuam corruperunt, an illi qui eam integrã prius spectandam proponunt, quam in corpus immittant? Equidem hos opinor. Cur ergo ignorant Galenici quid præbeant? Nec mihi obiicias te quoque prius visum & iudicatum coquere. Dornesius tibi respondet, parua rima effugere posse essen-

An Galenici ignorent res.

Res rectius ex integritate natura noscuntur quã ex Chymica transformatione.

Paracelsicus omnem rem ignorat.

tiam

tiam ita vt tu præter feces nihil retineas. Quid autem si per occultos meatus se subduceret tuus Spiritus, & lutũ tuũ nil moraretur? Tibi ne affirmanti credam? Quo signo docebis id quod extraxisti ex Rhabarbaro, eius essentiam esse? Præparationem frustra allegas. Petit enim principium. Oculos & alios sensus non potest consulere. Essentia enim sensilia accidentia non curat. Effectus restat. At non tantum Porta, & Quercetanus, sed & alij autumãt in residuo corpore vim essentiæ superesse etiam post vstionem. Hæc enim fixa cum censeatur, non auffugit sed in sale, & oleo vltimo restat. Vnde etiam acumina priorum extractorum peti solent, ad effectum non eundem solum, sed & efficaciorem. Magna fide merendum est, vt Paracelsica extracta pro rerum essentiis agnoscam. Neque vero sibi persuaderi patiantur studiosi semper præstabilius esse essentiam enucleatam dari, quam integrum.

Nam integras negat sensibus cognosci: ex tracta natiuam formã exuerunt, nec sunt amplius id quod fuerunt.

In capitibus mortuis restat fixa essentia.

Natura ipsa optime cognitum habet quid ex terra matre, suæ substantiæ iungere; quidque asciscere debeat. Cumque omnia creet hominis causa, quæ voluit inseruire eius sanitati internę, ea ita contemperauit ipsa vt nihil possis reprehendere, sintque omnia DEO iudicante excellenter bona. Assit iam Chymicus Paracelsista, &

Non semper extracta cõcinnanda.

tibi persuadeat hoc abiici debere, & melius reponi: isne hoc exactius sciet quid cõueniat naturæ institutore? An ille ignorauerat hoc fore saluti tuo corpori? Sed reponitne melius? Examina, & videbis. Sumit aurum; addit antimonium; vel cuprum; salem lateres & reliqua; idque purgat. Deinde corrodit vel aqua forti ex cinabari, sale Petræ, vitriolo, sale ammoniaco: vel argento viuo; sique vult aurum vitæ facere; Mercurium retinet; & amalgama seu malagma more aurifabrorum conficit. Hoc soluit aqua forti; & ad ignem postea massam cogit rubeam, quam extinguit vini spiritu, infundit, siccat; datque pro vita seruanda. Intelligis Mercurij corpus manere. Nam id reuiuiscit paruo artificio imo sæpe ex loci frigore & humiditate; fitque id quod prius erat sine vllo defectu. Sed & agnoscis aquæ fortis iniuriam, & alteratione impressam qualitatem tam facile non elui. At hæc non raro sunt noxia. Si id collaturum erat saluti tuæ, an ignorabat additamenta autor naturæ? Ostendit & vsus, quod auri simplex puluis nulli hactenus nocuerit; multis vero illud aurum vitæ. Paracelsus fatetur præparationem aliquibus conferre nouas vires, veluti lapidi Philoso-

An paracelsici melius supponant.

Philosopho-

ſophorũ qui non operetur ex natura ſpecifica. Procul dubio ergo non ſatis fidendum erit Paracelſicę Chymiæ. Non tamen nego quod aliquæ correctiones fiant per artem componentem. Id ſolum oſtendiſſe ſufficiat, in plurimis, naturam longe melius integram dari, quam ita ſeparatam: quia aliqua ipſa contemperauerit optime, ita vt integra nocere nequeant; ſoluta vero a commiſtis in homogenea compoſitione, non ſint tuta, ſicut experietur is qui integrum bibit acetum, & qui deſtillatum radicatum: qui ſuccum allij, & allium integrum &c. Idem ſenſit Quercetanus Chymicus, quemadmodum ſupra meminimus, cum agit de lathyride.

Aliqua correctiones arti non adimuntur, cũ & ipſa diuino munere ſit conceſſa &c.

Medicina noſtra per longam experientiam talia multa notauit. Didicit autem etiam hoc, quod vis coarctata in vno ſubiecto, felicius ad certos affectus & loca adhiberi poſſit, quam in altero; quod in vno gratior, fortior, & tutior quam in alio. Itaque arripuit Chymiam veram & conſtantem vtraque manu, & cauet ſibi ab adulterina illa Paracelſica quantum poteſt. Itaque apparet nouerit ne noſtra ars quid præbeat an non, & conuitium ſatis eſt in autorem conuerſum.

Chymia vera medicina præparatoria inſerta.

Dicit porro nos quæ capiti debentur,

Abusus medicamentorum. vſurpare ad ventriculi ſordes eluendas. Non ignoramus non tantum totius corporis mirificum eſſe conſenſum, ſed & inter partes alias aliis arctius deuinciri, & vel cum iis, vel poſt pati. Sæpe cerebrum patitur propter ventriculum. Illi itaque opem laturi non immerito huius ſordes euacuamus. Sed & nouimus vnam eandemque medicinā pluribus ſuccurrere membris; veluti baccæ lauri inſeruiunt vtero, ventriculo, epati capiti, articulis, quod didicimus adiumento ſæpius comperto. Itaque non abſurdum eſt, ſi adhibentur ad ventriculum etiam ſi cerebrum ſit ſaluum.

Quadā medicinæ communem vim habent.

Quadā certis membris conuenientem magis. Veruntamen confundimus nihil; neque tam ſtulti ſumus, vt pro ſanando per ſe capite vſurpemus baccas alkekengi, cum certum ſit has renibus, & veſicæ, imo venis ad exonerandum ſerum, conuenire. Itaque ille blatero iniuriam nobis facit. Quod ſi compoſitum affectum in corpore deprehendimus; vt vna vice ſit ſuccurrendum pluribus; vnusquisque intelligit, pruden- ter poſſe coniuncta offerri, ſi cætera reſpondeant, quam ſingula, niſi tam felix ſit ſimplex, vt omnibus ſimul proſit, qualia ſua omnia pene eſſe Paracelſici pronunciant.

Affectus cōpoſiti, confuſi vel complicati &c.

Paracelſici pene omnia dant ad o- Si etiam ventriculus eſt curandus, & ſuſpicio eſt, fore vt lædatur caput medicina ſurſum vaporante; quis culpet ſi defenden-

ſcendentia caput ſimul addamus, & prohibentia exhalationẽ? Ita ſi remotiora membra. Quæ cum nec didicerit Neoparacelſus nec intelligat, in nos debachatur furioſe. Quod ſi ſciret, aut conſideraſſet qua ratione Turbitum ſuum minerale compoſuiſſet Paracelſus; non ita demens fuiſſet.

Sed apparet hinc ad oculum, quod fugitiuo Theologo poteſtas aliquid ſapiendi non ſit conceſſa.

Negat nos ἰδιότητας ἀῤῥήτους intelligere. *De occultis proprietatibus.* Supra reſponſum eſt, quod ex facie externa quidem aliquid liqueat, & potuerit odore deprehẽdere Galenus Lycoperſium eſſe venenatum, ſicut & in noui orbis & indica hiſtoria planta quædam deſcribitur ſuo ſe fœtore abominabili prodens & venenata quædam odore ſaporeue deprehẽdendi facultas ne beſtiis quidẽ abeſt; Certitudo tamen ex operatione ſit petenda. Paracelſicis facultas iſta ademta vt plurimum eſt. Noſter enim nouus integra iudicio ſenſuum adimit. At eſſata, ſyncere iudicare nequit, propter corruptiuas præparationes. Quid ergo ſciat? Pungit nos per ſordes. Nos didicimus ſordes appellare illa aliena, quæ & natura dedignata eſt in ſocietatẽ ſubſtantiæ aſſumere; aut quæ cum cibo aſſumta iterũ deponit. Reliquæ

Sordes & reliquiæ. sordes neutiquam sunt, cum sordida creatura a DEO non sit condita. Vbi vero virtus per segregationem artis exemta est; superuacanea fiunt, & quadamtenus inutilia; & tunc liceat illi sordes appellare, quanquam Chymicis illis non semper sordeant. Cum extra solutionem vsurpantur tota; mentitur, quod sint sordes. Cantilenam illã de cibis, lurconibus, comedonibus, ventribus decantet; non medicis. Nulla est ratio istius asotiæ ad medicinam. Videat autem ne isto nomine ebrius semper Paracelsus sit accusandus, cui in ore hoc fuit, se pleno ventre curare ægrotos suos, id quod conueniebat epicuri de grege porco, & per consequens Neoparacelso apostatæ eius discipulo, quanquam non credam quicquam illum ex Paracelso didicisse præter conuitia.

Conuitium de Gula galenicorũ paracelso conuenit.

De Gradibus virium. De sapientia computandorum graduum, non opus erat illa superciliosa & stolida irrisione. Quod vsus notauit in generibus, ex singularium exemplorũ iudicio, quantum fieri potuit, accurato, quo pacto catholica constitui solent, & comprobari, id obseruamus, non ignorantes nõ omnes similiter iudicare; nec omnia singularia nec loca, nec annos semper respondere. Atqui vt regula aliqua sit; necesse est extare censum, quo plærunque æstimantur. Si hoc

Gradus ad humanam industriam

hoc non poteſt ferre Neoparac. aut confundat omnia, comedatque pro roſa mandragoram; pro bethonica euforbium &c. aut circulo deſcribat, & digito oſtendat, quæ nã fęmina in vniuerſo animaliũ genere ſit paritura hoc anno; & quæ arbor ſit mille poma exquiſitæ ſimilitudinis genitura. Interim ſciant ſtudioſi, iſtos gradus deſcriptos eſſe ſaltem in manifeſtis qualitatibus primis, quæ & tractiles appellãtur; eas autem tam in ſimplicibus, quã in contemperatis non tantũ tactu ſed & aliis ſenſibus exploratas; non quidem primo; ſed conſequenter, & ratione cum ſenſu concurrente. Vnde effectus, color, odor, ariditas, pinguedo & alia coaceruata multam medicinam iuuerunt. Eadem ratio obſeruata eſt in ſecundis ſeu materię affectionibus. Vires autem illas occultas, norũt abſque Neoparacelſo ſic exacte in ordinẽ redigi non poſſe, quanquã & in his quæ perpetua ſunt, aliquæ notatæ ſint claſſes, vt de venenis, purgãtibus & aliis conſtat. Multo minor Neoparacelſo certitudo eſſe de virium gradibus poteſt, vt qui fallaci præparatione peragentia violenta non raro decipitur; elemẽtaria vero credit a ſe prorſus extirpata non requiri ad medicandũ, quo argumento veſania hominis patet. Virulẽtæ inſaniæ eſt, quod eructat nos putare,

Vt ſit aliqua potius regula quã nulla reuocati.

Vires occultæ.

Etiam occultarum aliquos ordines notatos eſſe.

Dementia Paracelſici.

Confusio Galenicorum. artis esse multa confundere. Si impurum a puro in ipso per ignem reuerberij separatum esset, tam improbe non foret mentitus.

De Arnoldi dicto in vsu simplicium. In regula Arnoldi pari vtitur arte. Inquit ille, vbi simplicia habentur: ne forte dicamus non haberi: addidit cuique regioni in magna copia suppetere. Quid? Etiam mare fert illa simplicia, & Lybiæ arenæ, & Arabiæ Petræ? Imo simplicia ibi assunt, si semper vel aqua, vel arenis, vel saxis aut serpentibus curatio perficeretur. Ille loquitur de simplicibus curatiuis, seu salutiferis: Loquitur & de facultate eorum, ita vt bene possint adhiberi. Quid si tu nec Vulcanum, nec eius instrumenta haberes; si æger prius millies moreretur, quam præparares; si tibi deesset simplex idoneum; mallesne officium deserere, quã vel simplici crudo vti, vel composito? Qui vero si respueret æger tuas sublimationes? Si ipse certam expeteret medicinam, a qua olim esset adiutus? Si tuæ auariciæ non posset satisfacere? Tibi tuisque Paracelsistis in omni loco facile est remedium inuenire, qui non raro verbis, & imaginatione, & characteribus, & imagunculis curatis; quæ facile est vbique circumgestare, idque sine defectu. Nam vt vt profuit illa res, semper plus iuuare potest. Veruntamen

Non omnis locus fert ac commodata remedia, vt mundi historia omnes cum experientia testantur.

Non nascuntur in hypocaustis & plateis omnia.

men ſpecifica & appropriata quę ſola probas,non vbique inuenies. Et ſi ex quauis re obuia poſſe te per chymicas exaltationes proprias medicinas facere putas,inſanis deliraſque totus. O nos læuos qui talem geneſin non habuimus, quanquam eodem cœlo aliqui nati ſumus, quo Paracelſiſtæ. Attendat tamen Neoparacelſus ne fallatur. Cum enim repudiet exotica, velitque per patria curam fieri;ſi forte Erfurdia vocetur Rhodolphopolin; quorũ illa vltra ſyluam Thuringiacam,hæc in radicibus ſita eſt, atque adeo differt loco nõ parum, caueat ne longos menſes in præparatione,aut etiam congeſtione medicinarum conſumat;id quod ægro minus futurum eſſet vtile. Confectis enim pridem Erfurdiæ non poteſt vti alibi, propter locorum diſſenſum,vt ſtolide garrit. Ex tertio methodi Galenicæ, noſtræ compoſitioni, vt putat, aduerſantem exſcripſit ſententiam.Galenus ibi agit cum Theſſalicis de vlcere curando,& rationem cõpoſitionis eorum examinat. Componebant autem illi per σύμβασιν ſuam oſtenſis medicamẽtis vel per inſomnia, vel fortuitam confuſionem,vel computationem & enumerationem quandam aut coniecturam, hoc profuiſſe huic, illud illi, nec vnum competere omnibus: Itaque eſſe ex ſingu-

De loco Galenico contra compoſita.

Theſſalicorum compoſitio.

lis faciendum miſtum. Huic ineptæ confuſioni Galenus apponit illa verba quæ recitauit Neoparacelſus: Non autem illis qui ſecundum veram methodum, quã ſatis ibidem inculcat ex indicationibus ſuis, commiſcent pharmaca, de quibus & nominatim addit; ἀλλὰ γὰρ ȣ̓ πρὸς τȣ̀ς τοιȣ́τȣς ὁ λόγος. Neoparac. vero non attendit iſta omnia Paracelſiſtis dicta eſſe, qui neque ſciunt medicamenta ὡς ἐμπειρικοὶ, ὅτι μὴ βȣ́λονται, neque ὡς λογικοὶ, ὅτι μὴ δύνανται, & omnino κατὰ περ. τινὲς ὄνοι λύρας ȣ̓δ᾽ ἐπαΐειν ἱκανοὶ τῆς τοιαύτης θεωρείας εἰσι, μήτοιγε δὴ λογισμῷ τὸ δέον ἐξευρίσκειν. Hoc eſt; Neoparac. repudiat experientiam; quia in Vulcania officina ſedens, & inſpiciens eſſatam anatomiam ex præparatione parat iudicium. Sic nempe, vt, ſi ex India illi offeratur flos ſanguineus monardis, cuius vis medica latet, ipſe ſtatim deſtillet inde aquam, oleum, quintã eſſentiam, &c. vt vertat modo in ſalẽ, modo in mercuriũ, modo in ſulphur, & citra omnem experientiã ex ſola præparatione dicat; Hæc res facit ad epilepſian ad morbos mercuriales, ſalares, ſulphureos, &c. Itaque non ſcit vt Empiricus, ſeu peritus medicus. Rationem etiam habet mancam, cum indicationes non ſumat ex corpore curando, vt ibi facit Galenus, ſed ex eſſentiis medicinarum. Igitur nec ſcit vt ra-

Idem Galeni locus arguit Paracelſicos ſtultitia.

vt rationalis, Atque ita omnino ſicut aſinus lyram, ita is ne audire quidem poteſt contemplationis noſtræ rationem, nedum ipſe ratione ſua conferentia medicamenta invenire. Hoc ipſi reponimus, ſiquidem vlla autoritate erat vtēdum, præter Vulcaniam, ſeu igneam & ferream. Adhuc de probatione quod ignoremus quid demus. Aſpergitur autem corollarij gratia talis paralogiſmus:

Galenici in componendo non ſequuntur naturæ præſcriptum, ſed pro libitu ea vtuntur: *Galenicos pro libitu vti natura more tyrannorum.*

Ergo non ſunt eius miniſtri; ſed tyranni.

Et per conſequens aliquando patientur ea quæ euenire tyrannis conſueuere.

Antecedens probatur; quia calida obiiciunt frigidis, hæcque viciſſim illis, vbique nituntur ſaltem opinione, nec cognitum habent quale vnumquodque exiſtat. Et hoc proſyllogiſmo alio munitur: Quia internas rerum qualitates diſcrepantes ab externis non poſſunt videre vel percipere ſine alchymia.

Negamus antecedens, quanquam aliquam libidinē ſeu potius libertatē vtendi nobis

Galenicis etiam arbitraria electio est medicinarum. nobis concedant necesse est Paracelsistæ, etiamsi Ilia rumpantur illis. Ad probationes dicimus, primam quidem de calidis & frigidis, quod omnino ignoret elenchum. Plane enim contrarium arguit. Si enim natura iubet calida nō calidis (nisi aliquādo κατὰ συμβεβηκὸς) sed frigidis ad temperiem reducere; & contra frigida calidis, id quod totius mundi cōsensu constat, adeo vt ciconiis quoque, gruibus, hirundinib. ranis, &c. non sit ignotum; certe naturæ præscriptum obseruant. Sed ille infelix Sophista, putat nos non attendere si quid occulti in morbis sit, cui opponēda sit vis totius substantiæ. Nos & hoc obseruamus & calidis per se, qua calida, frigida opponimus, si quidem illa excessu suo morbum affectionemve produxerint, aut minitentur. Videant autem illi belli homines, ne olim in phlegethonte sudantes, excoquētesque suam essentiam exemplo diuitis in Euangelio sitiant frigidam.

Insania Paracelsi negātis calida frigidis per se esse alteranda.

Galenici nō spernūt crases, & non semper simplici calore, sed & temperato vtuntur.

Galenici nō semper opinantur. Secunda probatio apertum est mendacium. Vtimur in multis probabili coniectura, sed in pluribus scientia certa est, & hæc quidem in omni artis præcepto constans firmaq; habetur, illa non nisi in praxi, cum præcepta ad singularia accommodantur. Si sua theoremata tam feliciter in vsu adhibere potest Neoparacelsus, vt

nusquam

nuſquam hæſitet, ſed ſemper digito monſtret, hæc venula obſtructa eſt, hic eſt cauſa epilepſiæ, &c. Et ſic accommodabo remedium certe: Ita ibit ad locum affectū, ſic operabitur; hac illa hora ſanabit, &c. diuinus plane vir eſt, & venerandus non aliter, quam ille aſinus qui portabat ſacramentum. Verum hoc ſibi impoſſibile eſſe, arguit contemptus anatomiæ topicæ, & ſenſuum. Tertia eadem lepra contabeſcit. Nam & hoc fictum eſt, quod ignoremus quale quodque exiſtat, vt qui ſenſu conuicti ſine alchymia ſciamus ignem calidū, glaciem frigidam, &c. oculis diem a nocte diſcernimus: aurib. audiuimus Neoparacelſum eſſe fugitiuum ſacerdotem: guſtu percepimus eius ſalem ſapere vitriolum, quin & oculis vidimus eius colorem primo eſſe ſubuiridem; cum gallis autē mutatum fuiſſe in atramenti nigredinem. Ita naribus diſcernimus ambar ab allio, & quanquam Paracelſus in aqua omnium, ambaris odorem agnoſcit, adiuuāt tamen alij ſenſus diſcretionē, omninoq; in propriis & communibus accedente rationis vſu plurimum ſine alchymia valemus. Nō tamen repudiamus illam medicinæ NOSTRÆ ancillam. Neoparacelſicam ne caſſa quidem nūce redemerimus. Eſt enim fraudulentiſſima meretricula.

In omnium artificum praxin cadit deliberatio, cuius principium eſt opinio.

Impoſſibile eſt Paracelſicis praxin exercere demōſtratiue.

Senſus Galenicorum.

Paracelſi Chymia eſt adulterina.

Quo-

Quomodo autem occultas vires cognoſcamus & diſcernamus a manifeſtis, ſatis ſupra dictum eſt. Sufficit hic Neoparacelſi mendaciũ indicaſſe. Dictum & de tyrãnide eſt. Omen illud fati tyrannici hactenus ſæpe experti ſunt Paracelſici. Si neſcit exempla, repetat ea ex hiſtoriis. Epilogus huius partis fœtore Neoparacelſico ornãdus fuit, ne parum immodeſte ſe geſſiſſe perhiberi poſſit. Sanos ait nauſeare noſtra; Ergo multo magis ægrotos. Stulti hominis, ſtulta cenſura. Sani non opus habẽt medico; cumq; illorum natura ſimili conſeruari geſtiat; contraria merito reſpuit. Non tamen id verum eſt vſquequaq;: Etſi enim medicinam reſpuunt; non tamen ſemper medicinæ materiam. Gaudent enim vino plures ſani, etſi illud ſit medicina multis ægrotis, &c. Equidem ſanus nõ ita abhorream medicinã ſumendam mihi aliquãdo ægroto, quanquam non iam appetam. Diuerſa ſunt non appetere, & nauſeare. De copia ſupra dictum eſt; & telum repulſum in cerebrũ Neoparacelſi & ventrem. Adhuc patuit falſo negaſſe aduerſarium quid demus nos ſcire, & id crimen recte tributum eſſe Paracelſicis. Patebit autem idem etiam in ſequentibus. Nunc de Quanto. Negat noſſe Galenicos quantum dent, hoc modo:

Paracelſici multi pœnas tyrannicas perſoluerũt.

Nauſea Galenicorum.

Manifeſtũ delirium.

Qui

Qui Alchymiam & artificiosam separationem ignorat, is nescit in medicina quantitatem dosium veram. *An Galenici ignorent quantum dent.*

Galenici ignorant Alchymiam, &c.

Ergo Galenici nesciunt veram dosium quantitatem.

Propositio firmatur, quia sine illa nescitur quantum essentiæ & virtutis in re sit: Et huius prosyllogismus est, quod nulli fructus terrę quotannis prodeant eadem copia & efficacia: Quod influentia cœlestis quotannis non sit eadem: Et hoc iterum probatur experientia extractionis; cum sæpe multum essentiæ ex vna re sit, sæpe parum; sæpe nihil.

Propositionem negamus, vtpote elencho secundum quid vitiosam. Non enim simpliciter ignorantur doses veræ ignorata alchymia, sed saltem quatenus ex hac petuntur. Alioquin sensuum & rationis adminiculis, & experientiæ etiam indies spectandæ, examinandæq;, si vel quotidie nouæ nascerentur herbæ secundum singulares, tantum tribuimus quantum nec Paracelsicis, nec vniuersæ alchymiæ, cum & hæc nullius sine illis sit momenti. Itaque & primum firmamētum propositionis euanescit, & secundum cum tertio. *Doses nō pendent ex Chymia simpliciter.* *Sensus, ratio & experientia pluris sunt tota Chymia.*

Etsi

Etsi enim concesserimus omnia: tamen nihil necessitatis sequitur de Alchymia, multo minus ac Adamo necessaria ea fuit, cum rebus cognitis nomina indidit, & cognouit sine Spagiria tribulis non esse viuendum, sed pane; corpusque aduersus iniurias defendendum, indumentis diuino indicio sine coctura agnitis. Nominatim autem nihil comprobat Neoparacelsus ob delusionem Chymicam. Cum enim vel negligentia laboratoris, vel inscitia rerum, & operum turpis (quam cadere in Paracelsicos necesse est; Omnes enim fere ex alieno studio, quidam etiam sine literis inuaserunt Chymiam, veluti hic noster fugitiuus pastor, aurifices multi, quorum aliquos noui, interdum & vnguentarij agyrtæ, & similis fecis alcinoi) adde etiam secundum Paracelsicos quod infelix hora, malus genius, constellatio sinistra, quæ ipsi in suis scriptis aperte agnoscunt, deprauare rem poßint, nõ est consequẽs, si parum vel nihil extrahitur, culpam esse in natura, cum in artifice, & circumstantiis aliis tanta poßit esse variatio. Natura nos ita non decipit. Nos sæpe eius momenta non aduertimus. Etenim si quis oleum ex baccis lauri recentibus nimium velit destillando educere, is experietur se pene laterem lauare, & parum aut nihil extra-

Chymica præparationes fallaces.

Ignorantia propria Paracelsicorũ.

Ex his nota, quod modus præparandi sit accommodandus reb. præcognitis,

extrahere, quia tunc aquea humiditas excedit, nec dum sat excoctũ est oleũ. Si item nimis veteres elaborare velit, iterum specadet, quod aut rancidum oleum, aut nullum sit accepturus. Non totum est in annorum & regionum discrimine. Prudentia in vsu item necessaria est, & delectus circumspectus, in locis, aere, aquis, cultura, qualitatibus sensilibus & reliquis adiunctis effectisq; : ante quam artifices adsumant materiam; sicut Dornesius in magna Alchymia diligenter monet, non prius coquens, sed sensuum iudicio & ratione examinans, inde ad Chymiam pergens. Sed reliqua inter emblemata addemus. Assumptum fictum est, siue veteres Galenicos intelligas, siue recentes. Illi enim quanquam non habuerint excultam Chymian & integram; rudimenta tamen & primordia agnouerunt multa, & quidem beneficio Arabum satis mature etiam excultam.

& non cognitio ex praparatione petenda cōtra insaniā Paracelsici.

Omnis enim ars potentiā naturæ prius in materia cognoscit prius, &c.

Certissimum enim est in Galenica schola ante natum Paracelsum viguisse Chymiam, quanquam non in omni loco æque excellenter & culte. Id arguimus non tantum testimonio Cratonis, Andernaci & aliorũ, ad quos ducentis ante natum Paracelsum annis Chymici labores apertissime descripti, & continentes omnia pene, quæ

Galenici ante Paracelsum fuerũt Chymici, & hodie absque illo artem colunt.

postea deprauauit Paracelsus & obscurauit, peruenerunt; sed & ipsorum autorum libris toti mundo pene notis, veluti Raimundi, Arnoldi, Vlstadij, Gebri, Richardi & innumerorum aliorum, quibus Arabum Galeniq; doctrina non sorduit. Recentes vero adeo profecerunt in illo studio, vt apud eos solos vera sit, Paracelsicis tam variantibus, vt vnusquisque sibi propriam confingat; suoque ingenio videri velit optimas nosse præparationes, quæ res non constantiam artis, sed leuitatem temeritatemque imperitiæ arguit. Itaque ne vmbram quidem artis habent, tantum abest vt artem, quam necesse est axiomatis perpetuis methodice comprehensam esse, citraq; omnem mutabilitatem constare firmam. At Paracelsici ne sciunt quidem artis morem. Artem vbi tenebunt? Non est ars, in furnis coquere quęuis, modo, vt cuique videtur aut incertus Vulcanus operatur, aut vt fortuito res inter laborandum exit. Principium rationis rectæ perpetuum operationibus est supponendum, &c. Et penes quos ars esse potest, nisi illos, qui omnem vitam in natura cognoscenda consumere gestiunt, & se proprie illi studio emanciparunt? Organicines, aurifabri, perditi monachi, fugitiui pastores, barbitonsores, myropolæ, & id

Inter Paracelsistas non potest esse Vera Chymia.

Ars Chymia non est coctio in furnis, &c.

& id genus hominum sinistro genio a deserta statione propria ad alienam delatum, ne possunt quidem eam obtinere, cum facultatem a natura ne quidem ad rusticos precatiunculas docendos, annulos formandos, & alia, in quibus primi anni consumti sunt, nedum ad arcana naturæ exploranda, quibus nulla vnquam vnius hominis ætas sufficit, acceperint satis idoneam. Sed ne putet nobis deesse cornua, quibus referire vel audeamus vel possimus, duo addemus, primo per retortam oleum Antineoparacelsicum agemus euincentes maledicum illum sua nobis vitia ascripsisse, postea emblemata, vt in aliis fecimus, ita etiam hic considerabimus:

Qui nescit quid det; ille non potest scire quantum det:
Paracelsici nesciunt quid;
Ergo & quantum.

Paracelsicos scire quantum dent ex præparationibus impossibile est.

Propositio firma est ex affectione necessaria subiecti & adiuncti. Assumtum ita firmamus: Aut corrumpunt res prius per naturam factas Paracelsici suis separationibus, & transmutationibus simplicibus, aut saltem seruata naturæ sinceriore substantia segregare aliena, & obstantia operationi optimæ conantur. In nullo horum operum essentiæ noti-

ciam assequuntur, qua tamen ignorata ipsum quid est per se ignorari necesse est.

I. De corruptione.

Etenim ex propriis ipsorum principiis, aut simplices res atque adeo ipsa elementa tractant; aut circa mista occupantur.

De elementis.

Elementa autem sincera sunt, aut vitiata commistione peregrini, veluti cum aqua terreis partibus intermistis impurior reddita est, & sic de aere.

Syncera ex Chymia per se non sciuntur.

Sincera, vel non possunt esse subiectum Chymicæ operationis; si quidem illa separat impura, & præscriptum sibi terminum suæ operationis habet, essentiam depuratissimam; atque ita si a Chymico adhibentur κατὰ συμβεβηκὸς in vsum eius veniunt: Per se enim nihil Chymicum est, nisi elaboratum ex artis istius præscripto. Et differre naturam ab arte notum est: Vel necessario transmutantur in aliud symbolicum. Iam autem transmutatum dare, pro eo ex quo transmutatum est, est quid pro quo, alterum pro altero dare, & si hoc fit eo nomine quasi ipsum quod elaboratum est, des, opinione turpi te falli necesse est.

Elemēta cōmista Paracelsica tractata iterū ignorantur, quia ante præparationem latent, post alia occurrūt facie atque alia.

Sunto commista, atque adeo impura. Dico ex Paracelsicis axiomatis, si secundum illa depurentur, iterum latitare essentiam. Primum enim nullus Paracelsicorum terminos modumque istius confusionis scire potest, qui tamen scien-

ſciendus eſt, vt pateat quomodo, & quovſque purgatio ſit inſtituenda. Scire autem illud certo nec ante, nec poſt præparationem valent, ſiquidem ſenſus humani in hac ἀκριβείᾳ deficiunt. Secundum quid ſi ſciunt, aut coniiciunt: manifeſtum eſt, totum illud quod ex tali ſcientia extruitur, fortuitum, & coniecturale eſſe.

Poſt præparationem longe ſunt incertiores. Non enim tantum facilitas tranſmutationis in elementis eos fallit, vt putantes ſe illam ipſam ſubſtantiam arripuiſſe retinuiſſeque quæ ante fuit, non hanc, ſed aliam ex tranſmutatione factam, prehendant. Sed & de commiſtis dubitare eos neceſſe eſt, ſintne ea ſimplicia plane an miſta, quæ attenuata ſenſus ita fallere poſſunt, vt putentur ſeparata, cum nihilominus reſtent. Inſuper vix in aqua illa facultas offertur.

Ignis enim ſecundum quoſdam, corpus & materiam propriam non habet, ſed ſaltem in elementis communis quædam forma eſt; & ſi habet, ſpiritus eius tenuiſſimus nulla retineri poteſt Chymici opera, cum omnia penetret vaſa nullo obſtante lutimento. Aer quo pacto coercebitur, vt impuritates deponat? In mille formas tranſmutabitur citius, præſer- *Ignis.* *Aer.*

 tim

Terra. tim cum depuratio fit per ignes quibus admiſtum corrumpitur, &c. Terra nuſquam manib. hominum apparet tam pura, quia vere miſtas habeat particulas. Quo fit vt non huc ad confuſa ſeu imperfecte miſta pertineat, ſed ad claſſem ſequentem. *Aqua.* Reſtat itaque ſola aqua, quam tamen Protei inſtar mutabilem eſſe nemo ignorat. Oſtendit etiam Paracelſicus labor; vt vt depuraueris illa elementa, nihilominus ſeparari ea poſſe, & (quod ipſe dicebat) nullo fine ſeparationis, ex elementis iterum produci elementa. Imo vel leuiſſimo igne balnei ex aqua fit aer vaporoſus; Et vice verſa in ſummo hic in aquam redit. Sic tranſmutatum quomodo poteſt eſſe id quod prius fuit? Sed *Miſtorum ſeparatio.* ad miſta. Hæc aut ſegregant in partes miſtionis, aut in partem peregrinam ſeu foris adhærentem, & eam, quæ propria eſt, & hoc facto ſibi perſuadent, ſe ſolam vim ſpecificam & quintam naturam reiectis omnibus elementis & elementorum qualitatib. vt quæ externa ſint & peregrina rei, cuius natura intima ſit cœleſtis ſubſtantiæ elicuiſſe.

Separatio miſtilium corrumpit miſtum. Si illud fit, certum eſt, ſubſtantiam miſti corruptam eſſe, nec rem amplius eſſe id quod fuit ſecundum formam. Eſt autem miſti forma, illa ipſa craſis ſubſtantialis,

tialis, quæ facit vt miſtum ſit id quod eſt. Si ergo iam Paracelſicus dat partem miſti, hoc eſt, ſalem, mercurium, ſulphur, entia prima, elementa, tincturas, &c. pro ipſa miſti eſſentia, neceſſario aut decipit, aut ignorat ſe aliud dare ab eo quod fuit. Nolunt autem audire deceptores. Ignorant ergo quid dent. Deinde nec viribus poſſunt ea eſſe iiſdem cum corrupto. Nam vires miſti extra miſturam non ſunt. *Vis miſti extra miſtionẽ non ſunt.* Inſuper ſi vera ſpecifica iactant ſe conficere, id quod noſter aduerſarius hic ad ratum ingeminat, non autem rei ſpecificum eſt id, quod ex ſoluta craſi emerſit; falſarij ſunt iterum, aut turpes rerum ignoratores.

Verum depurent ſaltem citra ſolutionem miſtionis, dicimus primum omnes *II De puratione.* eorum modos ita cōparatos eſſe, vt tranſmutent potius rem in aliud, quam depurent, aut in ipſa depuratione aberrent. Etenim cum depurationem inſtituant nō *Paracelſicorum depuratio potiſſimã partem eſſentiæ abiicit.* per altercationem principaliter, ſed per ſegregationem, at neceſſario accedat alteratio violenta, & in ſegregata fece teſtimonio ipſorum nihilominus reſtent puræ aut purificandæ eſſentiæ, ut Quercetanus, Porta, Dorneſius, Paracelſus, &c. de ſale ſulphure, oleo, & quæ ex fecibus eliciunt, affirmant, neceſſe eſt ingentē errorem

rem circa essentias eorum committi; vnde consequens est, nescire eos quid præbeāt. Veteres longe feliciores & circumspectiores fuerunt in extrahēdo per simplices infusiones, quæ reuera potissimam essentiæ partem, non soluta illa prima mistione & intima, educunt: Et quicquid veri de essentia habent Paracelsici; id omne tali extractioni debetur. Reliquæ operæ potius sunt corruptiones & generationes noui symbolici. Id quod etiam putredo in plerisque præmissa testatur.

Extractiones Veterum Veræ, at non id præ se ferunt quod stolidi Paracelsici.

Putredo Paracelsica ostendit non idem post dari quod ante fuit. Item dogma de specificis.

Deinde quod de specificis astruunt, & quintis naturis separato omni elemento, & qualitate elementari, id eius est absurditatis, vt necessario euincat delirare Paracelsicos omnino. Confectum ergo est ignorare eos quid, & ex confectario etiam quantum præbeant. Putet autem forte aliquis eos loqui modificate accepto essentiæ vocabulo pro eo quod simile esse fingitur, & comparate. Sed in artium informatione friuolū illud est, & ipsi Paracelsici plane videri cupiūnt se ipsas quintas naturas expediuisse. At hoc impossibile illis esse, patet, non minus ac de formali & specifica natura rei, quæ in materiatis extra materiam non est.

An Veras essentias expediant Paracelsici.

Nec fieri potest vt materiæ partibus solutis forma perstet integra. Non. n. absoluta

luta quædam res est forma mistorum, sed in ipsis existit elementis commistis, & ad vnitatem ex pluralitate redactis. Itaque & friuolum vanumque Paracelsi iudicium est, qui putauit morbum posse expui, sicut de febri scripsit, quod viderit eam vomitu redditam in terra trementem, quasi morbi sint quædam peculiares essentiæ materiatæ in animalis corpore hærentes. Hoc damus veræ Chymiæ quod in pauca contrahere essentiam seu crasin possit, cum ad formam & materiam seu substantiam non pertineat τὸ ποσὸν, sed τόδε τι εἶναι. Damus etiã hoc quod, cum non quoduis in quoduis abeat, sed in determinatum, quod pristinam resipit naturam, valeat certas medicinas etiam per corruptionem, & alterationem efficere, de quibus tamen non dicit, quod sint idem specie cum præexistente; sed aliquid inde factum per artem secundum potentiam naturæ. Si velit rem clarius intelligere, exemplum a lacte sumat. Hoc si separatum est, & in partes resolutum mistionis; non amplius lac est. Qui ergo butyro dato persuadere vellet se lac dare, vel lactis essentiam integram, vanus foret. Ita & Paracelsici cũ Rhabarbari salem obiiciunt; nunquam persuadebunt se nobis Rhabarbarum vel essentiam eius, ita vt reliqua sint feces præter essen-

Morbus paracelsi est aliquid separatim existens.

Vera Chymia quid habeat.

Lactis segregatio.

tiam accessoriæ, dare: Et per consequens nec quantum de eo dant. Nam corrupta substantia, affectiones non restant. Itaque in illo sale non potest esse vis Rhabarbari: perinde vt nec in sale venereo Neoparacel[...]is cupri.

Tertia pars essentiæ non potest esse essentia integra separata a reliquis. Et paracelsici solent solum salē extractum pro essentia vendere, reliquis loco fecum habitis vt patet in ceralius &c.

At illi boni viri per essatam anatomiam concludere volebant cuprum esse epar, & epar epate curari. Ergo ne corrupta essentia nihilominus id ipsum est quod fuit? Quomodo specificam proprietatem cupri mihi exhibebis, cū corruperis eius crasin, & tertiam partem substantiæ exhibeas? An nō per istam corruptionem vnumquodq; redit ad elementum ex quo factum est? Si ad elementum, an non etiam vires eius aliquę. Nam certum est educta illa elementa misti virtutem non posse obtinere. Mistio enim periit; nec illa virtus ex vno fuit, sed ex pluribus. Sed nec suam recuperat integram quam ante misturam habebat. Iam enim ea labefactata est vi contrariorum mistorum. Dum ergo nobis salē veneris dare cupis, quid est in eo de venere? Non vis misti, nec vis prima. An ergo scis tu quid & quantum nobis exhibeas? Sed attende aliud, quo tibi omnia tua eripimus.

Axioma hoc tuum est, Paracelsicos non vti nisi essentiis & specificis qualitatibus,

quas

quas vocas ἰδιότητας, ἀῤῥήτους. Essentia autẽ, & hæ ipsæ qualitates quia nullis sensibus patent, & ob id etiam ineffabiles dicuntur; nullum relinquunt sensibus locum, in cognoscendis; illis; Vnde omnia tribuebas præparationi Essatæ. Nunc etiam hoc addis; influentiam cælestẽ quotannis eandem non esse: Nec potes negare vnicuique indiuiduo esse vim determinatam, quæ sit cuique propria. Quanquam enim Antimonij vnius qualitas generica ratione respondet qualitati alterius; Et sic helenium hoc consentit illi κατὰ γένος συνώνυμον; tamen huius determinata vis, & forma vltima non est illius. Et ipsa quoque influentia (quæ vestra & omnium astrologorum vanorum sacra est anchora) quanquam sit vniuersalis, determinatur tamen directionibus ad loca non tantũ, sed & loci partes & indiuidua, ita vt nihil possit agere, nisi pro cuiusq; dispositione ad patiendũ. His ita constitutis & immotis; dico te omnino nescire, & quid & quale & quantũ in tuis medicinis. Quod enim vides, id non putas hoc esse, quod daturus es. Et postquã extraxisti; seu redegisti ad essentiã; scis multo minus. Nam notæ illæ & characteres sunt destructi; Et licet sensibus alias conceptas velis æstimare; illis tamen fides nulla est apud te, quia nullis nisi specificis

Paracelsica essentia est specifica qualitas ab omni elemento separata.

Hæc non incurrit in sensus. Ergo nec essentia.

Quod in sensus non incurrit, de eo nulla haberi potest scientia. Ergo essentiæ Paracelsicæ nequeunt sciri.

vteris,

veteris, a quibus omne elementum & qualitas elementaris sit segregata, atque ita licet vrat fauces, calidum tamen esse non credis. Nec si ex vniuersali & generica ratione repetere vim velis; determinata, & certa cuique indiuiduo proprietas id feret ex causa occultissima: Et tu id faciendo perinde insanires, ac ille, qui ex sua δυνάμει ad vescendum caseo, putat omnes pariter affectos esse: Cum ergo nec generice scias, nec specifiçe, consequens est te omnino nihil scire quid sit id, quod præbes; Et per consequens nec quantum nec quale. Sed demus tibi te scire quid des, veluti Spiritum Vitrioli: Cum tamen ignores virtutem specificam, quam nec effectu nec sensibus arripis, sed modo præparationis, impossibili secundum singularem & determinatam vnicuique proportionem: Nam ille modus est artis, sicut vis: Ars autem non in singularibus est sed in vniuersalibus præceptis, nec de singulari nisi confuse determinat: at propria & specifica noticia est ex vltimis determinatis natura vltima; non ex præparatione generica: necesse est te simul ignorare quantitatem eius, & verã dosin. Hinc te saluis tuis principiis extrica. Nunc ad emblemata.

Ais nullos fructus terræ quotannis eadem prouenire copia & efficacia, ob influen-

Si res cognoscendæ sunt specifice per præparationem, necesse est. Vt cuiusis singulari & vltimæ speciei respõdeat determinata præparatio specifica.] Sed hæc non est, quia Generica vsurpatur in generibus vt eadem in toto genere rhabarbari,

Ego nec noticia specifica est.

Alia apodixis ex effectu specifico negato &c.

fluentiam diuersam. Apparet imperitia ex non sufficiente causa. Non satis est Neoparac. influentiam cæli illam tuam, quæ tamen inane commentum est, ad fruges accedere, vt bonæ fiant; Semina si sint lecta, bene præparata terra, aer accommodus, pluuiæ solesque respondentes; tunc proficient bene. Præualent tamen in his bonitas seminis, terræque cum labore, & prouidentia agricolæ. Hæc si sint; vixtã infelix ibit annus, vt non aliquando respondeat tempestas, aut aliquo in loco, vnde peti potest bonum, si apud nos generatũ est malum, primas tamen tribuimus benedicenti DEO. Verum in illis nihil tibi aduersus nos præsidij est. Non annua tantum nobis sunt medicamenta; sed & annosa, quæque perferunt ætatem. Itaque si hornum vinum non est bonum; petimus bimum, trimum, quadrimum. Ne etiam nos putes infantiores piscibus esse aut auibus, quæ pabulo commodo in vno loco deficiente migrant in alium; & pestiferum aerem mutant salubri. Si Germanica vina nõ sapiũt, confugere licet ad Greca ad Italica, ad Hispana &c. Nec tibi cõdonamus mercimoniorũ ad subleuandam inopiam aliarum terrarum per copiam aliarum, & mutuam permutationem, contemtũ, & scurrilem elusionem. Vos ipsi non potestis carere

De causis prouentus frugum.

Si non in vno loco bonum prouenit, at in alio.

Orbis confert auxilia.

Bestiæ sapientiores paracelsicis.

Scurriliter eludit sophista commercia terrarũ.

rere vitriolo Romano, Vngaricoue; non Vngarico Antimonio; nō Mercurio Carnithio; non Arabico Vngaricoue auro, ni velitis nimis multū in Rhenano perdere. Coralia & Vniones Sala nō fert, neq; Gera. Vnde tibi hæc petuntur? Vnde anomala? Quam multi in illis estis Paracelsi de grege turpes? Non ergo deficimus in delectu. Et si non omnia grana tritici proueniunt valida; quædā proueniunt. Quę in humidis & depressis reperiuntur inutilia; ea petimus ex montanis. Quæ in caliginosis pereunt; saluantur in serenis. Ipsa natura satis nobis situ locorum diuerso consulit, ni generale malū terras infestat. Tam anguste non cogimur, vt non liceat expatiari. Tu vero cū tuis sensibus insensatis tibi caue, ne pro pane veneno vescaris. Dicis Chymiatros reipsa id experiri; scilicet non qualis tu es insensatus & irrationalis prorsus, sed quales hi, qui sensibus & ratione sciunt vti. Hi id experiuntur; tu experientiam habere vllam non potes. Et quid tu de illa re ex præparationibus tuis iudicares? An non scribis aliquos te vidisse Arsenicum tibi præparatum vnciatim vorasse instar butyri? An non te tripla proportione omnia tua validissima, & extremi gradus sumere velle? An non per mensem singulis diebus semunciam absque corrigente, Spiri-

Nobilissima Paracelsi pene omnia sunt peregrina, & nugator hic audet ea contemnere.

Chymici quinam experiantur inæqualem prouentum.

Spiritus vitrioli potare? Ab istis omnibus dissentiunt omnes tui Spagirici. An tu solus es qui cornicum oculos configere potes? Tui quouis modo paratum Arsenicũ intra corpus non admittunt, prudẽtiores hac in parte & circumspectiores veteribus; si veterũ Arsenicũ idem est cũ nostro, & nisi cadauer pro Arsenico præbeatur; Tu vnciatim voras. Tui aliquot guttas saltẽ, nempe tres, quatuor; ad summum drachmam Spiritus vitrioli non acidi solum, sed & dulcis, & balsami vitrioli exhibent; Tu semunciam indies potas. Tui sciunt ægrotis danda medicamenta, & esse aliqua extrema, quæ gradu non possint intendi salua vita, nisi in rarissimis ἀντιπαθείαις, aliquid peculiare aut ex accidente eueniat: tu triplam ad omnem patientem voras sanus eorum quantitatem? Itane nostis Paracelsici certas quantitates? Itane vobis conuenit in arte vestra? Infallibile hoc argumentum est, te nunquam fuisse nec Chymicum nec Paracelsicum. Vnde necesse est tuam experientiam cum illorum non conuenire, neç te posse quid certi de rerum prouentu felici aut infelici iudicare, vt qui pro essentiis cadauera appares. Ex vna libra tantum extractum, vno, quantum ex tribus alio tempore credo. Sed id non arguit naturæ defectum

Omnino ridicula & falsa persuasio de iudicio prouentus ex essentiis.

fectum per se. Poteſt euenire ex errore, mala electione, imperitia, & aliis. Quid vero ſi tantum impuri relictum fuiſſet, quantum ad pondus iſtud foret ſatis? Si ſeperatio te fefelliſſet? Nam vt Paracelſus ait, per Magiſterium tota ſubſtantia reducitur ad Magiſteriū; ſemperque in fecibus & capitibus mortuis apparet aliquid eſſentiale; Et ipſe artifex non raro ait arbitrio, & ſubſiſtit intra terminum certum; Quid ſi prodire vlterius? Copioſius extraheret? Exemplo te confundere manifeſtius libet Nicol: Monardes ſcribit Yucam in continenti naſcentem eſſe ſalubrem; in Inſula D. Dominici venenatam præſenter; nec diſſimilem alteram alteri ſi tibi offerretur illa planta ſeorſim: ſenſibus nullis vtereris nec effectum explorares, ſed ad vulcani oculos deferres; cumque dicas venenum omne eſſe in craſſo corpore: nullam eſſentiam vulcanus tuus ex ea daret, quam Dominicus miſiſſet, plurimam autem ea quā continens. Et inde tu certe ſtatueres de viribus & doſi. At ſi magiſter paracelſus omnia verteret in eſſentiam, vbi tua certitudo? Nihil ergo hinc certi licet concludere. Quid autē ſi aliqua auaritia (ignoſce non præter rationem ſuſpicanti) tibi perſuaſiſſet vitium? Scio tamen non raro offerri vel inania vel obſoleta. Et fraus eo proceſ-

processit, vt sæpe nobis mittantur cadauera, vel mari suffocata, vel aliqua arte nucleo spoliata, & inducta iterum colore aliquo, ne internoscantur.

Sed hoc nouit diligens materiarius, & exercitatus rerũ indagator facile per sensus, & rationem deprehendere. In mineralibus sæpe extra culpam sunt metallici. Nam etiam in vna vena variæ species confundi solent; sæpeque parua vis est in magna mole, vt liquatoribus metallicis constat. Maxime autem decipiuntur hi, qui ex venis essentias venantur, veluti qui sulphur ex crudis Marcasitis petunt, &c. Sed vsus etiam in his circumspectos facit, solẽt enim boni Chymici prius experiri artificiis quibusdam probatoriis: ne cæco impetu, & Neoparacelsica ἀναιϑησίᾳ ad Vulcanum delati oleum & operam cum pœnitentia sera perdant. Est autem illud examen non sine sensuum & rationis adminiculis. Neoparacelsus cum ait eos valde doluisse iacturam & tempus, de artificibus quibus solenne est post diligens examen sedulo laborare iuxta modum cuiusque, ne quid virium euanescat, aut effugiat de essentia, mentitur. Quomodo hoc potest esse verum de arte Chymica, quam fixæ essentiæ adeo fugere nequeunt, vt etiam in combustis restent? Si ars etiam totum corpus

Fallacissima Chymia sine experimento & sensu nihil probat.

Mineraliũ discretio artificibus quoque imponit.

Venenum mineraliũ plerumque est in spiritu. Ideo industrij prius torrent, aut calcinant illa, vt sint securiores. Crassum corpus semper est tutius contra Neoparacelsum.

vertit in magiſterium; iterum mentitur, aut ſtultitiam ſuam aperit. De ſui ſimilibus autem impoſtoribus imperitis vera loquitur: nec attendit artis hoc non eſſe, cum etiam ipſi artifices ſedulo monere ſoleant, ne quis temere adoriatur Chymian. Paracelſus cum Dorneſio & aliis pene omnibus peritioribus id ipſum in ſcriptis ſuis teſtantur profitenturque. Itaque Neoparacelſus non raro ſtulticiæ ſuæ pænas luſa opera dedit; nec naturam culpare poteſt, ſed ſuam ipſius dementiam indicat, dum illotis manibus ad eius penetralia acceſſit, & temeraria manu ignem & reliqua admouit, quanquam aliquando cum bono ſucceſſu; fortuna etiam cæcis columbis interdum ſuppeditante granum. Arguit: Si non eſt idem prouentus, doſis non poteſt eſſe eadem. Sed vane, Doſeos certitudo manet etiã parca natura. Definitur enim ea in optimis, ſecundum ſpeciem. Quid in ſingularibus requiratur, vſus & applicatio cũ præcedente diligente delectu ſatis monent. Do Rhabarbari optimi forte drachmam. Perueniat ad me deterius: gemino põdus, & quod ſatis ſumo. Si corpus nimium creſcit; non adeo ineptus ſum, quin infuſum dem, & expreſſum; Sed & tunc ſenſuum adminiculo, antequam propinem, vim exploro,

Imperiti interdum ſucceſſum ſortiuntur.

Vana ratio qua negat doſin ex prouentu diſſimili.

ploro, & reliquis conſpirantibus coniicio quid futurum ſit ex vſu. Noui autem experientia, quæ ſint notæ fortis, quæ debilis medicinæ, collatione inſtituta cum ægroti, temporis, & aliorum indicationibus. Ringat iam Neoparacelſus, quid tum poſtea? Scribimus Recipe, Recipe. Quid ſcribitis vos Paracelſici? Si non vultis Recipe, retineatis Decipe, id quod vobis hæreditarium eſſe, acceptum a ſpiritibus Paracelſicis, res ipſæ loquuntur. Delirat cum obiicit, nos veterum doſibus ita adhærere, vt caligas citius relinquamus. Sutor vltra crepidam. Mendacium fœtidum eſt. Obiicit iterum capacitatem poculorum; ſed nouo cum conuitio, quaſi iuraſſemus necare ægrotos. Supra ſatis reſponſum de copia eſt. Qui iurarint necare ægros; euentus oſtendit; nempe illi, qui pro benedictis eſſentiis in ventriculos ingerunt corpus illud, ex quo fit atramentum ſcriptorium. Sed pecco dicens Neoparacelſum iuratum. Eiuratus potius eſt. Vt enim libere graſſari poſſit, conſcientiam iuratam non tenet. Et ideo DEO & Eccleſiæ iuramento renunciauit, ne eſſet aſtrictus vllo ſacramento. Videant ægroti, quo medico vti malint, periurone Neoparacelſo, an Academico iuramento non ad male, ſed bene ex præſcripto artis faciendũ

Experientia & vſus rerum notas bonorum habet & malorum, & eas etiam in ad ulteriis artificioſis pleriſque.

An adhæreamus veterũ doſibus.

Capacitas poculorum.

Paracelſici iniurati, vt eo liberius graſſentur.

Vtendum iuratis medicis ex Academiis.

obligatis. Sed non ad omnia conuitia est respondendum. Adhuc de quanto.

Iam de Quali.

De qualitate medicinarum ignota Galenicis.

Qui pertinaciter defendit crudorum vsum, & non ad essentiam redactorum, is non intelligit qualia det medicamenta.

Galenici pertinaciter defendunt &c. ergo &c. Propositio patet; quia quodlibet corpus habet aliquid veneni, etiam alimentosum: quod nec artificiali nec naturali coctione separatum morbos creat. Qui ergo cruda dat & defendit; is nescit se venenum dare & defendere. Habere autem quodque venenum, arguit autoritate Paracelsi in morbis, medicamentis, & diæta. Item confessione nostra.

Omne crudū seu Chymice nō præparatum venenum dicitur.

Est & prolepsis: Cum enim obiicere possit Galenicus, nos non ignorare illud venenum, sed anteuertere & cauere diætæ legibus: Stultos nos vocat, & negat nos etiam diætam intelligere, quia spagiriam non calleamus; quia firmamentum & pyromantiam non obseruemus; quia operemur tantum secundum libros absque ratione & solertia. Sed hic parumper subsistamus.

Pro-

Propositio duplici ægrotat Sophismate,& impuritate gemina adhuc polluta est. Primum enim non vsquequaque verum est, quod defendens & adhibens cruda, qualitatem eorum non intelligat: Ad probationem vero dicimus quod pari fide decipiat. Neque enim omnia cruda venenum habent neque omnia excocta eo carent; Et is, qualis sit res non intelligit, qui quales affectiones seu qualitates in ea nec sensu, nec ratione, nec experientia didicit, non is qui defendit & exhibet cruda. Deinde est & homonymia in CRVDO. Quicquid dissimile est corpori nostro nec adhuc per coctionem assimilatum, id crudum vocari solet. Hoc si quadamtenus admittunt Galenici, non sunt adeo trunci, & plumbei, quam eos Neoparacelsus proclamat. Sed aliud crudũ intelligit? Quodnam? An hoc quod coquus ad ignem non præparauit? Non. An imperfectum & immaturum? Neutiquam. Quid tandem? Quod non essatum est, seu spagirice ad essentiam & qualitatem specificam redactũ, seu vt loquitur cuius impuritas nondum separata est ab impuro per anatomiam essatam. Sed quid ille stultus sciat de crudo? Pater noster: debebat præire rusticis suis, idque didicerat: quis malus genius eum tam crudum & impurum & feculentũ fecit, vt

Non omne crudum venenatum.

Crudum.

Crudum paracelsicum.

Crudum verum. cit, vt se immisceret rebus non intellectis? *Est & crudum metaphoricũ pro imparato, vt charta cruda, &c.* Crudum opponitur cocto; quotuplexq; coctio est, totuplex etiam cruditas. Hoc si ille scire cupit; Philosophorum libros perlegat & intelligat. E sua carbonaria præter lutum, fuliginem, fumumque promere pro sua stulticia nihil potest. Nec tantum sapit aut valet ingenio, vt absq; illorũ cortice nare possit. Sed reliqua postea. Propositio itaq; adeo feculẽta, nihil habet essentificatæ veritatis, aut sane parũ, quod tamẽ illi non patuit. Firmamentũ propositionis *Ingesta corpori.* straminecũ est; ex parte etiã Phantasticũ & Vtopicũ. Ait omne corpus aliquid veneni habere; etiam alimẽtosum. Somniauit aliquando quædã pharmacorũ esse simpliciter medicamenta, quædã medicamenta alimẽtosa; seu omnino eorũ, quæ in corpus ingeruntur, quędã aliment[illegible] quædam medicamẽta, quædã alimenta medicamẽtosa, præter ea, quæ temere quidã solent immittere, ita vt nec agant in corpus, nec id immittere, ita vt nec agant in corpus, nec id immutent, nec multum ab eodem vicissim patiantur. Ille vero ineptus corpus ita diuidit, quod aliud sit alimẽtosum, aliud nõ, quæ diuisio apud medicos non extat, nec *An omne corpus venenatum.* in logicis ferri potest tam simpliciter. Sed est ne omni corpori venenum? Asserit ille. Sed impudenter & imperite. Si enim Paracel-

racelsistarũ medicamenta omnia aut corpora sunt, aut corporeæ affectiones, quid nobis ille ineptus ex illis parturiet, cruda volebat addere. Ferulam ergo temeritati. Sed neq; hoc verum est. Sanguis crudus est respectu membrorum, quibus nutriendis est destinatus. Est ne is venenosus? Qui mẽsas secundas ex cerasis, pomis, nucibus, & eiusmodi admodũ salubriter vsurpant, facile agnoscunt deliriũ hominis. Sed vnde patet venenum crudorum? Quia morbos creat. At fictum falsumq; est omne crudũ gignere morbũ. Væ ergo auibus, piscibus, feris & omniuo omnibus crudiuoris, vna cum plantarum genere. Et si crudum veneno suo morbos creat, factus inde affectus pestilens & venenatus erit, quod cum non sit catholicũ; arguit sophismatis ineptiam. Apparet etiam hunc fugitiuũ sacerdotem vna cum professione biblia abiecisse; in quibus non tantũ hoc est, quod ad salutẽ hominis omnia sint cõdita post diuinam gloriam; sed & hoc ꝙ benedictione a lapsu quoq; sanctificẽtur omnia, quodque Christo teste cibꝰ intrãs in corpus neminẽ polluat. Si cruda omnia sunt venena, quomodo veritas hoiũ cõstare potest? Autoritas Parac. inanior est cassa nuce. Mentiť ille fugitiuꝰ, dũ eũ monarchã Philosophię & syncerioris medicinę vocat. Omniũ Thessalorum

Non omne crudum venenum aut morbiferũ.

Paracelsus dissolutus scurra.

Paracelsus dissolutus scurra. rum maxime insaniens fuit Thessalus, in DEVM impius; in naturam contumeliosus, omnium bonorum osor; qui vna cũ temulẽtia spirituũ malorum commercũ perpetuo coluit; &c. sed eum ex virtutibus ornarunt tum alij multi, tum nuper qui istud tuum impurum scriptum primus condemnauit confutauitq; medicus doctiss. peritissimusque Hubnerus. Sed qui fit vt iterum tuæ conditionis turpiter sis oblitus? Vbi tuus vulcanus? Galenum allegare aduersus nos non potes, qui neque eruditione neq; ingenio assequi eius scripta vales; Et si istis facultatibus instructus esses; inuidia & odium tibi oculos pridem ita excæcasset, vt minus in ipso videres, quam in picta tabella Thamyris. Nostra confessione dementer abuteris. Quanquã enim malo vsu quædam nocere fateamur; & vires interdum non respondere diætæ: non tamen dedimus tibi omne nocens venenum esse. Abi ergo cum tuo insulso paralogismo ἐς κόρακας. Audiuistis sophisma; Percipite nunc etiam aspersa ornamenta.

Qui cruda dat, non statim dat venenosa. Dicit nos porrigere venenosa, quia cruda & indigesta. Quid si tibi sitienti daremus vini maluatici, aut saltẽ aquæ fontanæ potum, num venenum dedissemus? Posset istud videri. Nam prunas candentes cumulatim capiti ingessissemus, a quibus

bus si per anatomiam essatam segregareris, bene tibi foret. Sed intelligunt omnes male dictum. Nos quod facimus, aperte facimus & sanos testes nostrarum præparationum & compositionum ferre possumus in foro, vbi publica extãt pharmacopolia. Tu quid in vulcania coquas tacitus, & solus; quodque inde sine teste occultis præparationibus & materia proferas etiam atque etiam vide. Nam nostris hominibus fucus valde subolet; nec prius desinemus te veneficũ vocare, quam expressis verbis, & candide dicas, quid & quomodo præpares, & exhibeas. Vis postea venenum cuiusque corporis debere separari coctione vel artificiosa vel naturali: Tametsi falsum est, quodque corpus esse venenatum; cõcedamus tamen, vt te premamus. Si natura separat coctione sua venena: & quodcunque a natura perfectum, & ad vltimum essentiæ terminum perductum est, id ab eo simul coctum maturumque factum est: Nullum igitur perfectum, natura erit venenum, & per consequens cum a natura accipiamus illa integra nostra, falsum & fictum erit istud tuum impudens commentum. Perge porro etiam ita ratiocinari: si more artis vestrę separat venena natura coctione vẽtriculi, & reliquorum membrorum: vos

Galenici nõ fugiunt publicum.

Paracelsici suspecti de veneno.

De separatione veneni.

cum ex capitibus mortuis facitis sales, ex vrina & stercore & aliis excrementis (sanguineo, spermatico) præstantissima vestra arcana, quid facitis? Essentiam dices colligimus. At ista res venenum erat? si essentiam veneni conficitis, & hominibus pro medicina offertis, an non estis venefici? sed & cum ex auro argentoque elicitis non essentias, sed excrementa: ex ære æruginem: ferro ferruginem: & hæc magisteria vocatis, & magna morborum adiumenta, an non iterum non entia rerum ipsarum, sed entia venenorum cuditis? Adeo pulchra est Paracelsistarum & inprimis fugitiui sacerdotis doctrina, vt se ipsa quam optime destruatur. Quid autem fiet, cum regnum a se ipso dissidet? Corruet. Est autem non præter rem, quod vera Chymia dicatur venenũ separare. Quibus enim id in essentiæ spiritu est; in illis facile perit coctura, assatione, diuaporationeq; alia. Quibus in adhærente impuritate, ea liberantur hac subtracta. Quibus in virtutib. mutabilibus, seu qualitatibus; iis alteratio correctionem affert. At quod Neoparacelsus asserit omne venenum in crasso corpore separabili a subtili substantia esse; falsum dicit, vnde & decipitur dum putat id, quod Chymici extrahunt, semper esse essentiam seu partem subtilissimam

Paracelsici excrementa separata a natura in arcana vertunt.

Metallorũ excrementa Paracelsicorum magisteria.

Vera Chymia venena separat a venenatis.

Venenũ non omne in crasso corpore.

Chymici nõ semper subtilissimã rei partem quærunt.

ſimam vires per ſe continentem, &c. Eſt & in hoc mirificus quod ſeparationē naturalem ſaltem ventriculo aſcribat. At ventriculus nihil per ſe ſeparat. Eius enim eſt ex cibi diſſimilibus partib. efficere vniformem chylum & heterogenea vnire. O te male conciliatum. I rudiſſime omnium, & diſce prius te NOSSE, conſulens ventriculum tuum quid agat, niſi forte tuus ventriculus non eſt homogeneus noſtro, qui ſeparata prius cōminuit, & in vniformē maſſam omnia redigere & confundere cōſueuit, vix vaporem emittit. Id ſi tuæ ollæ & cucurbitę imitarentur, non tam ſæpe perdita eſſentia feces redderent ad ſpeciēm aliquā plauſibilem compoſitas. Bodenſtenius in præfatione libri de Tartaro ait, quod in ſtomacho ſulphurea ſeparentur a ſalſis & mercurialibus, expellanturq; in inteſtina, reliqua duo (ſalſa ſcilicet & mercurialia) tranſmittantur iecori, vnde porro ſalſa perducantur ad renes in quibus fiat tertia digeſtio, mercurialia vero in totum corpus ad illud nutriendum. Verum ineptit totus vna cum Paracelſo, a quo iſta deliria accepit. Dixerat autem, ſulphur puriſſimum, eſſe balſamum humani corporis præſtantiſſimū, quod putrefactiones prohibeat: Item quod ſulphur ſit omne pingue,

Ventriculi officium.

Bodenſtein de Ventriculi actione.

gue, quod incendi possit & in tenuissimã sulphuris substantiam verti. Si hoc verum est, & non tantum simile curatur simili; sed & nutritur, separatur autem cibi sulphur ad intestina, vnde excernitur: quomodo tum medicamenta tum nutrimenta ad balsamum reliqui corporis perueniunt? & licet dicat nullúm istorum principiorum per se purum esse, sed adhuc cõpositum ita, vt in sulphure sint sal & mercurius, sulphure excellente: naturæ tamen appetitum & finem, peruertit. Magis enim debebat id appetere, in quo sulphur & balsamus erat magis. Et quæ ratio sit sulphur potius in mercurio & sale perduci ad epar, quam in sulphure? Mẽtitur autem quod ventriculus separet feces à chymo, vt patet anatomicis. Sed ita delirent necesse est, qui spretis principiis veris hominem extrà hominem quærunt, eiusque membra in officina liquatoria, in mineralibus, &c. inspiciunt.

Paracelsicorum deliria.

Inter morbos Paracelsum celebrare ENS veneni inter cætera fere pro nobilissimo contendit. Esto istud Paracelsicum, quanquam non ignoremus istum χενόδοξον in libro de Tartaro omnes morbos ex hoc deduxisse. Nobilitatem illius entis mihi non prædicauerit. Fortassis totus Paracelsus ex eo ente fuit; quia scribitur monarcha

De ente veneni.

narcha philoſophiæ, & ex duabus gentibus nobilibus natus fuiſſe. Et conſentaneum id ferme eſt. Nam qualis cauſſa, talis effectus. Virulenta conuitia tale ens decebant. Cum etiam omnes Paracelſici ſibi arrogent nobilitatem, & inſigniter ſint maledici, ex eodem ouo fors ſunt prognati: Sed quæſo Neoparacelſe, ſi aliquis morbus in corpore eſt, qui vocatur ens veneni, & vos curatis ſimilia ſimilibus, num dabitis venenũ, vt quis ictus a ſcorpione conualeſcat? non equidem dices, ſed ſimile membro, contrarium vero veneno. Cur ergo ſupra deteſtabaris axioma medicum περὶ ἐναντίων? ſed & ſi veneni aliquod ens eſt in paruo mũdo; ſeu per ſe, ſeu ex accidente; an nõ id prius eſt in magno? Si quædam eſſentia (quæ idem eſt quod ens) venenum eſt; cur dicuntur ſaltem feces & corpora adhærentia eſſentiis eſſe venena? Verum quidem eſt aliqua totis naturis nobis eſſe inimi[illegible]. Vnde non ad conſeruandos nos; ſed alios vſus ſunt data. At Neoparacelſo ἀκατάληπτόν τι ea res eſt, ne eſſentias cudendo aliquando procreent venena. De ente veneni dicit aliquid ol. feciſſe Galenicos. Vox ipſa ex tartaro cum Paracelſo in medicinam irrepſit. Rem quod attinet, ſciunt noſtri, malo vſu tam cibos nocere, quam pharmaca;

Si eſſentiæ aliquæ ſunt venena, non ſola adhærentia illis venena erunt.

maca, nec omni naturæ & conſtitutioni competere omnia, magiſtra experiētia. Si noxam aliquis venenum nominauit, perinde vt regina Maſſagetarū Thomyris vinum inebrians venenum nuncupās fecerit. Philoſophi tropis non crebro luxuriantur. Tu vero iterum imperite garris de ventriculo ſeparante, ventris equini non immemor, in quo digeritis ad totum vnione partium efficiendum. Nos leges viuendi præſcribere, & ægrotos curare non pleno ventre comiſſantes cum ipſis more Paracelſico in perpetuum autoris & diſcipulorum opprobrium, ſanare moleſte fers. Itaque quo potes veneno illud noſtrum inſtitutum afflas, & iniquiſſimas duriſſimasque leges vocas. De iniquitate nemo conqueritur, niſi iniquus. Duritas delicatis appellatur, cum gulæ eorum, veneri, & aliis non conniuemus, quanquam non ignoremus in ægrorum gratiam & concedi multa & ſumi, vbi præſertim reparabile damnum eſt, & deſiderium validum. Tu imperitiam tuam prodis, & nefarium ſarcaſmum id nobis male interpretando, quod natura morbi, cauſa, ſymptomatum & alia præſcribunt, quod non fit ſine ratione, vt tu turpiter mentiris.

Iterū de ventriculi officio.

De diæta præſcripto.

Regula diætetica non iniqua.

Aegrotis quædam cōceduntur.

Vocas nos ſtultos: Tu ergo ſapiens cum ægris

De ſtulticia Galenicorū.

ægris tuis deliciare, bibe vina Hiſpanica, cum febricitãtibus ad ſatietatem & ebrietatem Paracelſicam vſque: laua cum eis in paroxyſmo, & venere vtere; Da illis ardente toto corpore, quod vno hauſtu amyſtide bibant ex cella vinaria: ingerere iube ſalſa, pinguia, mellea, alliata, & reliqua. Bene conſules.

An Galenici nihil ſapiant de diæta.

Sed cur ais nos nihil ſapere de Diæta? quia ſcilicet nihil nouimus de Spagirica & artificioſa ſeparatione, nec vnquam vidimus, quid in cibis latitet. At iniquus valde es. Tu ipſe ventriculo attribueras illam ſeparationem, nec ego vllum noui Paracelſicum, qui ſuadeat culinam transferre in officinam deſtillatoriam adeo rigide, quanquam interdum contendant etiam aliquid nutritionis in eſſentiis illis ſuis eſſe. Qua in re miraculoſum quid profitetur Porta, qui ex corpore extracta quinta eſſentia quantitatis paruæ virium autem & nutritionis præſtantiſſimæ, affirmat ægrotos triduana inedia erectos & ſtomacho derelictos, & vitam & robora recepiſſe, ſi credere dignum eſt. Nec negamus fieri etiam a noſtris caponum deſtillata, & ſimilia, ad ægrotos ſuſtentandos. Extrahi etiam ex hordeo ptiſanam & alia. At id non in omni morbo neceſſarium eſt, deprehenſumq; experientia

Eſſentia ex cibis extracta.

Caporum deſtillata.

Non omnis vbique cibus Chymice extrahendus.

rientia est sine illo tam laborioso labore facilius fieri inscula, & alia tum roborantia, nutrientiaque, tum etiam alterantia. Memento illius axiomatis Aristotelei, quod nobis obiiciebas: Frustra fieri per plura, &c. Item natura paucis contenta est. Hæ tuæ fuerunt cantilenæ, quas tibi vicissim occinimus. Quod si sana est contenta paucis, quid morbo affecta, nisi is est bulimia? Ita tamen moderamus omnia vt vires durare possint vsque ad suum iudiciũ, tam in chronicis, quam in acutis. Separationes illas artificiosas sciuerũt nostri, antequam omnes Paracelsici in vtero terræ sunt destillati. Itaq; tu mentiris, scribens nos in Diæta non vsurpare extractiones virtutum nutrientium. Quid tibi autẽ vis cum pyromantia? Num poscis vt ex igni diuinemus, sicut tu supra ex manibus per meretriculam tuam Chyromantian? ex Arabum factione deducitis artẽ Paracelsicam. Illorum vicini Chaldæi, Medi, Assyrij ignem colebant, & hostiis mactatis ex eo scire cupiebant de rebus futuris. Itaque si statim voraret victimas, diffusa flamma, & tranquilla, pura perspicuaq; emicaret, absq; fumis rutilis & reliquis, annuere ceptis DEVS iudicabatur. Vos ergo arrepta inde arte ex cocturæ flammis de salute ægroti similiter vaticinamini? Amet vos

Natura pauca desiderat.

Ita Dornæus explicat vocem hanc de præsagio ex igni cũ ignis astra se palã faciunt hominibus. Voluit fortassis pyronomian dicere, sed rabies in diuersum rapuit.

DEVS

DEVS veſter, vt niſi reſipueritis, hic & ibi cum eo in medio eius complexu ſitis. Nobis laudi eſt, eiuſmodi impia non tentaſſe. Videtur autem ille nugator ignis regimina intelligere ad coquẽdos cibos neceſſaria, ſi quidem de diæta agit. Nos medicos & coquos ſimul non profitemur, quanquam non raro monendi inſtruendique ſunt ipſi coqui quatenus & quid coquere debeant. Alias non ingerimus nos alienæ arti. Neoparacelſi hoc artificium eſt vbiq; eſſe totum; hoc eſt nuſquam iuxta illud: Quiſquis vbique habitat; maxime nuſquã habitat. Quod ſi vult nos cibos quoque ad eſſentiam redactos; ęgrotis offerre debere, agnoſcimus id aliquãdo neceſſarium eſſe, nec omitti a noſtris vt prædiximus: omnino tamen & more Paracelſico id efficere, nec vtile nec neceſſarium eſt. Sed nõ tantum coquos nos eſſe vult, verum etiam Aſtrologos. O nos læuos qui non coemimus & exoſculamur mendaciſſima Paracelſiſtarum calẽdaria, indeq; diſcimus quando & quid edendũ bibẽdumq;, qualis aliquãdo ſtultus fuit, qui ſigno malo in tabulis deprenſo, eſuriebat vſq; dextrũ affulgeret cœlũ. Sed ſtolidum illum Neoparacelſum ad Cardanũ de electionibus mittimus, inueniet forte capitellũ. Quid ſi ruſtici noſtri eruditiores eſſẽt omnibus Paracelſicis?

Medicus monitor coqui, non coquus.

An medicus debeat eſſe aſtrologus in diæta præſcribenda.

Diæta etiã abſq; inſpecto cælo inſtitui poteſt.

Quid si patresfamilias nossent de bonitate ciborum iudicare vel cœlo nullo considerato? sed breui audies Neoparacelse, volente DEO, quid de cœlo tuo, a quo toto tu cum omnibus tuis fœdissime aberratis, secundum veritatem sit sentiendum. Interim te μετεωρολέσχην annumeremus illis fatuis, quorum mentionẽ facit collega Paracelsi Agrippa, quod ob stultitiã coacti sint pendere Alexandriæ tributum illud βλακεννόμιον, pari modo, sicut hodie meretriculæ Romano pontifici soluunt precium iniustitiæ, quod vocant nummum seu censum lactarium. Dum ais nos operari tantum secũdum libros absq; ratione & solertia; id fructus labiorum tuorum mendacissimorum, & cordis impurissimi est. Sed te libri vrunt punguntq;. Bene facis si illos caues, ne forte sapientior ex memoria & tabulis mundi fias, id quod olim de Christianorum liberis idem tecũ Apostata Iulianus vericus legitur. Bene tamen libros repudias, quia spiritus Paracelsici, Euestri, & Xeninephidei ex doctrina Arbatel solent vobis adesse, & omnia monstrare sine libris, quos vocabas in præfatione mortuam literã, & ille autor Arbatelis nihil inde discendũ putat, quia omnia sint plena errorũ. Fortassis & Biblia abiecisti, sicut professionem. O te sine libris homi-

Caue ne tibi imponãt primates Paracelsici.

An Galenici tantũ ex libris faciãt medicinam.

Libri inuisi Paracelsicis.

Hos nuper notauit etiã Lenchheimerus in erudito suo de sagis libello.

Libri repudiati ab occultis sophistis spirituũ cõmercia poscentibus.

hominem absolutũ & perfectum. Mirari subit; si tam aduersaris isti studio, vnde sumseris tot autorum testimonia, quæ citas in tuó tractatu. Si non indices & compendia te instruxerũt, non aberit suspicio familiaris genij, de quo Paracelsici gloriãtur, quod etiã nõ scripta subiiciat. Quoties autem præfationis tuæ obliuisceris? quid tibi cum Arabe Damasceno, cuius literæ sunt mortuæ? Secundum eius aphorismũ annotasti: cur non & quartum, qui est: Si quis in priscorum (Hippocratis, quem in præfatione diuinum vocat) lectione assiduus sit & eorũ dogmata ad amussim discutiat, similiter adiuuatur. Addo & quintum: Ex his solum, quæ in antiquorũ voluminibus legũtur, medicinã, citra viuam doctoris vocẽ, exercere res est fortitatilis & caussalis. VI. Aph. Quæ præceptore perito & fideli percipiuntur tutiora sunt, & minore constant iactura. Quid requirat Damascenus vides? Exactam primum rationem & acumen dexterrimi iudicij ad vsum artis. ꝙ tibi deest, vt in hoc scripto ad vnguẽ prodidisti. Deinde cõiungit naturæ expeditæ & felici lectionẽ librorum vetustorum; illam, felicitatẽ scil. naturę aliquam, fortassis tibi poteramus largiri, nisi corrupisses flagitiose: hanc omnino repudias. Non. n. prisca cõplecteris, sed paracel-

Paracelsici ope spiritus sciunt etiam non scripta.

De aphorismis Damasceni.

Veteres legendi.

Præceptores audiendi.

Paracelsus inuidus. sica, quæ nuper admodum ceperũt colligi & vulgari, autore ipso viuẽte nulli de suis quid impertientẽ. Itaq; tua doctrina non est prisca, sed nondum tot habet annos, quot tu. *Prisca qua.* At Damascenus prisca vocat respiciens ad suam ętatem & secula antiqua: a quib. quid repetere potes nõ Hippocraticum & Galenicum? *Patres beneficio artis Paracelsica nõ vixerunt.* putidum enim illud nugamentum de patribus, qui beneficio artis Paracelsicæ & lapidis Philosophici tã multa secula incolumes durauerint, nullo ne somnio quidẽ probare potestis. Non est contentus Damascenus naturæ bonitate, & lectione priscorum sedula ad amussim; adiicit viui præceptoris vocem. Hic te interrogamus primum, ad quam amussim tu excutere soleas prisca scripta? Ad anatomiæ essatæ dices. At illam certum est ignorasse Damascenum. *Essata anatomia somnium est Paracelsicum.* Quanquam enim Arabs fuit, veræ Chymiæ potuit conscius fuisse; Essatæ tuæ nõ potuit, quæ cum Paracelso nata vix est. Et veterum scripta eam non habere palam est. Tu excutis ea verbere liuoris & corruptelæ malitiosæ, & imperitissimæ stupidissimæq; impudentiæ. Hæc tua amussis est. *Paracelsici plerique spõte nascũtur vt mures Aegyptii et rana, &c.* Deinde expone nobis a quo viuo præceptore medico didicisti medicinam? in qua Academia vel vnicum aphorismum a medico audiuisti? A tẽpore apostasiæ in medicos

dicos debacchatus es, tantum abest vt illos discēdi gratia auscultaueris. Ecce tibi Damasceni aphorismos, inter quos quæso nonum non prætereas. Admonet enim fideliter veteres non proscindendos contumeliis, quod de caussis rerum paulo altius disseruerint, & alieniora principia interdum quæsierint. Alioquin enim (inquit) satis sunt consentanea rationi, quæ docuerunt. Nominat autem ille in duodecimo aphorismo Galenum & Aristotelem, quorum doctrina tibi est in vlcere vnguis. Quando etiam eius doctrina tibi tam placuit; cur detestatus supra es aphorismum XXXII. in quo est: contraria contrariorum sunt remedia, & non similium similia? vides peruetustam esse de similibus disquisitionem, & non a Paracelso inuentam. Sed dies nos deficeret, si tibi speculum ex aphorismis Damasceni concinnare vellemus. Omnibus enim pene verbis te confutat, maxime tamen aphoris. XIIII. vbi repudiatur essentia nutritiua tua; 35. & 36. vbi amuleta Paracelsica & occultæ qualitates in dubium vocantur, & non tutum asylum medicorum appellantur specificæ qualitates: In 39. humorista est: In 48. digito notat Neoparacelsum, nomine medici illiterati, rerumque imperiti, vt plurimum homicidæ.

Veteres non criminandi.

Contraria remedia.

Damascenus Antiparacelsicus.

Specifica nō tuta.

Item 103.

micidæ. In 49. repudiat cognitionem ex præparatione effatæ anatomiæ. In 50. totus magistralis est, dicens: Gloriosi homines (vaticinatus est de Paracelsicis monarchis &c.) fastum & multiloquium damnato. Inspice & 57. de mutatione veteris consuetudinis, quam noxiam & pestilentissimam (intelligens ipsam mutationem) esse diuino plane ore, contra Paracelsistas pronuntiat. In 63. Theriacam contra Neoparacelsum retinet. In 65. Entia morborum ignorat, sed quantum, quale, plenum, &c. pro causis agnoscit. In 105. medici modestiam requirit, quam Neoparacelsus in hac contentione studio exuit. 146. reiicit iudicantem & temere pronunciantem Neoparacelsum. In 156. grauiter ait: logici & qui ingenio proprio iudicant de ægritudinibus, vt plurimum sunt interfectores. Iam verbosus est Neoparacelsus, & ex propria Vulcani officina effataque anatomia iudicat. Conclude, qui potes. Sed dimittendus Damascenus est, ne ad crucem adigat hominem. Per contemptum nuncupas Galenicos fratres ignorantiæ. Quid tibi lucri est ex contumelia? An non te pudet omnibus bonis Theologis, Iureconsultis, Philosophis in omnibus Academiis, quin & honestis ciuibus te prostituere famam tuam? Paucis

Item 145. spiritus doctoris humilis epitulatur ægrotis.

Item 105.

Logos falsē tractantes interfectores.

Galenici fratres ignorantia.

eis tua effrenis lingua grata est; qui postquam te in insanabile malum præcipitarunt tuo gaudebunt periculo. Respice fortunam tui similium. Ad carcerem & ignem quæruntur illi, quibus primum applauserat multitudo. Hoc tu nescis nec prouides immemor eius: Superbia antecedit ruinam. O te turpissimæ ignorantiæ fratrem, qui neque te neque alia noscas. Illi fratres in collegiis eorum sunt, qui omni ὀρθοδοξίᾳ valedixerunt, quique superbia efferuntur vltra omne id quod DEVS est. Vide ne tibi fugitiuo Theologo næniam sis meditatus. Sequitur prolepsis de correctoriis. Videri vult retorsisse in nos accusationem malignorum medicamentorum, quod tamen falsissimum est; fingit aliquem, qui opponat correctionem Galenicis vsitatam, quasi cōcederent se vti venenatis, at eadem emendare, ita vt sint extra noxā. Mirifice autē petulās & scurrilis est in ꝓlatione istiꝰ prolepseos. Sermo animi character est. Nō possumus de te aliter ꝓnuntiare, quā ꝙ scurra sis. Piget autem illa referre. Expugnare correctiones anniteris tali paralogismo:

Paracelsicorum gratia non durabilis.

De correctoris Galenicis.

Paracelsici in Galenicos scurriliter bachantur.

Correctio Galenica corpꝰ addit corpori,
Ergo venenum veneno cumulat, & ita
Galenici bis stulti esse laborant.

Poterat alicui simplici videri Neoparacel-

eſt, aut vnquam deprehenſum eſt aliquid illis periculi adeſſe, quanquam id non ſimpliciter, ſed fere collate cum præſente ægri conſtitutione ſumi ſolet. Itaque addunt roborantia, alterantia, devehentia, dirigentia, compeſcentia ſæuitias &c. qualia & quanta oportet, non neglectis proprietatibus & ſympathiis ſi quibus mutuo afficiuntur, vel eluta purgataque vel extracta, vel infuſa &c. Non enim repudiant olea & reliqua ope Chymiæ veræ vel eius principio, maceratione, confecta medicamenta. Si ea ſpectes, quæ longa experientia ad vſum etiam fortuitum comprobata concinnari & ſeruari ſolent; non id fit ſine digeſtione, quã & Paracelſici in omnibus pene præparationibus ſuis necesſitate rei coacti, interdum etiam nimis ſtolide (nam de omnibus fere vſurpatur menſis philoſophicus; vnde & liquorem macerationis & digeſtionis ſolent menſtruum appellare quaſi omnium natura eſſet eadem &c. (de qua re videatur Hieronymus Rubeus & alij.) adhibent. Quid autem præſtat digeſtio? Occinemus Neoparacelſo illud nobis ex Galeno obiectũ, aduerſus Theſſalos autem ab illo prolatũ: καὶ μὴν ὦ ἑταῖρε (Neotheſſalum vocat amicum alio ſpiritu quam quo ipſe agitatur) ἐν τῇ συμπλοκῇ τῶν εἰδῶν οὐ φυλάττονται τῶν

Galenici nõ repudiant vere extracta.

Menſtruum Paracelſicorum.

Digeſtio redigit omnia ad vnum actum.

ϛοιχείων ὑσιῶν αἱ ἐνέργειαι &c. in digeſtione non ſeruantur ſigillatim actus ſubſtantiarum ſuarũ, ſed reducuntur ad vnam quandam communem formam & craſin: idque machinari Galenici didicerant ex miſtione naturali. Corrigentia ergo cum agunt in reliqua, & viciſſim ab eis patiuntur; ad innoxiam reducuntur potentiam, quam experientia poſtea ſalutarem hominibus vſu annotauit & comprobauit. Itaque compoſita non iam ſunt actu plura ſimplicia; ſed vnum numero miſtũ.

Corpus corpori additum non auget venenum.

Si formæ ſingulares non manent, ergo nec materiæ vltimæ: & vanum eſt, quod corpus corpori additum venenum augeat. Mutatione enim ad nouam eſſentiam facta non iam manet vetus. Sed & falſum eſſe ex ſuperioribus patuit, nos vti corporibus venenatis pro correctione, quanquã interdum venena, interdum alia nocitura corrigamus, non omni noxio veneno exiſtente. Itaque bis ſtultus Neoparacelſus eſt, qui & ſupra compoſitiones reprehenderat, & iam correctiones conuellit.

Miſta in vſu ſunt inſtar ſimplicium quibus ſunt potentia plures.

Illæ vero miſturæ, ad vſum pro ſimplicibus adhibentur, ſi quid moleſti adhuc habẽt, nouis ad facilitatem adducuntur ingeniis. Ita ex Theriaca facimus Theriacalem aquam, & acetum & alia: Ingratum eius ſaporem emendamus gratorum miſtu-

miſtura, & reliqua, quæ calumniatori noſtro non ſunt ignota. Ita ergo paralogiſmus confuſus eſt. Et videamus an non etiam Paracelſici corpore corpori addito corrigant, prius tamen admonentes Neoparacelſum, vt conſideret an non aliquando venenum certum veneno iunctum contraria vi id ita obtriuerit, vt ex duplici hoſte factum ſit βοήθημα ſalutare? Si non ſuccurrit: cogitet illos verſus: Toxica Zelotypo dedit vxor Mæcha marito &c. Et colligere poterit, niſi ratione vacat: certum venenum veneno contrario additum eius noxam corrigit: quid fiet non venenatis induſtrio artificio permiſtis? Verum illud agamus, a Diæta incipientes. Vocatus eſt hiſce temporibus Rodolphopolin ad viri cuiuſdam, vt aiebant, podagram & colicam curandam. Proculdubio extractos cibos non ſecum vexit; ſed paſſim diuerſoriorum atq; adeo vulgarium coquorum miniſterio vixit. Hi quid illi præpararunt? Num eſſatæ anatomiæ τερετίσματα? Nullo modo. Quin & præceptori coquus creagram, ſicut olim Achilles Chironi teſtudinem in caput impegiſſet, dicens, quid tibi hoſpes cum noſtra culina. Quid egerit bonus Neoparacelſus? Eſurierit? Neutiquã. Comederit ergo & biberit, ſecurus

Paracelſici etiam corrigunt additis corporibus.

Paracelſici cibos non corrigunt eſſentiis.

a veneno, apposita corpora: sed ille occurret: ventriculus meus naturalem anatomiam peregit. Vtinam vero, inquam, istud. Sed cur ipsi tunc liceat ad illam anchoram confugere, nobis non liceat? Cur non & nos dicamus: Ventriculus agit spagyrum. Ergo non opus est foris fieri separationem. Verum cum coqui omnes cibos suos corrigant sale addito, vinum vero affusa aqua & sulphuris fumo; cũ tam multa coierunt venena, concedet nobis necessario aut venenum omnia corpora non habere, aut venenum a veneno corrigi; aut se scientem volentemque virus comedisse & bibisse & noxam præsentem incurrisse. Neque enim opiophagum maurum, aut mithridaticum habet ventriculũ. Dicet fortassis vsu ciborum consueto natura nostra vulgare venenum nõ curat. Dicam rursus, quorsum ergo Galenicos stimulauit diætæ nomine? Non enim venenum est, quod vsu mollitum, & naturæ innoxium factum est omni non tantum homini, sed & bestiæ, & plantis. Talia præcepta vxori tuæ dictita Neoparacelse, nisi tibi os probe aromatizet sandalio, & argumẽtis ponderosis euincat se veneficam non esse, mirabor. Nolite autem putare me hæc cum Neoparacelso solo agere. Publico conuictus est testimonio; atque adeo ebrij

Prolepsis de Ventriculo.

Quod vsu animaliũ in cibo innoxiũ est, id Venenum non est.

ebrij sui Paracelsi. Non iuuabitur etiamsi dicet, coctura illa foci venenum separari. Cum enim ipso teste feces abiiciendæ venenum retineant, vtpote quod in corpore vult esse, ipse vero non expressa edat, sed olera cum iusculo; nunquam effugiet virus. Si nolit in fecibus manere, sed in liquorem abire; caueat iusculo. Sin halitu dissipari, vitet oua, & quæcunque cruda. Monemus autem studiosos, vere aliquando in iura deponi venenosam qualitatem, sicut in omni infusione solent corporum vires animaduerti. Ita ius ellebori, Thymelææ, & aliorum solet abiici. Ita & pomum & raphanus aliquando in quo surculi suspectorum sunt assi, non solent venire in vsum. Sed ex his colligere & hoc est. Cũ Paracelsici trita soleant macerare & in liquorem vires euocare; eumque postea abiectis crassis decoquere & destillare, vsque ad essentiam dictam; non verũ esse quod garrit Neoparacelsus in fecibus venenum esse. Non enim omne venenum fixum est. Sed multa volatilia, ex quo genere etiam est Neoparacelsi spiritus. Verum enimuero illi succi tunc venenati sunt, cum ipsa res talis; veluti in Tora, quam tradunt tamen substantia tota citra noxam edi; At si succus saltem sanguinẽ contigerit; præsentaneum esse venenum. Quod ipsum de hispa-

Paracelsus totas noctes potans & vorans non putauit corpora esse venena.

Venenata qualitas in ius infusionis deponitur.

De magisteriis Paracelsus scripsit, quod per ex tota corporũ quantitas fiat magisterium: vbi hic venenum in corpore crasso? Mercurius sublimatus prorsus damnat istã artem Neoparacelsicã.

Hiſpanorum elleboro albo experiẽtia teſtatur, vt qui expreſſo ſucco vtantur pro toxico ad necandas beſtias, quorum ſanguinem delibuta ſagitta attigerit. Ex quo etiam hoc patet quod ſupra diximus, naturam aliquibus venenatis addidiſſe alexipharmacum; quod ſi ſepares; auxilio remoto purum putum remanere venenum. Sed ad paracelſicas correctiones. Extractio Turpethi Quercetani ſcrupulo vno præcipitur dari. At commode non poteſt deglutiri: & ſi vna pilula certam ventriculi partem attingeret ibique hæreret, quantum noxæ allatura ſit, facile eſt coniicere. Mandatur ergo dari cum vino rubro. At hoc corpus eſt. Ita oleum martis cum conſerua præbetur ab eodem. Idem Chymicus nominatim ait Spagyros ita præparare, vt in rebus maligna qualitas propriis correctiuis prorſus retundatur. Et quod illa ſint adiectitia, oſtendit compoſitionibus ſuis, & de oleo vitrioli, quod per ſe datum ſine liquore, ventriculo aſſerit eſſe noxiũ. Imo affirmat interdum integra tutius adhiberi eſſentiis: Sic Theophraſtus præcipit de vſu primorũ entium, quod ſint ex vino bibenda. Cum etiam primum ens ſulphuris facit, addit ei ſalem ſolutum, qui quo modo per colaturas ſolutiones & congelationes fiat, ita vt ſaltem

Paracelſici etiam medicamenta corrigunt corporibus.

Integra non raro eſſentiis ſunt tutiora.

ſaltem peregrina eaq; craſſiuſcula remoueantur notum eſt. Ita ſublimatio & lotio mercurij; ſublimatio ſulphuris & aliorum, quid aliud præſtant? Atqui paracelſici dãt cum vino, cum iuſculis, & aliis corpulẽtis. Specificum odoriferũ ingreditur, Ambra, muſcus, Sybeta, & alia integra, nec fit ſeparatio. Paracelſus ergo in artem ſui diſcipuli peccauit. Dornæus talem facit compoſitionẽ ex ſalibus, Recip. Salis auri: Salis antimonij; meliſſæ an. ℥5. Salis cõmunis puri; Salis petræ ℥ viij miſce: Ede ſuper pane. In hac corpora ſunt craſſiora ſal vulgare, & petræ; quanquam & reliqua non ſint ſpiritus. Non poſſunt edi per ſe. Itaq; panis additur; venenũ nempe veneno, cenſore Neoparacelſo. Examinet autem ille cenſor hanc Paracelſi compoſitionem aduerſus peſtem in lib. de Tartaro: Recip. Vini ardentis & correcti vncias decem. Specierum ducis, lithon tribon, Bezoar ſingulorum ſemunciam, Theriacæ Alexandrinæ mithridati ſelecti an: Vnciam cum ſemiſſe. Miſceantur. Doſis eſt vncia vſque ad tres. Hæc Paracelſus compoſuit, quæ ne dicas ſecundum eſſentiam intelligi debere, magnitudo doſeos arguit. Non enim Paracelſicæ eſſentiæ vorantur ad vncias duas vel tres. Itaq; non fecit magiſter, ſecundum genium noſtri

Specificum odoriferum.

Ad peſtem Paracelſi antidotus.

ſophiſtæ

sophistæ. Cur etiam vtitur electuario ducis, & reliquis, quę tota ex corporibus constant, atque ita sunt venenatissima ex sententia illius? An ignorabat tunc illud axioma Paracelsus? Minime. Nam in explicatione capitis istius manifeste dicit; in omni re etiam nobilissima esse venenum, vt in musco, ambra &c. quia vbiq; malum sit coniunctum bono; Et malum faciat in corpore ægritudines &c. Non tamen cõsentit discipulo præceptor. Nam venenũ illud non nisi in spiritu minerali ponit, quem omnibus etiã vegetalibus assignat. Quid hic de magistro illo dicendum Neoparacelse? Videtur tibi non parum aduersari, quia non spiritui, sed corpori istud ascribis. Atqui bonus eras Paracelsicus? Fortassis hoc sciuisti, sed vitare volẽs Charybdim, incidisti in scyllam. Quomodo enim tunc aquæ destillatę spiritus vitrioli, salis & aliorum a te tam impune biberentur, si venenum in illis esset? Quin & spiritui naturæ quomodo per similitudinem succurreres? Iam ponis in corpore non sine ratione. At quid tu in arsenico vidisti vocari? Spiritũne? Non sane. Nam Quercetanus ait, cum eo exhalare venenum. Et in spiritu potissimum esse arguitur destillatione oleorum, tincturarum &c. & experientia certa, quod videmus coctura & aliis

Paracelsus etiam nobilissimis rebus venenũ ponit. Num & in aere, sole, cælo?

Paracelsus venenum ponit in spiritu: Neoparacelsus in crasso corpori.

De arsenico vnciatim vorato.

aliis exhalationibus vim omnem aliquibus adimi. Omne venenum potius eſt vel in ſpiritu, vel in ſucco. In terrea ſubſtantia eſſe vix vllum ſcimus. Et conſentit Muffeti confidentia de fixis. Andernacus tamen ait erodere arſenium ſeu crudum ſeu crematũ. Corpus ergo & cadauer. Vide vt te ex his extrices. Multis modis falleris dum venenum augeri ſcribis, ſi corpus addito corpore corrigatur. Videris vero innuere aut corpus eſſentia, aut eſſentia eſſentiam emendari debere. Hoc non. Nam eſſentia per anatomiam tuam venenum amittit. Non opus ergo tibi eſt correctorio. Atqui tunc tecum ne Paracelſus quidem ſentit, vt ex ſuperioribus liquet exemplis. Cõfugies ad diuerſitatem præparationum. At vos feces abiicitis: Et tu in illis venenum ponis. Ergo & paracelſi eſſentia nihil habet veneni, (quod tamen in fecibus nequit eſſe ſi in ſpiritu eſt) atque ita is magiſter magno ſpagiriæ ſuæ probro aut aliquid facit temere, aut venenum reliquit, ſicut axioma eius enunciat in ſpiritu venenum eſſe. Si adhuc virus reſtat in præparatis, quid præſtiteris laborando? An tunc eſſata tua anotomia aliquid habet vſus? quo modo etiam vere dixiſti paracelſiſtas nil niſi eſſentias, & ſpecificas virtutes vſurpare, ſi vtuntur correctoriis? Debet ergo,

ſi vlla apud vos correctio eſt, corpus corrigi per eſſentiam. Sed iam iterum vacillat axioma iſtud tuum; Alia ergo correctio apud te non eſt, quam reductio ad eſſentiam, quæ tibi eſt puri ab impuro ſeparatio. Sed iam quieſce pauliſper. Etiam hoc tibi adimetur; vt ita omnis Neoparacelſicus ſit plane inemendabilis: quanquam non opus eſt demonſtratione, aduerſantibus tum aliis Paracelſicis tum experientia & facto quotidiano. Donas nobis correctiones noſtras nihil habere incommodi: at pene impoſibiles eſſe oſtendis ita.

Nulla Paracelſicis eſt correctio, quia nec corpus corpore, nec eſſentiã eſſentia, nec eſſentiã corpore, nec cõtra, neque etiam præparatione corrigunt, ex huius noſtri decretis.

Correctiones Galenicæ aut tollunt venena per ſeparationem ſpagiricam, aut repreſſionem eorum.

Neutro modo tollunt; inutiles ſunt ergo.

Propoſitionis partem ex tuo cerebro fingis; partem ex ficta reſponſione ſumis. Aſſumtum comprobas de prima parte per negationem officij ſpagirici. Quia enim noſtræ correcturæ non ſeparant purum ab impuro, ideo non ſunt ſpagiricæ, nec earum modo emendant. De altera parte verboſus es; putasque opinari id nos, realiter habente.

Si reprimerent inquis, nulla indicia veneni in purgantibus apparerent.

Sed

Sed apparent: Ergo non reprimunt.

Hypotheſeos loco, tanquã pro confeſſo, autoritatẽ Galeni ponis; purgãtia nulla carere veneno. Aſſumptum probas congerie ſymptomatum, quę inter purgandum cruciant ægros, & tot miniſteria requirunt.

Sed tu primum erras male diſtribuendo & correctionum finem vnũ ſaltem, omiſſis aliis ſumẽdo. Falſus eras cum tuo Paracelſo omne corpus habere venenum, & vbiq; coniunctũ malum bono, cuius falſitatem arguere ſatis apud te poterant diuina oracula, ſi eorũ meminiſſes, quanquam per ſe ratio ſit vana, cum non ideo vbiq; venenũ ſit, quia vbiq; ſit bonum cum malo &c. Ex hac tua deceptione oritur hic finis anguſtior. Et ſi pro quauis noxa aut incommoditate venenũ ſumſiſti; iam amplius diſtribuendo peccaſti. Corrigimus enim quorundã tarditatẽ in operando; quorundam præcipitem & impetuoſum motum; quorundã volatilitatem, vt ita loquar. Quædã nimis calida, frigida, humida, ſicca forent per ſe: Ad moderationẽ ergo reducuntur per contraria. Quædã ventoſa fuerãt; quædam guſtui & ventriculo ingrata: quædam hanc illam partem læderent, antequam ad affectũ locum peruenirent: quædã ne perueniunt quidẽ integris viribus niſi cũ ve- *Quæ corriguntur.*

hiculo natura agente sine electione. Quędam aliquibus indiuiduis non bene congruunt &c. Hi & similes alij multi fines sunt in corrigendo, ita vt non semper sint proposita venena. Sed his iam immoremur, quando ita libet de venenis loquendo veris. Corrigimus ne ergo illa tantum per repressionem & retusionem, quam certe fieri per agens contrarium patet?

Quomodo corrigamus.

Alexiteria.

Non negamus nos studiose quærere alexiteria, si qua certa haberi possunt, quorum ἐνέργεια vel aboleat vim venenatam relicta salutari; vel ita eneruet, vt absque incommodo perueniat ad finem suum medicina: aut etiam cohibeat, quo minus in actum prodeat; quæ tria putamus verbo repressionis contineri posse. Verum enimuero non raro partem subiectam ita præparamus, vt a veneno pati nequeat. Interdum tardæ rei effectum maturamus ideo, quia diuturniore mora in corpore venenum erat proditurum, vel putrefactione nociturum; vel in vna parte hærendo eam stabilitate læsurum &c. Talia autem venena nunquam adhibemus temere, sed cum summa grauisque vrget necessitas, & plus certi auxilij, quam incertæ noxæ speratur & intenditur. Hac ergo in parte deficit tua distributio. Sed & illa vacillat, quod putas nos corpora corporibus pro correctione

Præparatio partis.

addita,

addita, ante vſum non ſeparare. Multa per ignem corrigimus. Multa per aquam; lauantes, coquentes, exhalare permittentes &c. Quædam etiam ad aerem ſuſpenſa malitiam ponunt. Quædam, toſta, cocta, macerataque ſimul, & qui alij modi paſſim in noſtrorum libris extant. Eſt apud N. Monarden inſignis locus de Yucæ ſucco, qui pręſens venenum eſt expreſſus ſolū: Quod ſi coquatur ad medias; acetum præbet ſalubre. Si coquatur ad craſſitiem; mellis vicem ſupplet. Addit ille: Vide quanti in rebus momenti ſit coctio, quando quidem præſens venenum inſalutare alimentum & potum vertit. Hæc hiſtoria noſtrum ſophiſtam confundit egregie. Sed & vtimur illa ſeparatione, tum chymica perfectiore; tum rudiore pro vt fert natura rei. Non enim vt tu putas oleis & reliquis deſtituimur Chymicis. Verum non ita, vt tu, cum Paracelſo inſanimus. Accedit ergo ad duplicem elenchum, etiam hic tertius petitionis principij, quod eſt merum mendacium & calumnia. Sed de repreſſione nobis litem moues, peculiari paralogiſmo. Scire primum debes, nos correctionibus noſtris intra eos limites ſubſiſtere, vt caueatur enormis naturæ læſio, quantum fieri poteſt. Nulla neceſſitas nos cogit veneno vti, niſi vel illa ipſa vi aliquid boni in

Galenici etiam extrahendo corrigunt.

De repreſſione.

Venenorum vſus.

corpore operaturum ſit, in quo prohibemus τὸ ἄγαν, faciētes more militari, vbi nō raro vt grauior hoſtis pellatur, mitior cōciliatur; & poſtquam victoria obtenta eſt, dimittitur cum bona pace; vel vbi coniūcta virtus ſalutifera eſt; quæ tamen a malicioſa ſeparari omnino nō poteſt illa ſalua. Fit ergo vt aliquid tentent illæ vires, ſicut hoſtis contra hoſtē conductus nō omnino conducenti parcit, & neceſſe eſt contrario medicamēto, nobis aduerſantē morbū tollere, oppoſitis copiis his, quæ per ſe quidē naturā infeſtant, at dū hoſtē inueniunt, & ipſa a natura auocantur & reprimuntur ſimul, ita tamē vt penes ea ſit victoria nō ad abolitionē naturæ ſed morbi; natura autē liberata illorū pugna emergens in actum, irritataq; vtrumq; profliget & corpore exturbet. Hinc euenit vt corpora interdū in conflictu cōmoueantur magis, præſertim vbi non ſatis patent viæ implicitumq; malum altius radices egit, nec poteſt arce ſua emoueri niſi violēte; aut aliquis error cōmiſſus, aut ſymptoma nouum, vel nouus morbus ante inde prehenſus emergit &c. veruntamen in electione eius medicinæ conſulimus experiētiam & rationem, iterum more boni imperatoris facientes qui cum hoſticis copiis vti cogitur, eas ſumit quas non ſæuiter & crudeliter furere perſpectum habet, aut quas facile poſſit coer-

Motus corporum a medicamento.

Electio medicinæ.

cere, si quid moliri velint. Cum itaq; natura mitia dederit, quæ per experientiam cognita habemus; nec necessitas malo nodo malũ postulat cuneum: diligẽter & vim & quantitatem & defensionis modũ cum reliquis æstimamus, pergimusq; a deliberatione alacriter, nihil morãtes turbas leues, quandoquidem nullum conficitur bellum sine aliquo motu. In grauioribus necessitas nos excusat. Hæc & Paracelsici non ignorant. Sed tibi calumniosum odium oculos præstrinxit, & mentem ligauit, ne videre & iudicare recte possis. Cum ergo dicis si reprimerent; nulla veneni indicia inter purgandum apparerent; reponimus tibi primum elenchum accidentis. Potest enim aliquid euenire quod humana diligẽtia caueri nõ potuit. Deinde a te inuido iudicari solet venenatũ hoc, quod reipsa non est. Nõ enim quæuis turba in corpore a veneno est. Nec omne purgans, excitat turbas, nec semper & in omni corpore, idem operatur modo eodẽ, vt dicebat & Hippocrates. Insuper etsi appareãt indicia veneni; nõ tamen negat̃ correctio. Nã hæc adhibetur ideo, vt si non tota tollat̃ noxa, mitigetur tamen, ne in grauius malũ pręcipitet. Itaq; & elenchus consequentis a te cõmittitur. Quę recenses in assũpti probatione partim malitiose detorta sunt ab elencho κατάπ,

Aliqua commotiones in purgando negliguntur.

Non a veneno est omnis turba corporis.

 partim

Quædã purgationes placidissimæ.

partim accidente. Non in omni purgatione ista sunt symptomata. Sæpissime nihil percipitur molestiæ, nisi quod alias etiam, dum natura impuritates segregat, solet euenire, veluti motiones circa vmbilicum & vellicationes, rugitus intestinorũ, excretrix stimulata, & similia, quæ vnusquisque fere quotidie vel citra purgationes artificiales experitur. Perturbatio totius corporis non semper tanta est, quantam fingis; neque enim coniuncta omni purganti. Lipothymiæ rarissimæ deprehenduntur; interdum eas excusat necessitas, sicut & in venæ sectione, modo sint reuocabiles. Horrere aliquem operante medicamento, res periculosa non est. Halitus, & confluentes vndique per naturæ excutientis motum, humores facile neruos & musculos vellicant; & id crebrum solet esse etiam sine cathartico. Horrent multi vel a solo vino, cum mane a ieiunis bibitur. Conuulsiones ego necdum vidi vllas a purgante excitatas, quanquam sæpissime propinauerim. Euenire tamen in hypercatharsibus & nimium violentis, qualia memini olim a Paracelsico quodam per vitrum antimonij procurata eodem effectu, consentaneum est, idque admonuerunt periti. Singultus non omnis perniciei signum est: Et solet etiam hic raro

Lipothymia.

Horror.

De aceto destillato hoc asserit Guintherius.

comes

comes esse. Sedatur tamen facile: vellicationes vmbilici tu studio amplificas. *Vmbilici vellicationes.* Quid enim bonorum osor faceret aliud? Vides nō omnia nec semper venenum indicare, quia quædā mitia sunt, & fere vsitata, quædam etiam citra venenum eueniunt, præsertim delicatis, quique natura sunt nauseabundi, aut aliqua affectione a medicamentis abhorrent. Virgo quædam *Quadā antipathia.* viso pomo sanguinem naribus stillabat, & animo deficiebat: alius astacos fluuiatiles ferre non poterat, &c. Multi nauseant vina sulphurata, vobis dicentibus sulphur esse animam vini, &c. Istane ergo sunt venena? De copia astantium garris. Soleo *De astantibus.* quotannis bis aut ter sat graue purgans sumere vel solus. Et id nouimus sæpius euenire. Si qui autem imbecilliores sunt, quam vt sua ope se sustentent, cur illis non addamus ministros? Fabularis de cordialibus, & confortatiuis. Debebas au- *Cordialia.* tem & hic pro tua malitia nobis obiecisse venenum, quia illa non raro corporibus dantur cum animabus. Sed erubuisti parumper, aut saltem memoria te fefellit. Somni interdictum arguit plane contra- *Interdictio somni.* rium. Noster enim senex sistere uolenti somnum præcepit. Itaque sic prohiberetur potius venenum, quam contrario interdicto; Et ostendit experiētia id præce-

ptum esse verum. At nos inde concludimus purgantia neutiquã esse venena. Hæc n. in somno vires acquirunt, vnde qui venenum hauserunt a somno arcentur. Purgantia vero, qua sunt talia, eas amittunt. Inde etiã fit, vt in aliquib. somnum præcipiamus statim a sumtis; in aliquib. prohibeamus, vt in mitioribus. Cum.n. nolimus ante peractã sufficienter purgationẽ quenquã dormire; confidimus potius omnia recte fore. Fit autẽ id in hunc finem non quod semper putemus in venas & habitum corporis raptũ pharmacũ nociturũ, sicut fit hausto veneno, in quo somnus recte ꝓhibetur lõge alio fine & facultate agẽtis; sed potius ideo quia vsu cõpertum est, somno eius vim retundi, & sic vos frustrari fine ꝓstituto. Si peritus esses nostrarum actionũ, aut a calumnia alienus, scires nos nõ raro vti somno pro correctorio in vehementiorib. Nã mitius a somno agũt, turbulentius sine eo. Nec veremur, si quid raptũ in venas est, illud molestũ tantopere naturę fore, vt fit in venenis. Si tu potes totũ illi cõmittere, & dormiens secure in vtrãq; aurẽ nõ dubitare, quin omnia sit recte actura, modo datũ sit medicamentũ, in quo tamen grauiter erras, cur nobis item non aliquid bonę spei largiris? Sed satis ad paralogismos, non quidẽ tui, qui indignus es, sed

es, ſed ſtudioſorũ gratia, dictum eſt: Duo reſtant: Primum de hypotheſi tua, ſecundum de purgationib. Paracelſicis. Galeni laudas ingenuã confeſſionem, quod nullũ purgans veneni expers ſtatuerit. Iudicas ergo omnia purgãtia eſſe venenata. Agnoſcunt ſtudioſi Neoparacel. in cymmeriis tenebris, & Paracelſiſtica caligine verſantẽ non intelligere, nec quid Galenus ſenſerit, nec quid ipſe laudet. Notum quidem etiam Grammaticis eſt veneni vocem ambiguo ſenſu modo de medicina accipi modo de deleterio maligno, & diſcerni, ſicut in lege cornelia de Sicariis & Veneficis, adiectione boni, & mali: ſicut & medicamentum cepit vſurpari pro veneficio. Sed artifices loquuntur diſtinctius. Genera purgantium duo traduntur. Quædam purgant, quanto, qualia ſunt illa, quæ Ariſtoteles quoque agnouit, vt ſerum lactis, oleũ, & alia. Sed hæc ſunt duorum generum viciſſim; Quædam enim ſolo quanto moleſtiã creant naturæ, eamque ſtimulãt ad excernendũ, quæ dũ propelluntur, ex accidente ſecum trahũt vicinaitidẽ reiectanea, vel ad exeundũ prona. Natura itẽ iſto modo prouocata, ſolet nõ raro etiam ad alia ſuperuacanea pergere. Quædam præter quantitatem adiunctam habent qualitatem, non quidem proprie pur-

De veneno purgantiũ.

Veneni vox homonyma.

Purgantiũ genera.

Purgantia quanto.

Purgantia quanto & quali simul. purgantem & malignam, sed vacuationi inseruientem, vt illa, quæ oleosa pinguedine lubricant intestina, & mollē transitū fecibus parant. Item quæ humiditate explicant, laxantque; & quæ acredine aliqua excretricem stimulant. Alia etiam dicuntur astrictoria vi inferiora propellere: alia calore pigritiam frigidā soluunt; alia molliunt dura, dantque excidendi occasionem, &c. In hoc primo genere per se nihil est deleterij aut venenosi. Alterum genus

Qualitate purgantia manifesta. eorum est, quæ qualitate purgant, eaque aut manifesta, vt lubricitate, calore, salsedine, amaritudine, tenuitate, vi ablutoria, & exsersoria, & aliis, quæ quanquam sine quanto non sunt, quia tamen nō potissimum quantitate id efficiunt, huc reuocari solent, licet non multum referat;

Occulta. Aut occulta, quam vocant materiæ vim,

Deleteria. aut totius substātiæ. Et hæc deleteriorum in censu habentur a Galeno, & distribuuntur secundum deleteriorum ab illo designatam rationē in duas classes, quarum

Deleteria quantitate. vna est earum, quæ non quauis dosi sunt talia, sed excedēte: vnde & deleteria quātitate solent vocari; veluti cum Rhabarbarum bonum sex drachmarum pōdere interimit.

Deleteria tota natura. Altera classis est tota substantia talium, quę etiam minima quantitate sunt interneciua, licet non semper ad finē perueniant,

veniant, vt arsenicum, &c. Hæc est Galenica descriptio purgantium, conueniens etiam cum Aristotelica. Quercetanus Chymicus retinuit vsitatam distinctionẽ purgantium in tres ordines, quorum primus habet maligna, vt Elleb. Turbith, Hermod. Esulam, Cucum. Agrest, Thymeleam, scammon, &c. Secundus benigna, vt maluam, mercurialem, violam, rosam, betam, serum, pruna, mannam, terebinth. casiam, &c. Tertius mediocria, vt aloen, agaricum, rhabarb. cnicum, sennam, irin polypodium, &c. Apparet autem hinc Galenum in secundo deleteriorum genere posuisse illa inimica infestaq; naturæ, de quib. loquitur Neoparacelsus. Alia quæ alimentaria vocantur partim ad primũ genus referũtur, partim ad diuisionem priorem secundi, quanquam etiam ex horum immoderato vsu quis sibi creare perniciem posit, vt & ex alimentis putredine corruptis. Imperitia itaque Neoparacelsi distinctæ locutioni obstitit. Verum enimuero sit locutus & senserit de his. Putat ergo ea venenum esse? Certe statuit venenũ contineri in corpore crasso. Sed & hoc per totum defendit; illud venenum in corpore feculento versari, & posse per anatomiam essatam separari. Huic enim ascribit purgationem puri ab impuro,

Tres classes purgantium vulgares.

Paracelsicus omnia purgantia indiscretim veneno inficit.

impuro, ita vt ſeparato prorſus venenos eſſentia reſtet puriſſima & maxime ſalutaris. Præterea cum laudat Galeni iudicium de purgantibus, approbat illud. At Galenus depurgantibus per ſe ſentit, quod habeant aliquid naturæ inimicum, ea ipſa ratione, qua ſunt purgantia. Neoparacelſo ergo purgans per ſe venenatum eſt. Si omnia purgantia ſunt venenata; & venenum a Spagiro ſeparatur, nec in vſum venit; Ergo Spagirus non vtetur purgantibus? Si etiam non adhibet niſi eſſentias; & vis purgans venenata, eſt in craſſo corpore, quod obiicitur: iterum tota alchymia ignorat purgantia. At non tantum ſpecificum purgãs a Paracelſo deſcriptum eſt, ſed & omnes pene Paracelſiſtarum officinæ ſunt plenæ extractionibus Rhabarbari, Aloes, Turpethi, Eſulæ, &c. vitri antimonij, mercurij præcipitati, vitrioli, ſalium, &c. Contra iſta ergo conſequens eſt, aut corporibus vti Paracelſicos, ſi in illis vis purgans venenoſa eſt: Aut purgans, qua tale, nõ venenatum eſſe, ſed habere ſaltem adiũctum venenum, quod ſeparetur cum corpore. At hoc repugnat tum Galenicæ ſententiæ, tum chymicis reliquis, tum experientiæ. Nam ſi Galenus purgantia venenata cenſuit in integro propter effectum: magis ea talia iudicabit

Paracelſici axioma aduerſatur ipſi.

cabit extracta, propter vim longe valentiorem, imo dicet ex deleteriis non malignis, facta esse maligna vera, quia in minima quantitate plurimũ habeant noxæ, vt omnib. constat, qui Paracelsica vsurpant, nec negãt ipsi artifices. Addendę hic sunt notæ veneni purgantis, quas ille memorauit supra, quę omnes pene deprehendũtur in validis extractis. Si itaq; effectum veneni restat necesse est ipsum non esse separatũ. Necesse ergo est, si Neoparacelsus venenum a purgante separat, vt totã rationẽ purgantis tollat, aut concedat suum iudicium temerariũ & fictum esse. Notauit experientia vim purgãtem in aliquib. fugacissimam esse, atque ideo in subtilibus hęrere partibus; veluti aloe lota crebrius nõ purgat amplius; rosa siccata eandẽ perdit; in Rhabarbaro vetustate exolescit, &c. In aliquib. vero etiam in fecibus perstat, vt ex quib. prolectus sal purgat. Lapis Iudaicus & armenus vstus lotusq; aliquid amittit; stibium sæpissime calcinatum adeo pertinax est, vt, licet flores seu fumum album vehementer purgantẽ emiserit, nihilominus tamen in vitrum pellucidum redactũ violẽtiam posuerit, cum integrum, & alio modo præparatum vix quicquam vel magna dosi valeat in vauãdo. Ita & Elleborus & similia contumacem habent virtutem. *Stibium*

In

Vis purgans succus propinquior. In succos tamen vt plurimum ea potestas trãsfunditur in genere vegetalium. Nam in his proxime hæret subtilis essentia & spirituosa, quæ euanescit, si igni maiore coquas. Quanquam autem non parum ad extimulandum, aut etiam ex remotiore potentia ad propiorem adducendum *Præparationis vis.* facultatem purgatoriam faciat ipsa præparatio, alterans, commutans, extenuans, incrassans, & colligens; Nihilominus tamen patet ex dictis Neoparacelsum nostrum non mediocriter halucinari circa essentias suas. Cum enim vis purgans non sit in illis solis, seu in subtili parte tantum, sed & non raro in crasso succo solum, non raro in fecibus item, atque etiam in tenui spiritu, & præparatio certa potest remote purgans, vertere in purgans propinque, est autem illi hæc virtus per se innocua, quorsum ita simpliciter infamat, & veneni accusat crassa corpora? Sed & aut necessario adhæret venenum purganti virtuti, quod si est, nihil iuuabitur essentia extracta, nisi cadauer pro essentia fabricet, aut non necessario, idque separabiliter aut inseparabiliter. Si segregari potest, & vis purgans modo in subtili spiritu est, modo in succo, modo in crasso sale & fecibus, non solum essentias petere debebat, sed aliquãdo etiam feces, vt in his, in quibus

bus essentia venenum habet; crassior pars purgantem facultatem. Si inseparabiliter, id quod tunc fit, cum nulla quidem absoluta necessitate cohærent, permistionem tamen certam ita conspirarunt, vt in vno subiecto sint connexa, vt alterum sine altero tolli nequeat, operam & oleum iterum lusit. Sed frustra philosophamur. Certum enim est, quanquam fieri possit, vt materiis purgantibus vis aliqua maligna & per se venenata adhæreat; ideo tamen purgantia vocata esse venenata, quia hac ipsa vi inimica sunt corpori. Hoc saltem addamus. Si extractæ essentiæ longe validiores effectus habent, & eos plane eosdem tum numero, tum specie, quos habebant integra; necesse est, vt si vis venenata fuit in totis, ea etiam remanserit in extractis. Nam ea, quorum gratia dicta fuit illa inesse, non absunt essentiis. Sed verum illud; Ergo & hoc, & ex consequente putidum mendacium est, de anatomia essata tollēte per separationem essentiæ virus. Patet autem connexio, quia vbi iidem sunt numero & specie effectus, causas easdem esse necesse est: & si gradu validiores illi, etiam has fortiores ad operandum. Assumtum demonstrat experientia. Nam parua extractorum quantitas longe violentius agit, quam to-

Purgantia electiua per se dicta venenata.

Si integra purgātia venenata sunt extracta erunt pariter.

Essata anatomia purgantibus nō adimit venenum.

tum

tum quadruplũ. Antimonij extracti & vitrificati de more grana quatuor purgāt insanius, quam vnquam compertũ est in integri satis magna quantitate. Et nos leui quadā ratione nouimus id purius paulo a venenatis spiritibus facere, & colorē ei iucundum conciliare. De eo bibimus trium drachmarũ infusum in spiritu vini. Nihil omnino purgauit. Contra si vitri saltē duo grana coquam' in dimidia aquæ libra; demusq; colatũ, purgat non contemnendæ supra infraq; & per sudorē celeriter vacuat robustos, si quatuor vel quinq; grana sumantur infusa vel cocta & colata. His & similib. ostēditur gradus actionis validioris. Quod autē eadē numero & specie sit vis; ostenditur eadē ratione. Nā extractũ rhabarbari eosdē purgat humores p secessum quos & quomodo integrũ, si recte sit paratum. Ita extracta esulæ, æarici, turpeti & alia. Gradu intensiore discrimē hoc faciunt, vt violētior longe sit operatio: quanquā etiā hæc causa sit, ꝙ cum natura claustris suis rabiē mitigauerat rētinueratq;, vt satis cōmodus eorum vsus esset ad salutem hominis, ligamentis & vinculis per extractionē adēptis, furori patefactæ sint ianuę, & totus impetus remissus. Itē accessit subtilitas, tenuitasq; materiæ, qua se altius infigit, latius extendit, fortius irritat, & præcipitanter rapit naturā. Et licet contendamus

Vitrum stibij.

Extracta violentiora.

mus cohibere furorẽ alio subiecto, in & cũ quo propinatur, illud tamẽ adeo aptũ non est, vt sufficiat ad gubernationẽ. Plerunq; autem dat id extractũ cum vino, iusculis & similibus, sed non admodũ felici consilio. Ignis. n. additur igni, & currens per se stimulatur. Quin etiã naturæ familiare vehiculũ, turpiter eam decipit, & promptã labefactat insigniter. Contra, si integra dantur, naturæ labor primus est in opus incũbere, & liberare, in quo nõ statim absterretur, sed paulatim adsuescit malo ferẽdo, tardeq; sentiens se prouocari & stimulari, absq; cõmotione magna exequit officium suum. Ex his consequẽs est chymicas præparationes interdũ grauius peccare, dum hostẽ liberant, & προφασιν ad debachandũ subministrant. Peccant autẽ in hoc imperitiores, vt plerumq; videmus, periti naturas istas nõ ignorant, & pulchre coniiciũt, vbi conueniat extractum, & vbi integrum dari, & quodnam sit extrahendum, quod non. Addunt etiam extractis suas correctiones, quibus impetũ prohibeãt, solum hoc quęrentes extrahẽdo, vt in aptius subiectum transferatur. Virtus, ad vsum feliciorẽ suauius sumatur, & celerius operet, vbi id necesse est. Tutam operationẽ raro præstat simplex extractio. Ars ipsi succurrit dextro vsu seu ad effectum accommoda-

Medicina non requirit solas essentias. Itaque non omnia nec semper medicamẽta sunt extrahenda.

modatione,&c. Patet ergo Paracelſiſtarũ anatomias non adimere purgantib. venenum, ſi quod habẽt, ſed potius illud iuuare. Deinde ſi tollitur venenoſitas præparatione chymica Paracelſiſtarũ, fruſtra addunt correctiones. Sed illi homines nihil agũt temere, qui totã naturã intus foriſq; contemplantur ad amuſſim, & ſciũt quib. præparationibus quouſq; perueniant, & norunt omnia etiã non cognito morbo e natura patientis, cũ ſatis iudicent hominis membra ſpectaſſe in macrocoſmo, ſi fas eſt credere. Neceſſe eſt ergo vt correctionibus ſuis fateantur venenũ adhuc ineſſe.

Correctio Paracelſica oſtendit in præparando non ſublatum eſſe nocens.

Et quid ſibi vult Paracelſus, cum magiſterium tartari, & vitrioli coniungit, additq; eis croci eſſentiã? Crocus cor hominis eſt. Defendere ergo cor vult ab illorũ malitia. Ita Quercetanus extractũ Euphorbij corrigit Alcoole ſacharino (ſpiritu vini ſacharato) oleo maſtichino, aniſi: & eſſentia coraliorũ. Ita in reliquis. Eat nũc Neoparac. & ſeſquipedalibus encomiis celebret ſuas præparationes. Thomas Muffetus Anglus ſponſionẽ facit, ni omnia etiã præſentatiſſima venena velit vorare, ſi ſaltẽ ſint fixa. Loquitᷣ ille, vt poſſit euadere. Nã fixa omnia reddere, vt eius cẽſuræ ſatisfiat, res magni laboris eſt: & corrũpitur res, & in aliam mutatur millies, antequã eo perueniatur.

Exẽpla correctionum.

Th. Muffeti confidentia.

Fixum reddere difficile.

Et

Et cum vt plurimũ in ſpirituoſa natura ſit venenũ, hæc autẽ eſſentiæ nomine a Chymicis ſoleat accipi, ſicut euincunt deſtillationes, olea, aquæ, & reliqua, cadauer nominatum Thomas ille rectius deuoraret, quã eſſentiã, quanquam relate potius quã abſolute id quod ſubtile eſt, eſſentia nominet, in miſtione alias craſſis non minus eſſentiã materialẽ conſtituentib. quam tenuibus. Sales ſuos quomodo ſolutionibus filtro (quod eſt charta emporetica duplex vel triplex, cui imponitur ſolutũ, vt deſtillet, vel pannus cotonis, vel alius denſus, vt ſeu coletur ſeu educat, & quaſi elambatur humor p deſtillationẽ, ad quã rem etiã rarus ſatis eſt) vaporationibus, & coagulationibus & his ſæpe quoad ſatis, repetitis, conficiãt, notũ eſt. In his nihil decedit corpori p ſe: ſed ſaltẽ peregrina impuritas terrea, cœnoſa, ſtipuliq; & alia remouent. At hi purgant interdũ valde inclemẽter, adeo vt referente Eraſto, vel ſal vulgaris cũ vino datus in extremũ vitæ periculũ induxerit aliquos. Datus autẽ ſic eſt ad febres, præſertim putridas ab auriga. De ſale petrę nõ ignotũ eſt. Vorant eum in puluere pyrio. Ita ſales purgantiũ, ſal ammoniacus & alij agunt. Cum itaq; ſtatuantur purgantia venenata, cũ adhuc corpulenta, viderit Neoparacel. quid tribuendũ ſit ſuis tam ſuper-

Sales Chymici.

Sales purgant.

Sal petræ.

ciliosis præparationib. De mercurio ait Muffettus, quod vel vicies præcipitatus redeat in prius, sine põderis iactura magna. Hic quoq; confundit illum. Est & hoc in purgationib. Paracelsicis annotandum, ꝙ omnia ea effecta violenta quę coaceruauit aduersari⁹ ipsa veritate pene verius cõpetant illis ipsis quæ ꝑparantur paracelsice. Est apud nos quidã vnguentarius, Agyrta, q. didicit præparare vitrũ antimonij. Hoc cogit in massulas cũ amylo & liquore quodam; vocat malũ granatũ. Prębet & puluerem cum sacharo & croco, appellans rhabarbarũ minerale. Non dat per se, sed saltem decoctũ aut infusum. Multos audiuimus de tãta violẽtia cõquestos: vt vix mortem effugerint, & intercessu magistratus vsu eius illi sit interdictũ. Dicet Neoparac. hunc non esse Paracelsistam. Si neges coram, male te tractabit. At a quib. inuentoribus artẽ didicerit noto notius est. Si non credit, attendat ea, quæ ab Erasto citantur in disputat. de proprietatib. medicament. cap.65. Aliud purgans Paracelsicis familiare ęst spiritus vitrioli, quem bene pręparatum, & ab omni phegmate, hoc est, aquositate liberatũ propinant paruo pondere, aut drachma ad summũ, hi qui sunt audacissimi. Purgat quidẽ non adeo vehementer, quod nouerim, veruntamẽ ꝑ se datus fauces, linguã, dentes, oesophagũ, asperã

Effecta Galenicis purgantibus ascripta conueniunt extractis paracelsicis.

Spiritus Vitrioli.

arte-

arteriam ventriculum,&c.adeo excruciat vt vix inde conualescere possint patientes. Aliqui etiã crebro vsu eius dicũtur fissuris vulneratum ventriculum reportasse, & tandem expirasse. Et hæc noxa adeo nota confessaque est, vt Quercetanus de chymicis suis dicat, eos nõ solum dare, sed correctum quo pacto & nostri vel sacharo, vel aqua multa vel syrupis,&c. mistum bono cũ successu norũt præbere. Est aliud purgans nempe præcipitatus correctus,& aurum vitæ. Huius mistũ puluerẽ carbonibus vel alia materia, & cõpactum in nodulum præbent. Noui hominẽ qui colicæ vnam dedit pilulam, stante aluo etiam secundam & tertiã adiecit. Paulo post anima cũ excrementis expurgata est. Idem solet in pomũ coniectus versari manib. donec incalescat, purgat ore & aluo, non sine vehemẽtia, sicut & cum scabiei Gallicæ inungitur mortificatus hydrargyros. Hieronymus Rube⁹ de destilatione scribit: Nõ desunt aliqui, qui luem venereã (notatur & Bodẽstein) inueteratã hoc puluere pręcipitato per os exhibito sanare tentãt,& vt ęgros decipiãt, inficere ipsum aut carbonũ puluere, aut medicamẽto quodã, cui angelico nomẽ, consuescũt, quæ catapotia exhibita molestissime aluum soluũt, atq; etiam vomitũ magna perturbatione cient. Hæc ille. Idem Fallopius refert, qui etiam

Spiritus vitrioli non solus datur a chymicis sanis ob noxam.

Præcipitatus.

iam compoſitionē docet. Recip. aloes ℈ ß myrtill. maſtich. an. gr. iiij. præcipitati gr. v. miſce cum melle roſato addito carbone trito, &c. Auguſtæ dicitur quidā eſſe, qui huc miſit ad honeſtū quendā ciuē, album puluerem ad laxandā aluū. Is vomitū moleſtiſſimū creat, & ſurſum deorſum cū magna violentia & lipothymia interdū vacuat, quod mihi cōſtat duob. exemplis. Cum inſpexi: nihil aliud erat, quàm flores antimonij albi per ſublimationē facti, idq; cōprobauit imitatio. Non deſunt hiſtorię plurimæ, quæ idē euincunt. Non autē hæc ideo cōmemoro quod etiam legitimū & peritum vſum iſtorū repudiem, (nam etiam præcipitatū Falloppius & Maſſaria tuto per os exhiberi docent in puerorū vermib⁹, ſcabie, &c. tū in brutis, ſi id fiat perite, & addit is medicū etiā venenis vti, &c.) Sed vt indicem vanam gloriā Neoparacelſi de ſuis præparationibus, quodq; ea quæ Paracelſiſtarū ſunt propria, Galenicis medicis, apud quos rariſſime ſimilia vidētur, & plerunq; eueniūt malo vſu ægrotantiū, de quorū cōtumacia omnes conquerunt medici, aſsignauerit, iuxta ſuū axioma in initio huius diſputationis poſitum. Tandē cum neget noſtras correctiones tollere venenum, adoleſcentibus per exempla demonſtrandum eſt, ipſum mentiri. In

Flos albus ſtibij.

Propria Paracelſiſtarū aſſcripta Galenicis.

Galenicos tollere venenum corrigendo.

diætæ

diætæ ratione iſtud ita notum eſt, vt non egeat multis verbis. Eius enim correctionis præſidio portenta terrarum, inquit Plinius, in Ganeam vertunt. Comedunt terræ vlcera, fungos cum pipere ſale & vino præparatos, quæ ſi non addas, impune vſum non ferunt. Neque enim iuuat eos ventriculi naturalis Chymia, quam ſibi ſomniat Neoparacelſus. Simili arte ranas, cochleas terreſtres, oſtrea &c. cõcoquunt: anguillas digerunt, & alia. Aegrotis ignotum non eſt, quin & Apiciis Italicis, quid nimio vini feruori præſtet aqua, & nix. Et ipſum vinum natura ita contemperauit, vt ſit ad potum aptum. Chymici cum per deſtillationem ſeparant phlegma, quod corrigendo feruori & ſubtilitati erat, oſtendunt facto ipſo quædam poſſe corrigi per admiſtionem corporum. Spiritus vitrioli nudus & correctus acidus (ſicut loquuntur Chymici) acerrimus eſt, adeo vt etiam viderim, cui præroſerit digitos, Et vulgo ſoleat hæmodian potantibus conciliare. Præbe autem eum cum ſyrupo roſaceo & aqua chamæmeli; aut confunde dimidium ſcrupulum cum aqua pura fontana: ſenties correctionem. Purgantia aluum mouere fatetur Neoparacelſus. At præmitte illis Theriacam, ſi tunc quoque purgant iuſta quantitate data, Theriaca

Correctio in Diæta.

Anatomia ventriculi ſine arte corrigente inanis.

Vinum natura tempe-rat.

Correctio in pharmacia.

non fuit bona. Præstat idem Nepenthes Zuingeri vi opij, quod est in vtroq; irritā facere vim purgantium, si hæc sunt venenata, an non est corrigere? Indicæ auellanę & fabæ valde pūrgantes tostione saltem fiunt mitiores. Lac Pinipinichi saltē si quod iusculum vel vinum vel simile post id bibatur, omnino nihil purgat. Idem de mechiocana refert, & nos cibo inhiberi plæraq; vsu didicimus. Radix solani syluatici, vt refert Gesnerus, sumta ante cibum dementes pene cibumq; omnē fastidientes reddit. Potent vinū generosum: noxa omnis fugiet. Ex eadē planta idē autor baccas coquit cū Zingibere, facitq; syrupū præsētissimū in ventriculi doloribus. At tu solas baccas comede crudas; senties venenū. Albucasis ex opio & allio destillatum concinnat diuino effectu ad dolores omnes, comprobante id Hollerio. At opiū per se quid efficiat, etiam plebi innotuit. Zuingerus commendauit Nepenthes suum factū ex opij & hyoscyami succis purioribus, quos solos ego nolim. At additis ol. anisi; charyophyllorū, Cinamomi, essentiis corallioru, margaritarū, mumiæ, croci & succini; tutissimi fiunt, si detur gr. sex iuuenib⁹; vel quatuor senibus, vel duo pueris ex iulepo rosacco. Quis nescit cicutæ venenum tolli reddiq; innoxiū poto vino generoso? Hęc autē fieri solent in momentaneis mistionibus;

Testatur hæc N. Monardes.

Diuinū ad dolores.

Nepenthes.

Cicuta.

bus;

bus; indigestionibus multo magis, vt in Theriaca, mithridatio &c. Sed obruimur exemplis tam diætæ quã pharmaciæ. Et tamen nõ essentię tantũ essentiis corrigunt, sed & corpora corporib. & corpora essentiis, & essẽtiæ corporib. In chirurgia similiter occurrunt innumera. Aerugo per se erodit. Adde oleũ & cerã; omittet. Pręcipitat⁹ nõnihil lãcinat vellicatq; partes per se; laua eũ sæpi⁹: innoxius erit. Cõsidera & Xenechdõ Paracelsi, & alia omnia chirurgica per se venenata, quæ correctione fiunt innocua, syluã reperies. Sed de his satis superque. Neoparac. correctiones nostras oppugnat alio sophismate a celeritate nocẽdi, anteuertẽte vim corrigẽtis. Cui⁹ vis celerior est, illud actione anteuertit alterum tardi⁹. Venenorũ vis est celerior corrigẽtibus. Operatio ergo eorũ anticipat corrigẽtia, atq; ita erit temeraria emẽdatio. Assũtum probat testimonio practicæ nostrę in qua veneno infectis statim incidim⁹ venã, ne totũ occupet corpus. Cõplexio illustrat simili obsidentium & expugnantiũ vrbem; Item antithesi correctionũ spagiricarum. *Correctio in Chirurgia.* *Aliud sophisma contra correctiones.*

Nisi quis sciret ex prædictis te totũ insanire: hic paralogismus id solus euinceret, qui insuper confirmat illud Terentij; Homine imperito nihil quicquam iniustius. Propositio fallit elẽcho κατά τι & nõ causæ sufficiẽtis. Nõ.n. satis est celeriorẽ vim habere: Celerius eã exerere posse, & expediti⁹

Multa ſunt cit.æVirtutis, ut quæfacile cohibeatur.

ius adhibere, itidem requiritur. Multa ſunt agilia, ſi ſinantur, & reſpondeant reliqua. Mens celeriter inuenire poteſt, & iudicare niſi organum ſit ineptum & phlegmate aut melancholia ſimiliue vitio deprauatum. Cito calefacit ignis hipocauſtũ æſtate; hyeme tarde; Vinum cito demulcet frigidam affectionem ventriculi, niſi aqueum ſit. Sed & integra viribus, illa cita eſſe neceſſe eſt. Aſſumtum aliquando & ſecundum quid verum eſt de venenis aereis; quæ libere cum aere inſpirato ad cor tendunt, nec obſeruantur ante ſtragem nec poſſunt anteverti, vt qui halitus charonæorum ſpecuum copioſe excipiunt, & ſtatim mortui concidunt. Ita & de aliis in humore volatili tenui, ſubtiliq; verſantibus aut vehiculũ tale accipiẽtibus, vt venenũ ſcorpij & Thoræ & ellebori albi, cito necãt per ſanguinẽ; ſed tamẽ in eo ſpiritus ſimul inueniunt, & arterialẽ ſanguinem tenuiorem prehendunt, in quo facile ad cor aduolant, præſertim cum illud primum petant. At non ita ſe habet in arſenico, mercurio præcipitato, & aliis terreis, niſi humore celeri diluantur. Probatum hoc experientia eſt. Nam vtrumq; illud datum damnatis ſat diu in corpore hæſit. Succeſſit Bezoar iam illis violente operantibus, & vtrumque iugulauit. Ita de Napello ſcriptum

Venena aerea.

Tale Venenum eſt mãgas Brauas apud Criſtoph. a coſta.

Oſtenditur alexipharmacorũ Vim Venenis eſſe celeriorem ſi ante extremam noxã dentur.

ptum reliquit Matthiolus. Rusticus ille antidoti Saxonicæ inuentor, non simul & serpentes aliaque venena vorauit, & antidotum; sed hanc post illos. At antidotum anteuertit. Sumpta autem hæc omnia sunt non extracta, sed corpulēta. Ita Theriacam suam probant Agyrtę. Verum & de velocibus aereisque venenis non raro aliter se res habet. Qui enim in peste iam patientes liberati sunt; in illis aereo veneno celerior fuit alexiteriorum virtus. Oleum carauitæ etiam foris illitum interna superat venena. Quædam venena tarda sunt, vt vix diuturno tempore iugulent, vt venenum canis rabidi & alia. Hæc sanat antidotus ex cancris fluuiatilibus, vt vocantur, nō nostratibus, sed italicis breui tempore, nisi ad hydrophobiam peruentum sit. Verum non tantū integra adhibemus, sed & extracta. Inde est acetū Bezoartdicū; aqua Theriacalis, Balsamus sulphuris: sales Theriacales, & alia, vt suo loco patet. Contrarium ergo potius simpliciter in assumpto verum est, etiam cum de periculosissimis venenis accipitur, modo deprehendatur malum tempestiue, & occurratur ei. Si non deprehendatur ante vltimū articulum, Paracelsica æque inutilia sunt ac Galenica. Non autem nos tam stupidos putet, vt veneno celeri opponamus tar-

Vide de Bezaaris examine ca: clusii notam in Sartiam. Item de Tabaco Nicolaum Monardis &c.

Diu operatū venenum sæpe breui remedio profligatur.

Galenici extracta vsurpant.

dum

dum remediũ aut deprehensum non omnibus machinis celeriter euocemus, aut extinguam', aut impediamus. Longe alio sumus animo, quã ipse supra fuit, qui prębito medicamẽto discedit securus, nõ dubitans quin natura omnia sit recte peractura. Strenue vigilamus, ne nostro somno aut negligentia succũbat natura. Sed hic non agitur de illis venenis. Nullus enim nostrorũ tam improbus est, vt ea sponte sciens volensq; & per se corpori infundat; verũ de purgantibus sermo ęst. Hæc cũ vel longa digestione ad mediocritatẽ reuocent; vel sigillatim suis præparationibus & auxiliis castigẽtur; inutile figmentũ est, quicquid in assumpto proferẽ, nec dicamus illud ipsum non offendere purgantia nostra, quæ effectu medico venena neutiquã sunt, vt pote correcta ante vsũ. Enunciatũ autẽ id de vsu ipso loquiẽ. Videãt paracelsici vt pręcipitati impetũ & antimonij corrigãt sistendo, cum expurgant vna animam. Galenici de suis consulent. Firmamentum eius arguit calumniã simul & imperitiam Neoparacelsi. Quando venam secemus deprehenso intus veneno, notũ non tantũ ex libris nostrorũ est, sed & operationibus; quãquam in hac parte aliquà disceptatio sit inter authores. Per se vena secatur in plethora, cuius propriũ est remediũ. Quod si alterãdus

In veneno purgantium iam exhibitorum, vel non opus est antidoto, vel facilis repressio peritorũ.

saltem

ſaltem ſanguis eſt; nemo tam ſtultus eſt, vt eam minuat, ſiquidem ingraueſceret tunc malum. Putat autem ille ineptus nos hoc modo a corde velle vocare venenũ; aut etiam ligare eius impetũ. Ita curare plerũque errantiũ eſt. Diligẽs meditatio & prudentia cũ peritia requirit, cum alterius gratia vena ſecanda eſt, vt cũ foris per vulnus immiſum eſt, aut per contactum, quanquam tunc & cucurbiculæ plurimũ valeãt: nondum tamẽ ad corde lato malo nõ iraſcat, ſi ſanguinẽ reuocemus. Illuſtratio a ſimili egregie cõuenit Neoparacelſis. Nam ſicut ſupra ille profeſſus eſt ſe cum ſuis obiicere naturæ remediũ, non amplius ſolicitos de euentu, quandoquidẽ non dubitent quin natura omnia ſit recte actura; ita Aeneas a poeta fingit ſecure in vtraq; aurẽ dormire, poſtquã inter mœnia recept' eſt equus durius Palladi ſacer, neq; vſpiam apparẽt hoſtes. Sed ſicut in ſomnis Aeneas ab Hectore monitus ſurgit, & pugna fruſtra tẽtata fugit cũ ſuis: Ita Neoparacelſici audita re male geſta, quoniã occurrere graſſanti iã malo nequeũt, arreptis vulcaniis inſtrumẽtis fugiunt. Itaq; probe defenſa natura eſt, cũ inter cruciatus ab hoſtibus extinguit. De noſtris hoc dici nequit, Quorũ vigilantia lõge ab iſto inſtituto abeſt, adeo vt interdũ Clinicos veteres agãt, & nec noctu nec die diſcedãt ab ęgrotis, vbi licet, opem ferẽtes.

Vena in venenis quã do ſecanda.

Talẽ accepimus aliquã do VVinſhemij fuiſſe, qui vitro antimonij porrecto, cũ violenter operaretur iſque quæreretur, nuſquam comparuit.

De ſpagi-

Paracelsicus repudiat omnem correctionem.

Spagiria solitam decantat næniam chordaque frequenter oberrat eadem. Sed ecce, qua fiducia homo? persuasum habebamus dudum, eum si non corporum, at essentiarum seu per essentias factam correctionem more omnium Chymicorum, etiam eorum, qui sequuntur Paracelsum admittere. Tantũ id non facit, vt omnem repudiet, solique præparationi totam emendandi virtutem assignet. Bene attendit homo callidus illud Pythagoricum: in via publica ne ambules. Quomodo enim authoritatem suam sartam tectam conseruaret, si cũ Paracelso, Dornæo, Thurnesio, Quercetano, Vlstadio, Lullio & aliis sentiret? Alterũ agit Paracelsum. Erit Elias Artista, de quo ille est vaticinatus. Sed si veri Chymici admittunt correcturas a necessitate rei coacti, & imbecillitate humanæ potentiæ: Neoparacelsus procul dubio adulterinus erit Chymicus. Arguit porro in hunc sensum.

Paracelsicus hic Chymicus adulterinus.

Quod ventriculus æger nõ potest perficere, id ei non est obtrudendum.

Digestionem & separationem veneni ab essentia corporum corrigentium & corrigendorum non potest ventriculus æger perficere.

Ergo hæc ei non sunt obtrudenda integra.

Assum-

Assumptum illustratur reboraturque minore. Nam cibos bene coctos non potest separare, nedum venena.

Complexio consectario ampliatur a disparato: quod sc: ea sint danda quæ per anatomiã essatam seu spagiriam prius sint mundificata, digesta, & separata; & ex consequente quod medici debeant digitos polluere, annulos ponere, laborare; nec potionibus insanis ægros excarnificare. Hæc ille.

Hic paralogismus in speciẽ valde plausibilis est; totus posset concedi suo sensu. Sed quia opponitur Galenicis correcturis, & ex hypothesi, quod corrigentia corpora, vt & corrigenda, per quæ fit sanatio a nobis, sint venenata, dimanat; non ita est prætereundus. Propositionem determinamus ita; si nec per se, nec cum aliis, vel ab aliis adiutus impos est. Itẽ si id quod datur actum nullum habet, & datur non alterandi gratia sed nutriendi, aut si actus eius tam remotus est, vt non possit cito produci. Assumptionem de vero veneno concedimus: at de eo quod Neoparacelsus appellat quodque venenum non est, falsam dicimus, & non solum elenchus κατά τι committitur, sed & contradictio implicatur. Cum enim correctæ medici-

næ ventriculo offerātur debili; quia addi-tum ſimul adiumentum eſt, quod robur ei auget; & inde neutiquā eſt venenum; cum hoc bene poteſt abſoluere digeſtionē re-quiſitam. Notandū autem quod ſeparatio illi falſo tribuatur. Robuſtus ſeu ſanus al-terat, & digerit proprio ſuo coquendi mu-nere, vt ſupra diximus & non niſi ex acci-dente ſeparat, dum cōminuit quadamte-nus. Quæ vero digeſtio a debili requiritur; ea ſaltem huc ſpectat, vt medicinæ vis a ca-lore tū eius tum vicinarū partium in actū vocetur quo poſſit operari. Cōcoctio non poſtulatur in medicamēto niſi id ſit cibus medicamētoſus, aut addatur quid, ſeu ſu-matur roborādi calefaciendiq; gratia tan-tum., veluti cum Piper aut Zingiber cum cibo præbemus; aut ſpiritum vini frigefa-cto offerimus; qanquā de coctione tunc parum ſoliciti ſumus, modo ſcopū propo-ſitū aſſequamur. Calefit.n. non raro etiam externis fomentis. Et ſi æger eſt ventricu-lus; nō eſt plane intermortuus. Si ergo co-quere nequit; ſaltem in actum vocabit. Et quod ſua virtute nequit, id prſtabit calo-re & vi cordis & circumſtantium. Pluribus ergo modis ineptū eſt aſſumti enūciatum, dum falſa hypotheſi de veneno prębito, de ſeparatione, de veneno corrigētis, de ęgri-tudine in diſcreta confictū eſt, quæ omnia
ſe mu-

se mutuo euertunt. Hac explicatione facile munimentũ assumti corrumpitur. Cibos alienos nõ facile digerit; at sunt etiã leues, quia debili quoq; possint coqui si recte offerantur, iuxta præscriptũ diætæ. Ex parte ergo falsa πίστις est. Deinde nugat̃ dum dicit cibos coctos, nedũ venena. Nã sentẽtia Neoparacelsi, etiã cibis illis venenũ aderit, siquidẽ dantur cũ crasso corpore. Insuper iterũ elenchum ignorat, dũ ait, venenã illi ægro obiici digerenda, id quod nemo facit nisi insanus Parac. Complexionis cõsequens sophisticũ est, & neutiquã consequens. Non .n. necesse est si nequit ventriculus digerere, ad Paracelsicã spagirian accurrere indeq; coctionẽ petere: sed sunt alij modi; nempe vnus quo roboratur vis eius coquens, & adiuuatur, seu externis seu internis adhibitis, & his seu cũ cibo seu sine; alius recta gubernatio & partitio ciborũ &c. Insuper talia applicari possunt, quæ simul roborent, nutriant, & curẽt. Cumq; in omni tali ægritudine coquendi facultas nõ ex toto perierit, siquidem id fieri salua substãtia ventriculi & crasi ingenita nõ potest; sed saltẽ secundũ quid, cumq; nõ sola sua vi coquat, sed cordis cõferẽtis spiritũ & calorẽ; medicis duplex relinquitur præsidium ad virtutẽ illam prius instaurandam & firmandam, siquidẽ non futura eius vis

Non necesse est in dyspepsia dare extracta.

Saluo vẽtriculo non potest tota eius vis perire.

Ventriculi roboratio.

eſt idonea & ſufficiens ad medicinam in a-ctum vocandam; licet etiam tertium accedat ex reliquorum membrorum actione. Non tamen repudiamus veram Chymiam, quæ nobis commodos facilesque ad robur ſuccos ſubminiſtrat, & olea, & reliqua. Aſt Neoparacelſicum conſilium vilius Alga eſt. Quid enim? Finge & refinge medicinam adhibẽdam in aludele ſublimatorio, coque & expurga. Si illam reſpuat ventriculus longe vehementius noſtra integra; quid aget medicus ille bonus? Dabit nempe ſecurus; (nã natura omnia recte aget) Elleborum tali. Sed non eſt vt de his plura afferamus. Mundiciem noſtram nobis exprobrat; viuat ergo is vt canis immundus, ſcarabæus, amica luto ſus. Placebit ægrotis, carbonariam olens præ pharmacopolio, ſicut magiſter eius Paracelſus. Annulos ponere iubet, quaſi vero hi ipſi ſorderent. Vulcania tractare præcipit: quod nos, ſi non omnes, at plurimi, & ſi non ipſi, per miniſtros tamen operamur, puditum iſtum monitorem non deſideramus. Cætera conuitia mittimus. Coccyſmi enim ſunt. Inſtat vlterius, nos naturæ imponere maiora viribus; idque hoc argumento, quanquam multis tautologiis & ineptiis implicato, vt vix expedire potuerimus.

Non Chymica repudiatur, ſed Paracelſica ad coruos ablegantur.

De mundicia Galenicorum & labore.

An Galenici naturæ imponant maiora viribus.

Qui

Qui ventriculo debili dat cruda indigestaq;,& quæ seipsa non possunt seruare: is maiora viribus imponẽdo eũ opprimit.

Galenici ventriculo dant cruda indigestaque & quæ breui corrumpuntur.

Maiora ergo viribus ei imponunt.

Assumptum probatur primũ,quia dent forma solita,quę habeat res non alienas ab impuritatibus, nec spagirice separatas. Deinde ea quæ paululum asseruata putrescant.Illustrat̃ hoc opposito quod Chymica a putredine libera multos seruentur annos,tanto dissimilia illis. Insuper quod ventriculo etiam nauseanti & mirifice reluctanti non parcãt: quod ipsum illustratur consequente effecto; quod scilicet ita interficiant homines, non considerando quintũ præceptum. Est & propositionis aliqua explicatio per comparationem a maiore: dum dicit multo minus seruabunt alia.

Diu immoratur Neoparacelsus in arrepta semel cruditate,quę iam satis est confutata & ad purũ excocta. Ridiculus autẽ & ineptus fit magis magisq;. Quæ enim propositionis esse veritas potest, si cruda illa sint, quæ non in vulcania taberna Chymice sunt elaborata? An ne potum quidẽ admittet misero febricitãti, nisi per aquas destillatas? At deprehẽdimus his nõ raro of- *Ventriculo debili interdum etiã minus cõpetũt Chymica quam integra.*

feu ſum ventriculū. Hic etiam ſi debilis eſt, nō fert illas eſſentias liberatas. Nimis enim ſunt actiuæ. Itaq; neceſſitas quoq; requirit, aut integras res dare; aut extracta correcta, idq; integro, cum non ferat vnā, ne dum multas eſſentias acres. Quid ergo iam Neoparacelſe? cogeris vel correctiones extra illā tuam præparationem admittere, vel res inſolutas. Redit in te iſtud tuū crudū & debile argumentum. Deinde mirifice ſibi placet inuēta corruptibilitate eſculētorū. Dignus eras qui nihil niſi lapides, aut glādes aut metalla vorares & ſulphura biberes. Quia vulgares cibi quomodo te ſeruabūt? Pone eos paucos dies alicubi, præſertim æſtate aceſcet cereuiſia, caro cōputreſcet, & reliqua vna cum pane muceſcente horribilem odorem ſaporemq; nanciſcentur. Neoparac. Manna Iſraeliticū. Quomodo enim id quod ne ſecundū quidē diem aſpicere poterat, ipſum integrū ſeruaret. Mirū eſt quomodo aulicis conuerſari poſſit, qui nō niſi ſemiputres ferinas laudare pro cibo cōſueuerunt, & iucunde inde afficiunt. Illud autem olim ſenſit etiam Parac. argumentū a ſuo patre ſumſit Iunior. Eſſentias metallorū vt Turbith, ſales & ſulphura cū reliquis voluit vorari, & aurū potabile bibi; vtpote cuius fiducia patres diuturnā vitam ſint conſecuti. Et quidem autor ipſe potius ex popinis & oenopoliis viuēs quā ex officina vulcania ſpagirorū, huius præ-

De eſcarum fugacitate.

cepti neglecti pęnas dedit. Breui .n. interiit. Caueat sibi Neoparac. ni deglutiat cerebro suas essētias immortales. Nō negarim aliquid præsidij ad corpus præseruandū in illis esse. At ęgris infirmū ventriculū habētibus nō dederim absq; graui deliberatione. Contrarium .n. in his verū. Cum enim virtus sit debilis: & vētriculi actio in hunc contendat finē, vt nutrimentū masticatum aut potū concoquat, alteret, faciatq; chylū: non firma & difficilia mutatu sunt porrigenda; sed facilia, quę tamen succos gignāt laudabiles, & eos qui non augeant morbū. Similiter est in pharmaceutice. Nam & id quod roborare debet cito in actum vocari oportet, & alterū, ꝙ reliquos scopos assequi. Nihil .n. efficiet, nisi deductum in actū. Si non sit facile mutabile, nec pareat ventriculi viribus & calori, non tantum opera ludetur, sed & noxa cōciliabit maior. Nam calor impar digerendo id relinquet, vnde quid sequetur, coniiciat Neoparac. Eat ergo cū stolida sua ineptaq; phantasia, & nostra medicamenta neget porrigenda propterea quia se nequeant seruare. Apparet morbus propositionis ex ignorato elēcho & mendacio cū falsa effecta cum falsa causa sint disposita. Peripateticus quis facile ostenderet insanire istud paradoxū; cum necesse sit solui misturā vt elemēta corporis alantur. Illa autem soluitur naturaliter

Paracelsus non vixit essentiis furni sed popinarum.

Ventriculo debili danda facile mutabilia, non ferrea.

putredine. Quo citius ergo quid putrescit cæteris paribus, eo citiorem nutritionem concluderet. Assumtum fallit elencho κατά τι. Finge id facere Galenicos. Si cum ratione faciunt, tantum abest vt peccent, vt potius Neoparacellum aliter sentientẽ erroris turpis accusare iure possint. At non semper faciunt. Dant enim ęgro ventriculo non raro etiam ea quæ diu immunia sunt a putredine, vt maluaticum, aromata, &c. quæ tamẽ ita eligunt vt cum a putredine sint alieniora (non enim dandum quid est, vt in ventriculo putrescat, præter naturam, sed alteretur pro natura.) nihil ominus tamen facile alterentur, & alterent citoque iuuent. Ex parte ergo impudens ille sophista turpiter in assumpto mentitur. In firmamentis eadem vtitur arte. Damus forma solita, quid tum postea? Illa a nobis ita comparata est, vt de impuritatibus, cruditateque parum habeant, quod conquerantur ægri. Nec desunt nobis vera Chymica, quæ si opus est adhibeamus decenter. Paracelsica adeo nobis suspecta sunt, vt si suppeterent ea copia qua fœnum, nollemus vsurpare. Cauete vobis a Paracelsicis, quicunque vestræ saluti bene consultum cupitis. Hic homo facile vestros inaurauerit ventriculos; aut eroserit, aut in lithostratum verterit per suum

De forma solita.

Paracelsica repudiatur a sanis.

suum atramentum. Dare enim ea præsumit, quæ sunt æterna, nec possunt corrumpi. Quod autem a nobis paulum asseruata putrescant, nisi negligenter (quod fieri potest) sint præparata coctaque, aut non secundum artem confecta, nec bene custodita, mentitur more solito. Inuisi autem sunt ei syrupi nostri. At illi quid aliud sunt quam extractum chymicum dilutius? Hoc ideo cum suo, in quo digestum est, familiari liquore relinquimus, longe rectius Paracelsicis, quia ad vsum nihilominus necesse est dilutum quærere, quādo per se sumi nequit. Constat autem nobis quāto tempore quodq; duret. Non opus habemus putida Neoparacelsi admonitione. Si quæ momentanea sunt, ea asseruari non præcipimus, sed in præsens confici. An vero parum diu durant opiata? Vtinam tam diu tibi esurire iniungeretur, & sitire, quousque vel quiuis etiam fugacissimus linctus corruptus esset. Non parum pinguedinis amitteres. Sed non opus est mendacium apertum multis refutare. Redi ad Vulcanum tuum, & quære quam diu aquæ eius destillatæ & diligenter correctæ durent? Paret Paracelsicus illas vt volet (loquor de simplicibus quæ fiunt ex herbis, floribus, & similibus) mirabor si incolumes seruabit, quandiu nos

Galenica nō tam cito putrescunt omnia.

Syrupi sunt Chymica extracta.

Momentanea non asseruantur.

Quædam aquæ chymicæ minus durant integra.

electaria, & reliqua. Hoc compertum habemus: Vinum integrum durabilius esse, quã eius spiritũ, & aliquas res totas lõge diutius seruari posse, quam olea elicita, ꝙ cõprobabit oleũ camphoræ, iuniperi, & alia, quæ in aerem breui euanescunt. Et quomodo poteſt id diuturnum esse, quod in turbis elementorũ ad subtilissimum tenerrimumque eſt redactũ, ita vt sustinere iniurias aeris non possit? Gloriatur de suis ille. Scimus quædam metallica sat diu seruari. At non omnia. Nam & sales tandem fiunt inutiles. In vegetalibus & animalibus non eſt similis ratio. Discreta tamẽ & hæc sunt, pro natura sua, vt sint alia aliis vegetiora. At nisi cadauera cadauerũ velis exhibere, monstra mihi vim illam solidam & primæuam in sale absynthij, magisterio zybethæ, castorii essentia, capi, oleo violarum, &c. vltra hominis ætatem seruatis. Subtilissima & spirituosa, quo seruabis ingenio. Essentiæ spirituosę foris sunt volatiles, in corpore quales erunt? Quam diu id seruabunt? Si Galenicæ sunt corruptibilia, Chymica fugacia quis prodeſt corpori magis? Et retinetur essentia in familiari magis quam in alieno. Spiritus vitrioli correctus, diu seruari poteſt, at diutius vitriolum ipsum. Ille enim tandem vi amissa nihil relinquit, nisi fœdum phlegma,

Subtilia nõ sustinent iniurias externas.

phlegma, vt vt correxeris. Pulueres etiam tandem exolescunt liberati fuis tectoriis. Non frustra natura ouibus addidit pelles, & reliquas bestias coriis inclusit. Externas iniurias voluit prohibere. Ita de corticibus arborum est, & crassiuscula rerum substantiæ. Seruandi gratia hæc sunt data. Si Neoparacelsus præsidia exemerit, neque tamen superet naturam, debitum cuique assignando: Viderit quam sua sint diuturna. Medicos nostros non parcere ventriculo mirifice reluctanti; calumnia non vacat. Est quidem nobis sæpe confligandum cum contumacibus ægrotis, quorum cognati medelã suadent aduocato medico. At non semper ventriculus in vitio est, sed pertinax voluntas & phantasia, quam constat sequi aliarum partium vires. Sed nec ad horrida solum id fit, sed & ad suauissima. Quin & permittimus sæpe electioni ægrotantis, qua forma & sapore velit medicinam. Porrigimus, acida, vinosa, absynthite, dulcia, acria, & alia. Offerimus Chymica, non Chymica; Actũ agimus, donec posita pertinacia facile admittãt, cumq; commodo magno quod prius repudiauerãt. Quod si dares morbũ auctura (fit enim vt quo succo imbutus ventriculus est, eum aliquãdo appetat, vt in aliqua malitia) quæque arri-

De ventriculi nausea in medicando.

Contumacia phantastica plus in causa, quã vis ventriculi.

Non semper obsequendũ appetitui ægri.

dent

dent gulæ; vt febricitanti in medio paroxyſmo immenſum vini aut aquæ cantharum, aut hydropico maiorem, placeres. Hunc medicum laudant, qui committit ægro quodcunq, placet, & qui pleno ventre curat, ſicut Paracelſus. Non tam inſanimus, vt ſi ventriculi ἀδυναμίαν cognouerimus, pertinacius vrgeamus. Tibi autem non minus ac nobis prudenter curãti cunctabundi reluctantesque offeruntur ægri, quos vt ex ingenio tractes vide. Breui comperies quos gula illa libidinoſa, & præter vires etiam exercita Venus, & alia perdiderint. Virulenta tua lingua obiicit nobis homicidium. Sed hoc ſcelus proprium eſt Paracelſiſtarum. Tu vide vt ſtipendium peccati mundo tollas, ne ſub te medicante quiſquam moriatur. Medicus prædictione ſua & iudicio aſtantium facile curabit, ne opus illi ſit lege Aquilia & Cornelia, cuius præſidio, quanquam a tui ſimilibus rabulis tortæ retortæque mirifice hactenus a pœna tuti fuerunt Paracelſici. Quam enim graue erat hoc, quod ea lex habet imperitia quoque culpæ annumeratur, veluti ſi medicus ideo ſeruum tuum occiderit, quia male eum ſecuerit, aut perperam ei medicamentum dederit. Vobis inquam Paracelſicis, qui non ſeruos, ſed liberos & ingenuos in iſtud periculum

De homicidio.

Prædictio liberat medicos.

Leges Aquilia & Cornelia Paracelſicos damnant.

culum temeritate & imperitia veſtra inducitis, graue hoc fuerat, niſi ancipites linguæ vobis ſuccurrerent, aut latitaretis bonorum medicorum priuilegio. Lex Cornelia de eius venefici capite quæri iubet, qui venenum malum fecerit, vendiderit, emerit, habuerit, hominis necandi cauſa. Quam peritum te in iure oſtendis eſſe, cum hoc nobis imponis medicantibus cauſſa ſalutis? Tu vide vt ſecurus ſis a lege Cornelia de falſo. Minatur enim tibi falſario Chymico obtrudenti hominibus atramentum pro ſale cupri, & ſtercora pro eſſentiis. Leges quoq; Ambitus te non dimittunt indemnem, qui tibi dignitates arrogas a nullo ſecũdum leges acceptas, & irrepis in fauores aulicos inſidioſis blandimentis, vt per eos emergas. Legem Remniam de calumnia quomodo effugies? Stigmatica cum fronte & obuſta obambulare debueras, & iniurioſe profanatæ medicinæ punctos circumferre, ſi officio ſuo recte fungeretur magiſtratus tuus. A quinti præcepti comminatione quod ad hanc rem attinet, bona noſtra conſcientia facile nos liberat. Tu fugitiuus ſacerdos, qui in alienum laborem inuocatus inuolaſti, deſerta ſtatione Theologica, vide ne ab horum manibus, quas primis artis tuæ annis ad tartarum miſiſti,

Lex Cornelia.

Lex Cornelia de falſo arguit Paracelſicum.

Lex Ambitus.

Lex Remnia.

V. Praceptum.

eius

Paracelsici scurrilitas. eius violati reus peragaris. Paruũ quid hactenus grauitati dedit Neoparacel. nunc penitus fit scurra, improbusq; ludio & morionum castra irrũpit. Nostros viderat in hunc modũ vesamię eius occurrere posses

Mistira naturales non temere soluenda. Natura prouida salutis animantium, ita res miscuit, vt alieno præsidio, spagirico nimirum, ad bene nutriendum medendumque non indigeret, quanquam foris adhærentia tollere, tum ipsa non prohibeat, tum etiam monstret. Qui ergo misturas soluit superuacaneo labore potius eam molestat, & inuitam corrumpit, quam corrigit. Idem declaratur materiæ formæque naturali ad totam essentiam vnione: & illustratur communi animantium iure; quandoquidem bestiis quoque bene succurrat citra opem Spagiri: In qua re vt naturalis facultas communis est vna cum animali: ita etiam medicandi ratio secundum genera.

Quin & alia plurima argumenta suppetunt, quorũ quædam etiam nos supra attigimus. Et certe si Spagyri misturam soluunt, perdunt totum, nec essentiam saluant, sed destruunt. Fieri autem hæc ipsi dicunt, dum efficiunt elementa, tum vulgata

gata illa quatuor, tum Chymica, mercurium, ſulphur & ſalem, niſi hæc non ſunt principia, ſed ſimilitudine quadam deſignatæ res in vno toto concluſæ. Nam cùm in planta humor aqueus & alimentarius ſit, hic elicitus mercurius videtur eſſe.

Elementa Chymica.

Cum etiam interior liquor pinguis, qui balſamum repræſentat, nobileque illud ſubiectum, in quo vis ineſt præſtantior, ſulphur refert. Eſt & feculentior magisque terrea eiuſdem ſubſtantiæ materialis pars; ea depurata nomine ſalis venditur. Si ergo, inquam, hæc materialia elementa miſtionis ſunt, non ſaluant, ſed deſtruunt miſtum Spargiria. Et hoc apertius etiam hinc patet, qui craſſum corpus, quod in radice miſtionis vna concreuit, tam de eſſentia materiali miſti eſt, quam ſubtile, vt in corpore humano, oſſa, carnes, vincula, de eſſentia ſunt corporis, licet craſſa ſint, imo potius hæc, quam ſpiritus, ſubſtantiam perficiunt, vt alibi demonſtratur.

Craſſa etiã ſunt de rei corporeæ eſſentia.

Qui ergo ſeparat craſſa a ſubtilibus, eum neceſſe eſt, eſſentiam miſti deſtruere. Quæ iam gloria eſt Paracelſicis ſeruatæ ſubſtantiæ? Certe in aliquibus longe ſatius foret ſeparationem non attentare. Natura enim quæ contemperauit, quomodo animali ad ſuum vſum bonum fore per creatorem iudicatum eſt;

Paracelſici non ſeruant ſubſtantias.

Deus nõ fruſtra compoſuit res ad ſanitatẽ cõſeruandã et reſtaurandam.

eſt; ita compoſuit. Si corrigens ſubtraxeris, nudamque vim proſtitueris, peius cõſulueris ſaluti deſtinatæ, non melius. Eſt tamen in aliquibus etiam arti ſuus finis. Vnde chymica nec probantur omnia, nec repudiantur, id quod vſus & experientia monet. Si quis ergo ex noſtrorum ſimplicioribus, illud naturale coniugium adduxit contra Chymiam, illi ſatis erat dixiſſe, per ſe quidem etiam abſque illa arte vixiſſe multos ſat diu, & commode: at cum melioris vitę gratia multa ſint inuenta, non debere hæc repudiari. Et quanquam non ad vnum finem inſtituerentur illæ ſeparationes: non tamen deeſſe alios, veluti ſal auri, ſi non comeditur & bibitur, ad vulnera tamen & alia commodius adhibetur quam aurũ integrum, & ſic etiam in ignobilioribus. De eſſentiis etiam ſeparatis dixiſſet, eas non pro integris ſubſtantiis verdi a veris Chymicis, ſed relate ita appellari, vt in quibus vis hæreat potior; craſſis præſtantibus complementum quantitati potius quam ſubſtantiæ, quo pacto & ſupra locuti ſumus. Ita reſpondentem Neoparacelſum tuliſſemus cum hac determinatione ſuo fini ſuam rem & præparationem relinquendam eſſe; veluti ad potum non debere prius deſtillari vinum, ſed ſatis eſſe integrum, ita & in medicis

Naturalis Vnio.

Reſponſio ad eum qui omnino repudiat Chymiam argumento naturalis Vnionis.

Eſſentia ſeparata mixturam ſeruant in ſubtili ſubiecto.

Varij ſcopi Vſus modũ monſtrant.

dicis operibus multis, in quib. longe plura sunt respicienda, quam in nutritione, quam a medico nõ expectant plurimi, sed a foro & crumena. At Neoparacel. scurriliter illudit obiecto, ergo, inquit, volucres cum pennis sunt vorandæ, &c. Te inquã Vulcanus perdat. Non id consequens est ex obiecto. Purificationes foris adhærentium non repudiantur, sed solutio illa naturarum, in quibus tamen frequentissime nõ intelligimus quid sit arcani, & fieri potest, vt ignari latitantis virtutis deprauemus rem potius solutis naturæ vinculis, quã emendemus, cũ, vt vt natura specierũ perspecta est, nihilominus in indiuiduo ocultum quid repositum esse possit. Hæc vna eius responsio est, morionẽ quam magistrum repræsentans magis. Altera vagatur circa complexiones ægrorum; quasi hæc cognoscerentur ex Spagiria, atque ita separatio sit in medicinis retinenda, vt naturam sanorum & ægrorum spectaremus. Quasi argueret ita; sine spagirica separatione non potest ægrorum complexio & natura cognosci: vel per eam patent temperamenta partium in ægrotis: ergo illa est necessaria medicis. Nihil est vanius hac responsione, antecedẽte toto falso, siquidem separatio est medicinarũ. Adolescentes tamen nõ tam facile præteruolent. Su-

Scurrilis illusio.

Ideo etiam non soluendæ sunt naturæ quædã, quia arcanæ vires sunt multis quæ destruuntur solutione.

Alia responsio de complexione ex solutis cognoscenda.

Vanitas sophismatis.

praaudiuerũt Neoparacelsum repudiare topicam anatomiam: quia ex macrocosmo possit scire, q.d sit in microcosmo, soluendo nempe per Spagiriam non cor hominis, sed aurum, non epar, sed cuprum; non cerebrum sed argentum & reliqua.

Arguit ergo: Si complexio ægrorum sine Spagirica solutione sciri nequit, necessaria est Alchymia. Sed verum illud ergo & hoc. Illustratur propositio aduerso: quod & sanorum complexio noscenda sit; vt sine qua gnari naturæ ægrorum esse non possumus, vnde conficitur; siue sanos siue ægros respicias, Spagiriam coli debere.

Assumtum firmatur: quia membra & constitutio minoris mundi spectanda sunt in partibus mundi maioris, id quod fit per ignem Spagiri, qui interiores essentias manifestat, qualis solutio in corporibus humanis esse non potest. Defenditur autem res analogia.

Qualia enim sunt membra externa, talia erunt interna, & qualia septem principalia simul: tale totum corpus, plane eodem modo cum Astrologis & Magis.

Complexio ornatur consequente, quod

quod male faciant medici Galenici, qui istam artem repudient; nec laborent scire complexiones ex ea, quas tamen tantopere commendent Galenus, Hyppocrates, Damascenus, &c. Sed satis habent cæce curare pro fortuna, & tandem finire curam in ligno guaiaco iterum contra methodum Galenicam.

Hæc Neoparacelsus hic agit. Paulo post idem euincere conabitur necessaria principiorum artis medicæ notitia, quam sibi somniat nullum posse absque Spagiria sibi comparare. Sed primum excutiamus præsentem paralogismum.

Assumtum falsum est. Munimentum eius ex analogia fallaci petitum nihil habet prĕter somnium. Multa possunt reuocari ad similitudinem hominis: at ex illis non patet natura propria per se. Argumentum comparatorũ quidem in logico campo regula quadam monet; ꝙ comparata sint æque nota ratione cõparationis. Sed cum illa cõparatio sit in quali saltẽ, & externa ad essentiam ipsam & primam notitiam non perducit. Neque ex similitudine identitas dependet, sed ex consentaneis simplicibus primis & symbolicis eorũ: neq; etiam simplex conueniẽtia. Si hinc peruenirem ad cõplexionẽ hominis,

Comparata logica saltẽ κατά τι rem notam faciunt.

cur non potius macellum ingrederemur quam ſpagiricam caſam? Cur non depingi nobis hominem curaremus? Putidum & vanum eſt auri complexionem in igni ſpectari, & ſpagirica præparatione. Ergo ſi maxime verum eſſet, id eſſe cor hominis in externo mundo, quod tamen a veritate tantum abeſt, quãtum id quod longiſſime, per Chymiam tamen auri, cor humanum cognoſci non poſſet. Quod autem auri complexio, ſiue per eam craſin ſubſtantialem ſeu formam accipias, ſeu contemperationem virium elementarium, per ignem non innoteſcat. Certum eſt inde, quod ſaltem puritas, duratio, fuſibilitas, & ſimilia per ignem pateãt, ſubſtantia nullo modo, vires autem æſtimantur effectu & ſenſibus. Cor itaque ex auro conſpici, & ſecundũ eſſentiam iudicari nequit. Nec id fieri poteſt ſi aquis regiis & aliis id corrodas, deſtruas, alteres, immutes. Non.n. naturalium congruẽtia ex alieno principio, ſed ex naturę integritate, qualis ea per ſe eſt, æſtimari debet. Ars multa cõformat ad ſimilitudinẽ cordis. At cordis naturã inde colligere demẽtis eſt. Præterea, ſi homo eſt paruus mundus ideo, quia in eo omnia totius mundi membra ſunt, ſicut totũ ex toto æſtimatur, ita partes ex partib. Aurum ergo erit cor totius mundi ex-

Ex auro humani cordis natura non poteſt colligi.

di externi, ſicut eadem pars in homine eſt vna toto. Sed id vanum eſſe cuiuis eſt perſpectum. Inſuper Neoparacelſus noſter ex cauſſis ſcientiam ſecundũ axioma Ariſtotelicum deducit. Itaque ſi aurum eſt cor hominis comparatum ſeu externum, ex quo noſci poſſit internum, conſentire debet vtrumque cauſis potiſſimum eſſentialibus, materia & forma. Deinde adiunctis propriis, ex quibus ſequitur etiam definitio, & alia argumenta. At quis ita delirat, vt hoc affirmare auſit, p̃ter Neophytum Paracelſum? Cor eſt pars inſtrumentalis & animalis: Aurum eſt res mineralis homogenea. Cor ſpiritum vitæ & calorem habet radicaliter; ipſumque ſuppeditat membris, cordis humani origo ex ſanguine eſt. Idem calorem & ſpiritum & habet & gignit hominis naturæ determinatum, conſidera tu reliqua, & confer cum mundo externo; contemplatus num aurũ ſit eius pars principalis, ita vt ſine eo nec viuere nec ſpiritum, vitam motum & omnino potentiam vllam habere, & vim exercere poſſit. Inde reuertere ad hominem, & experire, num ſi cor ei deeſſet, aurum in eius locum poſſit ſubſtitui, aut ſi id inſigniter labefactum ſit, aurum ingeſtũ eius munia exequatur, &c. & quia beſtiis quoque cor eſt & plantis aliquid proportionale;

Diſſenſus cordis & auri.

tionale, necesse sit, idem hic fieri, & nō firmi aurum ab arte corruptū quod iam desiit esse, quod fuit, sed natiuum & integrū. Indaga etiā ex auri natura ægrotetne cor animalis, an non; & non tantum in genere id scrutare, sed & specie & indiuiduis. His factis expedi iam, cum tu in tua officina aurum liquas, corrodis, sublimas, præcipitas, & in varias facies conuertis, scisne an tuus ægrotus domi sit corde hilari, frigido an calido? Si aurum tam exacte refert cordis constitutionem, an cor etiam ita pati potest vt aurum, vt nihilominus viuat? Vel si notum tibi est id secundum speciem hominum familiare esse cordi; quodnā aurum quæso tuo conuenit? Arabicum dices. Sed non repudiabis rhenanum, & quod paucum ad Thuringicū saltum corradi solet, & alibi colligi. Ego profecto, si Argus ipse essem, & Aristarchus, ex nulla auri operatione possem scire te virulentum & impium cor habere, nisi ex tuis factis id cognouissem. Ex ipsa fronte nefaria vix potes nosse versutiam animi, & tu ex auro eam venaris? O te læuo Ioue natum & educatum. Sed de his etiam supra. Studiosi norunt veros medicos rei notitiam primam & propriam non petere ex analogiis & similitudinibus externis, absque cognitione ipsius, sed ex

propria

propria substantia, huius adiunctis & effectis. Tactu iudicant qualitates primas, visu colores, &c. sensib. cũ ratione cõiunctis effecta cõsiderãt, & ex omnib. collectis de natura tanquã intimo principio pronunciant. Homini nulla alia facultas est cõcessa. Vnde de auro sentiũt, id possessione potius roborare & fiduciam dominis suis addere, quam virtute medica, de qua post tot misturas preciosorũ nihil extat certi. Itaque fictum & vanum est illud proportionale Vulcani ergastulum. Ita explicatus est paralogismus. Ornamenta nihil habẽt præter vanissimas calumnias, quas paucis percurremus. Ait se non videre quomodo præcepta cõplexionis obseruemus. At inquam quid ille videat in suo Vulcano. Mirum tamen est nõ videre, cum eius ope intimas essentias & occultas rerum proprietates glorietur nosse. Debuerat destillasse, & ad essentiam reduxisse nostra præcepta, & statim cognouisset. Nos te Neophyte Paracelse iudicem nõ constituimus, nec vnquã adhibuimus in cõsilium. Scimus.n. tales, qualis tu es minus. De cõplexione & medicis operationib. iudicare posse, quã asinus de luscinia cantu. Supra humoribus addictos nos vocasti, nunc humidos doctores. Sycophantę morsus est. Minus curabitur ab Elephante musca. Humi-

Galenicorũ de complexionib. obseruationes.

Conuitium humidi doctoris.

di esse, & irrigati larga veræ notitiæ copia malumus, quam arido Vulcano ita excocti & stolidi, vt Paracelsici. Nostræ humiditatis guttula plus fert fructus vnica hora, quam Neophyti Paracelsi siccitas vniuersa longe vastior arenoso Lybiæ tractu, vel integro seculo.

Medicina Galenica.

Comperisse te dicis a nostris ægrotos vexatos esse laxatiuis, syrupis, pilulis, feculentis potionibus vsq; ad necem, cum vix ossibus hæserint. Si tibi id indicauit nostrorum aliquis, sycophanta fuit, sin externorum, neque tibi neq; illi committimus de operib. artificum iudicandi facultatem.

Paracelsici ardeliones.

Apparet te non tantũ apostasia tua allotrioepiscopum factũ, sed & πολυπραγμονεῖν. Si vellemus pari tecum stultitia esse, tua facta reponeremus tibi. Sed nolumus conuitia conuitiis compensare. Illud dicimus, nos quidem nõ inquirere in alterius conscientiam aut opera, inuenire tamen,

Non omnes medici paris industria.

non omnes pari iudicio & εὐστοχία valere. Nec sibi Paracelsici vnquã in sua fece eam persuadere ausint perfectionem. Itaq; acciderit sane aliquis error, quid hoc ad artem, & totam professionem nostram?

De methodo Galenicorum.

Depingis tuo periculo nostrã methodũ, quæ nullas ægroti vires respiciens, sed cũ summo vitæ necisq; periculo eas imminuens & prosternens, a laxatiuis & purgantibus inci-

incipiat, desinat in ligno guaiaco, eoque peregrino, cui sine discrimine ægros emaciatos addicat: Vnde nos vocas ligneos doctores per metamorphosin ex sagacissimis & honoratissimis factos, quos rediuiui principes medicinæ nostrę instar coruorum repudiarent, quandoquidem sacra illa anchora, lignum ab illorum institutis abhorreat, & nos defectus ab illis coarguat: Et hæc probas: quia in vsu eius non attendamus complexiones & vires tandemque minitaris arti nostræ interitum per fulmina. Equidem si vnquam in te veri quid fuit; si vnquam verum promisisti, & seruasti fidem, illud hic factum est. Supra dicebas te seponere velle modestiam. Euge bene liberasti fidem. Non tantum immodestus es, sed & calumniator impudēs, & mendax improbus, insectatorque amarulentus, qui, si ista Iouis tui fulmina cauere potes, beatus es. Quid vero respondendum est? vnico verbo: INSANIS. Studiosis autem hoc dicimus falsum dici, quod vires ægrorum non respiciamus. Vires autem illas vnde æstimemus, liquet. Non medicinæ saltē intuemur virtutem, eiusque modum in operando consideramus; id quod Neophytus solum sibi ex sua præparatione pollicetur stulte; sed & facultatum in ægroto robur, quomodo nempe se ha-

Paracelsicus totus impudens mendax.

Galenici nō negligūt vires ægrorū.

Vires quo æstimentur.

ſe habeat naturalis vocata cum vitali & animali, idq; non in generibus; ſed & ſingulis exploramus. Accedunt poſtea indicationes cæteræ a loco affecto. ſymptomatis, morbi natura, viis & aliis; vnde facile vel difficile, bene vel male aliquid fieri poſſe coniicimus. Quæ etiam quibus ſint pręmittenda vel ſummittēda reſpicimus; quid vrgeat magis, quid minus; ſoliciti in primis de Diæta, vt perdurare æger ad criſin conſuetūm plerunque poſſit. Si vires non poſſunt celeriter refici aptis nutrimentis, ſubſidium ab aliis roborantibus, iiſque commodis petimus, quæ opponimus cauſæ debilitanti. Hæc nullus ſtudioſorum ignorare poteſt, & doceri, & fieri cum reliquis ſecundum artis modum. Non enim ignoramus nos temere ſanare, vbi vel abolita eſt natura, vel ita proſtrata, vt vel nihil, vel parum operari poſſit. φύσιες enim ἰατροὶ τῶν νούσων. At ille virulentus ſophiſta etiam optima deprauat, excerpens id quod maxime inuidioſum eſt in tota cura, nempe purgationes & ſudores, qui tamen non raro maxime ſunt neceſſarij. Et in hoc non loquitur docte aut perite, ſed vulgariter blaterat. Ita enim plane ſolent leues homines in circulis nugari. Difficulter patiuntur ſibi ægroti detrahi aqualiculum vitioſiſſimis

Sine natura fruſtra curat medicus.

Paracelſici ſunt vulgares blaterones & aniles nugatores.

mis impuritatibus ex mala vita repletiſſimum. Verẽtur ne adipis iacturam faciant, & euadant minus habiti. Eum exoptant medicum, qui verbis eximere & ſeparare purũ ab impuro poſſit; Eum laudant, qui vna potet ſtrenue, nec quicquã de dimẽſo minuat, qualis ad nos peruenit quidã, qui ſibi laudi duxit abſq; diætæ legibus curare; & non ignotum eſt, principio Paracelſicos ob hoc fuiſſe in admiratione, quod ſanent nulla habita diætæ ratione, & abſq; purgãtibus; Imo breui manu ad ſtygem præcipitent ægros. Eiuſmodi ſiniſtra iudicia ſtolidæ plebis nouimus multa; ex quibus & illud eſt, quod dicitur quidam fuiſſe SILVSIAE medicus, qui ex contemplatione corporis, in quod paulo fixius depreſſerat oculos, ſtatim potuerit diuinare, abſq; ægri ſermone vel relatione hiſtorica, hoc laboras morbo, hæc pars affecta eſt; cũq; forte annuiſſet ægrotus (qui tamen ipſe ſuũ affectum ſæpe neſcit, nec poteſt exponere vbi, aut quomodo ægrotet, vnoq; diuinato ſaltẽ leui ſymptomate, credit vniuerſã conſtitutionẽ exploratã eſſe) fama e veſtigio ſparſa eſt, mirabilẽ illum medicũ ex facie poſſe cognoſcere morbos. Boni & periti de arte tam contẽptim nõ iudicãt, ſciũtq; nõ eſſe ſuperficiariæ notitiæ deprehẽdere morbos, & loca affecta, cũ reliquis. Neophyt' paracelſus.

Quos medicos vulgus amet.

Paracelſici libertate viuendi, data a vulgo prædicantur.

Huc pertinent Vromãtes, Aſtrologi, Crambiuori Oenopotæ de quibus etiam vulgaria ſcommata ſparſa ſunt &c.

celsus colludit cum eiusmodi plebecula. Non immerito ergo cum illa mittitur ad Cynosarges. Ligni Guaiaci vsum potius inter balneatores vigere, quam medicos, vulgo notum est. Neque tamen adeo despectum, ludicrum, aut temerarium auxilium, sed non raro maxime salutare in grauissimis præstat morbis, quanquam, Crato suo iudicio parum illi; plus autem abstinentiæ in cura tribuit. Nec adhibetur sine discrimine a medicis, vt blaterat ille. Modus cuique vsui statuitur; ita vt interdum libera deambulatio, & negotiorum quorundam administratio etiam foris, consentientibus cæteris, admittantur. In scabiosis & Gallicanis (quibus & ipsi Paracelsici porrigunt essentiam eius ligni, & aurum vitæ diaphoreticum, & alia, quibus non raro sat diu excruciant ægros.) item pronis ad apoplexiam; ventriosis ob pinguedinem, vnde imminet suffocatio, cachecticis, tabidis etiam quibus chyna accommodata est, catarrhosis & similibus vulgo constat quantæ sit virtutis dexter eius vsus, qui non in sudando saltem est, sed & roborando, alterando &c. a quo non meremur lignei doctores appellari, vt ille sophista impia quadam metamorphosi ex Theologo transformatus in lutulentum agyrtam, & paracelsicum calonem, delira

De ligno Guaiaco.

lingua,

lingua effutit insane; sed eo honore quo DEVS cum magistratu ob benefacta in societatem humanam nos dignatur, non priuandi. Sicut autem ille exotica reliqua damnat, ita & guaiacum, & ob id nobis illudit. Scimus quidem aliquos nobis ostẽdere voluisse patrias arbores, vt salsam pariliam nostratem, quę sit smilax aspera, buxum, fraxinum, iuniperũ, tædam, pinum, quin & fagum, & alias arbores; sicut loco chynæ monstrant radices calami aquatici seu arundinis, & lappæ, & petasitæ. Policitus etiam Amvvaldus est mirifica ex arboribus hactenus intactis medicamenta nondum præstito promisso. Nemo tamen aliqua experientia nos informare potest; inoleuitque consuetudo vsurpandi id lignum, etiamsi nobilius apud nos vulgo cresceret. Permittimus itaque cuique pro suis facultatibus huius vel aliorũ vsum, cum ad curam nil admodum pertineat simplicium varietas; quia medicina non est in plurium noticia, sed in paucorum bene cognitorum vero vsu. Tantum monemus rectius nos vti cognitis perspectisque, quam incognitis periclitari. Non autem desunt virorum peritissimorũ contraria iudicia, quibus ostendunt pessime nostrates plãtas substitui peregrinis, quod pari bonitate res non proueniant vbiuis.

Paracelsici Guaiacum explodũt & arbores nostrates substituunt.

Sed

Sed nos eam disceptationem iam suspendimus. Extrahitur ex sambuco liquor nobilitate non cedens oleo Guaiaci, Si cui libet, is illo vtatur. Neophytus nobis εὐποεῖαν & libertatem siniſtre interpretari non debebat, quandoquidem illi integrum relinquimus ex vitriolo Vngarico vel Romano, vel Carinthiaco aut alibi nato elicere spiritum, modo is sit ad artem aptus. Videat tamen quomodo satisfaciat suo Thurnesio, non immerito multum tribuenti locorum naturæ. Quod garrit de defectione nostra a principiis Hyppocraticis, id in ipsum optime quadrat. Si enim ex tartaro reuerteretur Paracelsus, fœtum hunc adulterinum, aut suppositìtium non agnosceret, imo asperis verbis repelleret. Si etiam Christus saluator, cuius Euangelium concionari pridem, & aratrũ promouere stipulatus est, aliquando hunc hominem conspexerit, num agniturus erit pro ouium pastore? Quo ore etiam alloquetur eum, qui serui mali more talentum suum defodit, nec ad lucrandum exposuit? Nos Hippocratis & Galeni examina & iudicia, si redirent ex inferis, facile ferremus. Tantum enim augmentũ ornamentumque inuenirent vt obstupefacti demirari possent; quod nostra diligentia, quantum diuina licuit gratia, ad tantum culmen

Galenici an defecerint a principibus artis.

Attende fugitiue pastor.

cuecta

euecta ſit medicina ; & tantopere nouis medicamentis; quin& pulcerrima chymia aucta. Quam optabunt ſua tempora tam fuiſſe felicia? Pax ergo nobis eſt cum iſtis viris, vbique reſpondente ſibi arte. Paracelſiſtarum vero tam diſcors eſt opinio; tamque ſibi non conformis, vt a nullo ingenioſo poſſit probari, ſeque ipſam cōfutet ipſa. Quibus autem vnquam ea arriſit, eos vitioſo cerebro fuiſſe palam eſt. Quod itaque vaticinatur de interitu artis noſtræ; id de Paracelſicis commentis eſt verum.

Ars Paracelſica lacera & incerta.

Videant tamen ſtudioſi, ne externa quædam, quæ in artis vſu, & accommodatione theorematum ad ſingularia variant, pro eſſentia artis arripiant, atque inde colligant, quia multa recens inuenta in medicationem venerunt, mutanturque curæ mutato cœlo, & nouis emergentibus morbis; artem eſſe mutatam, & ſic noſtra non conſentire cum catholicis axiomatis veterum, nobisq; eſſe experientiam minus vniuerſalem. Non curæ & medicinæ ſingulares, ipſaque praxis, ſunt de eſſentia artis, ſed ex hac deductæ, pendentesque iuxtaque hanc inſtitutæ operationes. Non enim minus verum eſt in ſudore anglico, lue venerea, ſcorbotia & aliis morbis nouis, illud vniuerſale præceptū de cōtrariis, de diæta, de generibus morborum ſummis,

Non mutatur ars ſi alius alio ingenioſius eam exercet, aut plantula noua idem efficit quod ars præſcribit.

Hydrops. summis, & aliis quam in veterum hydrope, apoplexia, & reliquis. In hydrope ex morbi essentia & symptomatis, hoc est ex frigiditate Epatis, & inde generata collectaq; aquarum congerie perpetuum axioma est, aquas subtrahi & corrigi intemperiem debere. Nec paracelsici hoc negant. At siue id fiat per elaterium; siue brassicam marinam; siue extractum esulæ, aut veneris crocum &c. nihil refert, modo bene fiat. Ita in applicatione istius præcepti ad Dionē hydropicum, veritas quidem eius manet; at fieri potest, vt aliquid prius sit agendū, aliquid posterius, & fortassis sine omni medicina ipsa natura saltem roborata exitum morbi inuenit. Ita si hydropice incidat epidemia; hęc ex suis legibus, ille ex suis, curabitur. Omnino ars semper bene præcipit, modo artifex præcepta & res medicas ad vsum singularē bene accōmodet, in quo sæpius aquā hærere vtrobiq; contingit. In tota rerū elementarium natura singularium est mutabilitas; constantia & perpetuitas vniuersalium, producitq; natura semper eodem modo, habentes species seu essentias, quanquam in illis varient adiuncta. Ita Paracelsus non ausus fuit sibi arrogare vniuersæ artis mutationem, quanquam plurima perturbauerit. In ordinem redegisse, eam videri noluit.

Paracelsus perturbauit quadam, nō mutauit, quantū in ipso fuit.



noluit. Vnde si quæ vera habet, ea respondent veteribus, nisi quod deprauata sint somniis quibusdam, & obscurata allegoriis. Reliquit physicis elementa prima, licet sibi somniet resolutionem quandam etiam horum, quæ tamen nihil aliud est, quam alterius in alterum transmutatio, quam alia pars sustinet facilius, alia difficilius &c. Nec in homine alia inuenit membra; nec in cælo noua astra, nec in vegetalibus rosas discrepantes, neq; tandem in mineralibus aliud aurum, sulphur, vitriolum, &c. quā veteres habuerūt. Ita in cura morborum quidam paracelsici gloriātur, posse ramices curare sine sectione, vt per Emplastra constringentia, & essentias tenaces, vt eam quæ apud paracelsum stypticū specificum dicitur quo ruptas vesicas glutinat &c. Nostri lithotomi secāt, & postea funiculis constringunt relaxatū peritoneū, aut ruptū suunt &c. Præceptum artis vtrobique idem est; nempe relaxata constringi; & rupta solidari coniungique debere, quod fieri solet opere chirurgico, variis instrumentis, quæ ministrant arti, at de eius essentia non sunt. Nam medicina catholica agit de astringente commodo. Hæc vis siue a ferro, siue mespilo petatur, in physicis relinquitur historiis, idque magis de vltimis indiuiduis. Non ergo mutauit

Qui ramices absque sectione curare præsumāt.

Paracelsus artis medicæ axiomata perpetua. Notitia nostrorum temporum illustrior & accuratior est, ingeniumque res tranctandi & præparandi solertius; vtpote cum priora tempora paulatim cumulato rerum vsu posterioribus colligant & relinquant thesauros auctiores. Saltem is quæ in externo mundo sunt, comparauit cum partibus hominis, & in hoc habet ex cælestibus suum cælum & astra, solem, saturnum, &c. Ex mineralibus salē, sulphur, mercuriū, aurum, cuprum &c. quæ & ipsa vicissim vocabulis membrorū humanorū nuncupat. Ita pruinā, gemmam, alabastrū, marmor, &c. fingit in nobis. Ex superstitione Astrologorū & magia adiecit verba, characteres, spiritus aereos, igneos, aqueos, terreos, & reliqua. Et vt secundā constitutionē suo more allegorice exponit; ita & aduersam: vt cibos, ita & medicinas; in quarū præparatione chymiam veterum retinuit, & in Germania celebrauit. Sed quantum in se fuit adeo distorte & obscure tradidit, vt vix ex eius præceptis possis proficere. Vnde Andernaci vox illa: Hoc dolendum esse in Theophrasto censeo, quod nō pauca vana & falsa veris intermiscuerit, ne dicā quod optima quæq; sic obscurarit, vt nemo aut pauci certe fructum aliquem ex illorum lectione percipere possint. Cumque tantę

Nostra ætas instructior est ad exercendum artem propter instrumentorum noticiam vberiorem, & singularia experimenta.

Paracelsica ars.

tantæ impensę ad intelligenda laborandaque præscripta sint insumptæ, nihilominus tamen latitant, tantumque chymici inde reportant, quantum vsus rei & experientia propria docet, quæ tamen, sicut cuique sua est, ita dissentit ab alterius modo, vt nondum consensus artificum chymicam illam artem videatur constituisse. Hæc & similia admonendi fuerunt studiosi, ne putent nos desciuisse a veterum arte medica, verbis id negantes, cum vident admissam ad præparatoriam pharmaceuticen chymiam, cognitos nouos tum morbos tum remedia, & mutatam conditionem hominum & plantarum per ætates mundi, & naturam locorum. In singularibus per se artis essentia non est, vt quæ non est mutabilium sed perpetuorum; Hæc stabilia sunt; illa incrementa decrementaque, & alias varietates sustinent. Nominantur quidem interdum illa ipsa artis quoque titulo, & in artem vocantur; Verum id modificatum est, perinde vt subiecta artificum solemus vsu amplo vocabuli, & operationes secundum artes, seu accommodationes præceptorum ad vsum & res externas singulares arti assignare: Veluti statuariæ est certo artis instituto ex materia apta facere Mercuriũ. Inuenerit aliquis nouũ lignum:

Singularia circa quæ est ars, interdũ arti asseruntur, sed vt exempla.

non cogetur artifex præcepta sua mutare: sed saltem ea accommodare ad ligni dispositionem: & poterat Mercurius fieri etiam non cognito ligno tali. Ita in remedica epilepsia sanatur medicamento apto, siue id vetus siue recens cognitu sit, hoc vel illo modo præparatum, tantum sit commodum. Fatemur tamen non inuiti, quod, sicut ligni ad statuam præparatio in artem assumpta est; Ita & materiæ medicinalis ad artem medicam; verumtamen non sic, vt noua allata herbula statim necesse sit nouam artem cudere; sed ea axiomatis catholicis per experientiam sufficientem arti, est subiicienda. Cum autem in hac artis parte plærunque industria superet industriam, non quidem quod necesse sit admittere variationem; sed quod alterum altero sic fieri possit melius: Inde fit, vt non quidem noua ars emergat, sed eadem illustretur amplieturque noua solertia. Itaque præparatoriam habuerunt veteres, quæ respondit operi medico satis commode; multique sunt per eam adiuti, & hodie quoque adiuuantur: At materiis post aptioribus inuentis, & modo præparandi subtiliori per chymiam & alia artificia; illa ipsa medicinæ pars amplius est exculta. Hinc patet quid præstiterint chymici & noui inuento

Præceptum generale præparationis adhibitũ ad singularia horum respectu variat. Cum enim quodque ad vsum accõmodari debeat: vnum

uentores; artem nempe medicam, ea parte, quæ materias ad vſum præparat, adiuuerunt, nouam non conſtituerunt. Ita factum eſt in nouorum obſeruatione & cura. In indiam nauigandi non noua ars inuenta eſt, ſed via noua. Qui extracto rhabarbari ſanare didicit febrem; non nouam febris curandæ introduxit artem, ſed promtius pro veteri modo curandi viam. Sed de his hactenus. Cæterum aggreditur iam Neoparacelſus ni torquere in nos id fulmen, quod dixit concuſſurum fundamenta artis noſtræ, & vniuerſam radicitus euerſurum, eo contendens vt Spagiriæ neceſſitatem in arte medica euincat, demonſtretque nos nec artem habere, nec medicos eſſe, nec ſuccurrere laboranti naturæ Chymica ſcientia deſtitutos. Sed ſequamur modum, quo ipſe ſuum informauit paralogiſmum.

ſic alterum aliter, quadam etiam varie id pati poſſunt.

Qui vera medicæ artis principia turpiter ignorat; nec ea poteſt probare vlla demonſtratione; qui aut nihil aut parum ſcit de rerum natura: qui grauiter halucinatur de cauſis morborum; qui vroſcopiæ nihil tribuit: Qui variis doctorum iudiciis agitatus quid ſtatuat neſcit; Is medicus eſſe & ægrotanti naturæ ſuccurrere nequit conuenientibus remediis. Galenici principia artis turpiter ignorant &c.

De principiis medicu.

Galenici ergo non ſunt medici nec poſſunt conuenientibus remediis naturæ ſuccurrere. Aſſumtum inſtituit ordine probare, primum agens de principiis artis medicæ, quæ Galenici velint eſſe humores quatuor, quos tamen ipſe, quantum in ſe eſt, ex cælo, terra, totaque natura exigit, & nuſquam eſſe ſcribit. Ad alterum caput quod attinet ex priore id dependet; & dum multa de diſſenſu Galeni & Hippocratis in medium adducuntur, & ſpagiria illis ignota eſſe docetur, etiam reliquorum quædam videntur firmari; nominatim de morborum ignorantia agitur repudiaturque humores, & ſubſtituũtur ſales & mineralia pro morborũ cauſis ſeu principiis. De vrina probat, quod non intelligamus in ea ſeparata ope ſpagiri ſales, & mineralia, quæ ſint cauſæ morborum. De doctorum opinionibus oſtendit nos incertos eſſe, quia vera principia ignoremus doctrinæ naturalis; demus opium pro apio &c.

Tandem minitatur etiam aliorum noſtrorum dogmatũ reprehenſionem & cõfutationem grauiſſimã, magiſtratus ſeueram in nos animaduerſionẽ, & populi alienationẽ a nobis, ad ſectam vero Paracelſicam acceſſionẽ, & ſic finis eſt huius chartę, cui tamẽ peculiaris notatio de impietate Ga-

te Galeni in Deũ additur, ne quid ad complementum totius fidei Neoparacelsicæ deesse possit. Obseruent autem studiosi omnium prosyllogismum esse vnicam spagiricam Paracelsi, quodque hominem non æstimemus ex magno mundo, & in eo agnoscamus, soles, sales, Mercurios & reliqua. Hinc illæ lachrymæ.

Qui confutare paralogismũ compendiose vult, neget assumtũ; & ad firmamenta dicat, peti in omnibus principiũ. Nihil enim firmi potest in spagiria illa somniata esse nisi infallibilibus argumentis vera demonstrata sit. Sed hoc opus, hic labor. Itaq; tantum fulmen, tot næniæ, tanta taliaque conuitia & furiæ, tam seduli conatus, impulsiones, vota & omnino omnia aduersus nos machinamenta paruula opella labefacta, concussa, euersa, solo æquata & cõculcata penitus euanescunt, inq; fumũ mercurialem, & atomos Democriti resoluta plane spagirice sublimantur, transuersim acta, & reflexa præcipitantur, & tandem in nihilum abit, quod fuit ante nihil. Euenit huic fulmini, quod impressioni Typhonicæ, quæ validissima existens omnia minatur dira, exitiumque vltimum; Sed tenui aceti remedio dissipato principio plane fit impos, neque quicquam etiam in imbecillas naues instabili maris

Typho. Plin. lib. 2. cap. 50.

elemento commiſſas roboris habet. Verum enimuero nihilominus hoc dabimus exercitio noſtro,& ad iuniores erudiẽdos potius quam illum refellendum argumẽtorum pondera examinabimus, fulmenq; illud cum reſorptis violentiæ ſuæ nubibus ad locum, vnde venit, remittemus. Obtinebimus ſimul etiam aliqua artis noſtræ firmamenta; quo fructu non perierit opella.

Facit ille declamator bona ſuæ demonſtrationis auſpicia aduocando famulos lẽnios. Bronten, ſteropen, & nudum membra pyracmona, vna cum igni & cauteriis. Sed vt illæ copiæ nihil ſunt, niſi nugæ poeticæ; ita præſtabunt operam poeticam, ludicram, friuolam, euanidamque, ita vt autor ab illis deſertus, tanquam furioſus ille in theatro miros ſibi fingens tragædos, riſu excipiatur Democritico, explodaturq; tragice. Sed argumenta producta æſtimemus: ita argutat.

Qui principia artis ſuæ demõſtrare non poteſt, is ea ignorat.

Galenici principia artis ſuæ demonſtrare non poſſunt; Ignorant ergo ea (ita nos correximus dianoean.)

In huius paralogiſmi informatione valde logicum ſe oſtendit ille ἄλογος. Cauere elenchum purarum particularium conatur;

tur. Et duplex ſophiſma grauius lõge vna cum illo ipſo incurrit. Non enim ignorat elenchum tantum, ſed & τὸ ἐν ἀρχῇ petit temeraria explicatione obiectæ autoritatis. Imo & κατά τι charybdim incidit, cum poſſit fieri, vt quis nequeat demonſtrare principia artis ſuæ, at nihilominus noticiam eorum habeat; ignoret autem etiam ſimul, ſed ſecundum quid, quatenus nempe in iis demonſtrandis deficit. Nec longe abeſt elenchus accidentis. Per ſe enim ſcire poteſt ea ſecundum ſubſtantiam, ex accidente ignorare. Nam quęſtio de principiorum ortu heterogenea plane eſt, cum principia artium non demonſtrentur, ſed ſumantur. Imo nulla poteſt eſſe principiorum demonſtratio, niſi ex accidente. Si enim principii eſt aliqua cauſſa, & principium prius, non poteſt eſſe ἀρχή. Ita miſer ille apprehenſa ex Ariſtotele vocula Græca, neſcit vbi rerum exiſtat. Sed videamus tamen iſtam autoritatem, & veram ſententiam ex eodem autore comprobemus. Monemus primum ſtudioſos, vt attendant hic aduerſari Neoparacelſ. ſuo titulo. in quo aliquos Galenicos adoriri ſe teſtatur. At hic fundamenta artis, & Galenicos ſimpliciter aggreditur. Deinde non oportet nos obliuiſci in præfatione poſitę conditionis, quæ omnem au-

Principia ſciuntur at non demonſtrantur.

Paracelſicus titulo ſuo aduerſatur.

toritatem & mortuam literā repudiabat, aſſumtis Vulcani miniſtris, quos & hic ad ſe vocat. Sententiam autem Ariſtotelicam ita allegat: οὐκ ἐπίσταται μὴ ἔχων ἀπόδειξιν αὐτῶν; Et intrepretatur: Ignorat quis ea, quorum demonſtratione deſtituitur: & hinc deducit ex cōtrario cōſectario: Quæ quis certò ſcit, eorum demonſtrationē tenet; Et poſtea informat paralogiſmum in ſecunda fig. aſſumendo; Galenici non tenent demonſtrationem principiorū ſuorum; Non ergo ea ſciunt. Sed manet rata reſponſio, vt ante. Hic peculiare hoc euenit Neoparacelſo, vt quod maxime vitare cupit, nempe ſophiſma purorum particularium, ſeu aſyllogiſtian, in eam incidat. Propoſitio. n. generaliter enunciata, generalis non eſt. Non enim omniū, quæ ſciuntur demōſtratio tenetur, veluti principia ſciūtur, at nulla eſt eorū demonſtratio. Et licet ſcire ſit rem per cauſas cognoſcere Ariſtoteli: Patet tamen eo axiomate ſaltem particularē ſcientiā notari, & non omnem. Etenim non omnis ſcientia per cauſas eſt: Eſt & per alia argumenta, alia. Alia eſt primorum, vt præcognitorū ſimpliciter. Non. n. omnium patent priores cauſæ, ſi quidem in primis neceſſario ſtandū eſt: Et Ariſtoteli principia ſunt indemonſtrabilia. Sed hoc comprobemus

Paracelſicus ſophiſta proteſtatus de vitando vitio particularium in idem incidit.

Scientia eſt etiam ſine cauſis aliqua.

ciuſdem

eiusdem verbis. Quod non omnis scientia sit demonstratiua, seu quod quædā sciantur quidem, at demonstrari nequeant, his verbis refert: ἡμεῖς δέ φαμεν οὐδὲ πᾶσαν ἐπιστήμην ἀποδεικτικὴν εἶναι, ἀλλὰ τὴν τῶν ἀμέσων ἀναπόδεικτον. Et hoc tali euincit argumento: omnis demōstratio est ex præcognitis prioribus: at principia seu immediata carent prioribus; Eorum ergo non est demōstratio: sed hæc per principia fit. Ita.n.inquit: ἀνάγκη τὴν ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην ἐξ ἀληθῶν τ' εἶναι καὶ πρώτων, καὶ ἀμέσων, καὶ γνωριμωτέρων, καὶ προτέρων, καὶ αἰτίων τοῦ συμπεράσματος. Quod autē illa prima & immediata sint principia, eaq; non quæuis & vaga, sed determinata & cuiusq; artis certa; indicat ibidē inquiens: ἐκ πρώτων δ' ἐστὶ τὸ ἐξ ἀρχῶν οἰκείων. ταὐτὸ γὰρ λέγω πρῶτον καὶ ἀρχήν. ἀρχὴ δ' ἐστὶν ἀποδείξεως, πρότασις ἄμεσος. ἄμεσος δὲ ἧς μή ἐστιν ἄλλη προτέρα, &c. Videant studiosi ipsum Aristot. textum. Singulis versib. cōtrarium eius, quod imperite & sophistice blaterat Neoparacels. pene inuenient. Locus est in 1. anal. poster. 2. & 3. cap. & reliquis. Qui fit autem quod ille ex Aristotele euincere conetur, ea nesciri, quæ non possint demonstrari? Philosophus comprobare volens, quod demonstratiua sciētia sit ex primis, ponit hæc verba: ἐκ πρώτων δ' ἀναποδείκτων, ὅτι οὐκ ἐπίσταται μὴ ἔχων ἀπόδειξιν αὐτῶν. Quid

Vnde putauerit Paracelsicus ignorari ea quæ nequeūt demonstrari.

autem ſit μὴ ἔχειν ἀπόδειξιν, declarat contradictorio; τὸ ἔχειν ἀπόδειξίν ἐστι τὸ ἐπίστασθαι ὧν ἀπόδειξίς ἐστι μὴ κατὰ συμβεβηκός; hoc eſt, habere demonſtrationem, eſt ſcire ea, quorum eſt demonſtratio ſeu ſyllogiſmus ſcientificus, ſeu quæ poſſunt demonſtrari ex per ſe cauſis & immotis.

Itaque probat, quod demonſtratio debeat eſſe ex primis indemonſtrabilibus, hoc eſt, principiis, quia non poſſit eſſe ſcientia demonſtratiua, niſi ſcias ea, per quæ eſt demonſtratio per ſe, & non ſecundum accidens. Hæc autem ſunt prima. Eſt ille locus ſatis difficilis. Interpretes ex abſurdo deducunt & exponunt ita, quod ſcil. ideo debeant eſſe prima, quia ſi nõ eſſent, nulla compararetur ex illis ſcientia, niſi prius demonſtratis. At hoc abſurdum eſt. Nam ſcientia apodictica ex indemonſtrabilibus eſt. Itaq; oportet eſſe prima. Vtra vero interpretatio ſit, Neoparacelſus male intellectæ autoritatis, male etiam expoſitæ arguetur, & ex elencho petiti principii puniri debebit. Nam certum eſt ex illis ipſis verbis, πρῶτα vocari ἀναπόδεικτα. Si πρῶτα ſunt principia cuiuſque artis οἰκεῖα; quæ capite 7. nominat τὰς ἑκάστου ἀρχάς, eaque ἀναπόδεικτα, qua impudentia ex eo loco euincere voluit, principia debere demonſtrari vt ſciantur? Sicut itaque Arithmeticus

πρῶτα ἀναπόδεικτα.

meticus & Geometra, (quibus tanquam exemplis vtitur philoſophus) non demõſtrant præcepta artis ſuæ & principia, ita nec Medicus. Et ſi velit dicere; licet non demonſtrentur ex medicina, tamen debere demonſtrari ex alia arte, vt ex phyſicis; Ariſtoteles hoc refutat dicens, iſta tunc non amplius medica eſſe. Quia eiuſdem generis ſeu homogenea, & ex eadem arte debeant eſſe demonſtrabilia & principia. Cap. 7. vbi ait, οὐκ ἔστιν ἐξ ἄλλου γένους μεταβάντα δεῖξαι, οἷον τὸ γεωμετρικὸν ἀριθμητικῇ. Ita totum illud fulmen in ſtipulam abiit. Inſtabit tamẽ tyro logicus nihilominus, cur inductione perueniat ad vniuerſalia principia, & cur ſingularia dicantur illa conſtituere, ſi non eſt axiomatum catholicorum demonſtratio? Item Ariſtoteles inquit, quod ſciatur inductione vel ſyllogiſmo. Erit ergo ſcientia demonſtratiua principiorum ex ſingularibus. Dicimus ex accidente id eſſe ad noticiam non per ſe, ſed alicuius. Alias vniuerſale nihil eſt aliud, quam ſingularium communis exiſtentia, de quibus alias. Deinde omnis demonſtratio Ariſtoteli fit per ſyllogiſmum. Inductione vero ſola conſtant vniuerſalia, quæ ſyllogiſmus non eſt. Itaque Ariſtoteli vniuerſalia principia ſunt indemõſtrabilia. Solet & hoc dici, quod axiomatum

Principia colliguntur inductione non demonſtratur.

tum necessariorum compositio sit ex affectione naturali argumentorum, at nō demonstratio, nisi accidentaliter. Assumtionis vim iam non curabūt Galenici medici. Quid enim tum postea, si nō possunt demonstrare axiomata artis suæ? Iniustus est & iniquus, imo plane furit qui id requirit. Quo magis insanient Paracelsici, qui chymiæ *ἀρχὰς* demonstrationi subiiciunt, atq; ita totam artem exponūt ludibrio. Quod.n. artis opus tu mihi demonstrabis Neoparacelse, si tua principia sint caduca & dubia? Si nō vera, prima, immota? An non necesse est ea sumta esse ex accidente, & ex consequente esse mera sophismata, vt loquitur Philosophus? Ita te cum tua arte ornatum opórtuit. Abi iam, & disce in posterum sumi & poni principia, vt & in mathematis, non demonstrari. Et hoc poterat ex eodē autore scire, cum inquit cap.8. *λέγω δ' ἀρχὰς ἐν ἑκάστῳ γένει ταύτας ἃς ὅτι ἐστὶ μὴ ἐνδέχεται δεῖξαι. τί μὲν οὖν σημαίνει καὶ τὰ πρῶτα, καὶ τὰ ἐκ τούτων λαμβάνεται. ὅτι δ' ἔστι, τὰς μὲν ἀρχὰς ἀνάγκη λαμβάνειν. τὰ δ' ἄλλα δεικνῦναι*, &c. Vide & reliqua, quāquam nostro Neophyto Aristotelica alias sunt sophistica. Sed fortassis in alium campū nos ducit, physiceq; illa probari postulat, quæ medice sumuntur. Agit id quidē, sed stolide, vt decet eum, qui in aliam artem vilis trans-

An medici sua princi-

transfuga irrumpit, & iudicare prius, quã discere & apprehendere satagit. Age ergo, sit iam ea res quam medici sumunt, nõ de essentia medica, sed physica: Alias vt ante diximus medicum per non medicum demonstrari nihil potest, nisi secundum accidens. Ex hac arte cur nõ possunt demonstrare eas res, a quibus artem exordiũtur? Quia inquit humores, quos pro principiis medicis ponunt, nequeunt ex omni mundo comprobari: Et ad cœlum nos mittit, indeque in terram, in quibus non inueniantur; inueniri autem debeant, si sint hominis principia. Videtis spiritum vertiginis? Aristoteles sua principia vocat προτάσεις & ἀξιώματα; hic ex medicis pręceptis facit humores: quasi ars medica ex humoribus, tanquam ex principiis seu axiomatis constaret (quod artiũ principia sint axiomata, supra Aristoteles dixit, & Galen. de opt. secta affirmat, & vulgo patet de artis methodica constitutione.) Deinde qui fieri possit, vt sint medicæ artis? Num ars medica homo est? Sed finge medicos præcepisse de humorib. id quod nos nõ ignoramus, num tota ipsorũ ars his innititur? Num nulla alia habent præcepta? Multis modis imperitus simul & calumniosus est ille fugitiuus sacerdos, & messor furtiuus. Sequamur tamen qua ducit, Arguit ita:

pia Physice possint demonstrare.

An humores principia medicorũ.

Humores nõ sunt medicæ principia artis, sed præcepta.

Medici præcipiunt de humoribus non solis.

Si humores in homine essent, in macrocosmo essent item:
Sed in macrocosmo non sunt: Ergo
Nec in homine & per consequens, nusquam sunt, & male principia artis medicæ vocantur. Propositio roboratur, quia si homo est microcosmus, quicquid in eo inuenitur: illud debebat esse etiam in macrocosmo. Esse autem hominem microcosmũ, multi Philosophi dixerũt, Assumtio probatur per partitionem, quia nec in cœlo nec in terra inueniantur.

Concedamus propositionem, at non sensu Paracelsico. Verum enim est, cum homo sit portio magni mundi, & vltimũ eius complementũ, vtpote sine quo mundus perfectus non esset, (quanquam aliqui velint hominem non principali instituto Dei esse factum, sed postquam aliqui angeli defecerant, in eorum locum suffectum, parum recte sentientes, vt opinamur) quicquid in homine est, illud in magno mundo esse, sicut quicquid in cerebro hominis substantialiter est, illud in homine est. Sensus autem Neoparacelsicus hoc non volebat. Nam putabat omnes partes in homine, & contenta, debere essentia separata & extra hominem existentẽ, in mundo esse. Sed si hoc verum sit;

Hominem venisse in locum diabolorum.

Quomodo Paracelsicus velit mẽbra hominis in mundo esse.

fit; facile euincam nusquam esse hominis rationem, hominis oculum, aures, nares & reliqua, quia hæc extra hominem non inueniuntur. Et vtinam tunc solus Neoparacel vel cum eo Paracelsici reliqui essent homines, facerem ex illis meros truncos, plumbũ, caudices, & quid non? Sed quomodo ꝓbat illud ita esse? Philosophi quã plurimi id vltro sunt fassi. O hominẽ obliuiosum. Quoties nobis audiendæ sunt illę autoritates repudiatæ, & mortuæ literæ? Sed tu piscis debebas esse cũ Pythagoreis, (quos hodie imitari dicuntur in India Baneanes Philosophi) quorum notum est illud αὐτὸς ἔφη. Si Philosophi fuerunt, & turpe est philosopho aliquid sine ratione statuere; Sicut tibi olim flagitiosum fuit concionari sine verbo Dei, rationes & argumenta affer, vt audiamus, qua vi & sententia hominem vocauerunt paruum mundum. Age Vulcane, adiuua hominem, suggere illi aliquid spiritus essentificati. Nam pene tota essentia eum deserit. Suffla etiam calorem; Iam enim rigere incipit. Quid stas lapis? Quin expedis rationem philosophicam? Dixit autem id primus, quãtum scimus, Mercurius Trismegistus, cuius dictũ suo sensu approbarunt sequẽtes, & in primis Plato repetiuit, indeq; Aristot. & reliqui. Aristotelis locus

Philosophorum argumenta, nõ dictiones sunt promenda ad exincendum aliquid.

De microcosmi nomine tributo homini.

extat in 8.Phyſ.tex.17. εἰ ἐν ζώῳ τοῦτο δυνατὸν γίγνεσθαι, τί κωλύει τὸ αὐτὸ τοῦτο συμβεῖναι καὶ κατὰ τὸ πᾶν; εἰ γὰρ ἐν μικρῷ κόσμῳ γίνεται, καὶ ἐν μεγάλῳ, &c. ſeipſum mouere, vult eſſe in magno mundo, quia id ſit in animali quod eſt mundus paruus, vbi hic autor non hominem ſed animal vocat mundum paruũ, vt quod reſpondet magno animali Platonico, qui eſt mundus. Plato in Timæo & alibi mundũ vocat animal immortale, eumque inſtruit anima ſapiẽte & corpore, quo pacto & homo cõcinnatus eſt, hac addita differentia, ꝙ illi ademta ſit immortalitas, ſenſoria externa, pedes manusque & reliqua; homini vero data hæc omnia. Reſpõdent etiã functiones & notitię, vt vult ille. Hæc ex Platone nõ ſunt petita, ſed analogice declarata. Et ſecundũ hanc opinionẽ homo etiam ſtella vocari poſſet, quandoquidem Platoni & Ariſtoteli omnes ſunt animatæ; vnde nuncupantur cœleſtia animalia, & dii vel deorũ ſtatuæ viſiles. Vnde Paracelſici adhuc mirabiliora collegerint. Item Plato mundum vult eſſe ſimulachrũ ſempiternorũ deorum, & in ſacris homo exemplar Dei ad eius imaginem factus dicitur. Cum ergo vtrumq; eodem referatꝰ; non immerito alter magnus, alter paruus vocatur mundus. Sed inde ita delirare vt Paracelſici, quantum pareret abſurditatũ? Plato-

Ariſtoteli non homo ſed animal paruus mũdus.

Platonis mũdus animal magnum.

Aſtra Platoni & Ariſtoteli animata.

Paracelſici delirant in analogia hominis & externorum.

Platonici fingunt mundum triplicem cœlestem, intellectualẽ, (logicũ) & sensilem; cumq; homo secundũ Platonem non tantum corpore ęgrotare possit, sed & anima, quæ hinc technæ exurgerẽt. Cur hæc medicina a Paracelsicis omissa est, aut non aperte tractata? Aristoteles refert, partes hominis tam superiores quam inferiores ad situm orbis vniuersi superiorẽ inferioremq; dispositas esse. At neq; hinc consequens est illud Paracelsicum somniũ. Et si eius sententia vult id, quòd Paracelsici aiunt; nõ de homine, sed & boue, pisce, volucre, spongia, musca, &c. similiter philosophandum est. Animal n. in genere illud paruũ mundum vocat. At tunc quàm pulchrã nobis, certamq; Chymian constituerent? Quam ridiculã, si muscę & vrticę marinæ, & cochleæ, &c. eadẽ haberent mẽbra Paracelsica? Stobęus ex Aristone memorat ἄνθρωπον εἶναι δεύτερον ζῶον μετὰ κόσμον. Hoc Platonicæ diuisioni respondet, & saltẽ ordinem, non autẽ conuenientiã & identitatem membrorũ, quã aperte repudiat Plato, denotat. Langius declarat Aristotelicã, de vsu cerebri ad cor refrigerandum, sententiam, ex magno mundo, quod in hoc similiter terra concalefacta medio aere frigido circumstante ad moderationem vocetur: Et respondet cerebrum catar-

1. Hist. an. 15 de respirat.

Aristonis sententia.

Langij expositio.

rhoſum illi loco, catarrhos inſtar pluuiarũ effundens. Alij notitiam omnium externorum iubẽt ex ſeipſo petere, quod in homine plæraq; ſimiliter fiant, vt fontiũ ſcaturigines, venti, tonitrua, lapidũ generationes; vis vegetalis, animalisq; & reliqua. Sed ex nullis iſtud plane conſequens eſt, quod Paracelſus ſtulte eſt commentus. Hæret ergo cum ſuo ἑφήσων Neoparacelſ. vt mus in pice. Aſſumptum negat in magno mundo eſſe humores, puta illos quatuor primarios ſanguinem, bilem vtramque & pituitam, qui in chymo ſolent conſiderari, atq; etiam in ſanguinis maſſa cõtenta venis, & interdum excrementitij intelliguntur iſtis vocabulis (quanquam alij etiam diſtinctius loquãtur) qui chymo ſeparãtur ad excernẽdum, vel alios vſus, interdum alimẽtarij in ſanguine venali contenti, licet Eraſtus pertinacius quam vérius neget id Galenicum de quatuor humoribus, potẽtia in venarum ſucco comprehẽſis. Hos omnes adimit externo mũdo Neoparacelſus mirifico admodum ſophiſmate, quia neq; in cœlo ſint, neque in terra. Ludio aliquis forte eos quæreret in nubibus. Aiunt.n. ſæpe ſanguinem pluiſſe & carnes, & buffones in India occidentali. Alij in aquis, vel venis terræ. Nam referuntur etiam noſtra memoria lacus & piſcinæ,

Externorũ notitia a ſui cognitione incipienda.

An humores non ſint in magno mundo.

Humores quatuor de Variis.

sciuæ, quin & arida ceruorum cornua sanguine manasse. Sed & inter ipsos Paracelsistas inueniuntur. Vnde enim est illis in omni destillatione sperandum phlegma. Qui fit autem si in externo mũdo sanguis, & cum eo reliqui humores nõ sunt, vt Paracelsici (veluti Dorneus) ex tritico & vino arte Spagirica eliciant sanguinem, & ex eo moliantur homunculum Paracelsicum. Quis est ille sanguis hydræ chymicorum? Quis sanguis satyrij? Quod fel terræ herbariorum? Fel vitri vitrariorũ? sulphur Paracelsicum an non id quoq; continet, quod nostris bilis flaua dicitur? Sanguis rubei leonis quid est? Extra hominẽ negantur esse: At magna copia in bestiis quotidie effunduntur? Sanguinem desideras? Ingredere macellum, aut etiam Tyrias officinas, in quib. olim purpureæ tingebantur lanæ. Pituitam quæris? spumosum equum vel aprum, imo & boum nares pene iugiter isto liquore fluentes aspice, & mercurium tuum Chymicũ quid sit inter principia cõsule. Melancholicũ humorem in crasso taurorum & asinorũ sanguine reperies, nisi suum lienes velis contemplari, & leporina iuscula. Bilem tibi vel Cyprinus, aut alburni in vesicula sua ostendent, aut venenatæ echidnæ vel dracones: Ecce tibi humores istos in mundo

Paracelsici in suis operibus habent sanguinem & phlegma.

externo. Neque tu potes dicere, bestias de mundo non esse, aut ad hominum genus pertinere, nisi forte tu ex bestia natus es, atque ita canes, asinos, lepores, & reliquos in familia habes. Sed quæ stultitia est, quod actu non possis deprehendere id potentia esse negare? Quem tu voras panem, & quod exhauris vinum, nonne potentia sunt illa ipsa quæ quæris? Sed non opus est hac responsione: vnum miramur, quod cum plebei, satyrique & Fauni in aquis, in aere, in terra, quin & si vere scripsit Philosophus de pyraustis, in igni deprehendant illos ipsos humores, te tam cœcum esse, vt non videas. In cœlo sintne an non; vos magi videatis, qui fingitis mundos cœlestes & exemplares; & in firmamento ponitis varii generis animalia. Et egregie nostis differere de fixis & erronibus, quod sint sanguinei, phlegmatici, biliosi, melancholici, & nescio quid aliud, vt Thurnesius in suis calendariis indicat.

Non si actu non sunt foris, omnino non sunt.

Astrologi & magi etiam in cœlo habent sanguines & reliqua.

Iubes nos in infernum descendere pro modestia tua. Tibi Vulcanus tuus iter facile potest in ætna, chymera, aut vesuuio, vel etiam in extremo septentrione monstrare. Est illis locis familiaris, colitque pacem cum Plutoniis. Te admittet Cerberus, præsertim, quia ob sacerdo-

Non Galenici sed Paracelsici debentur inferno, quia ignib. & fumo assueuerunt.

cerdotium desertum pene cœlo exclusus es, & oles flammam fumosq; sulphureos. Tu descende. Sed noli errare. Deus non irridetur. Facilis descensus auerni est, sed reuocare gradum labor est.

Paracelsus humores nō negat.

Sed apparet te sic quoquo Paracelsi nomine falso gloriari. Quanquam enim is symbolica confinxit nomina; non tamen plane abiecit istos humores, & alij eius asseclæ manifestius eos comprobarunt. Et quid sibi vult explicatio trium principiorum aliud, quam humores in corpore humano tales esse.

Aquositates vocatis Mercurios.

Audax impudentia est nomina mutare insolēterres seruare.

Quid mihi cum nomine, (nisi quod stulta vestra arguitur arrogantia.) si res sunt saluæ? Ita nullus istorum autorum, qui hominem appellarunt microcosmū, istos succos negauit, quos in Timæo Plato; Aristotelesque in variis libris ad nauseam vsque inculcant, nec sacræ literæ eosdem ignorant; vt in cantico Mosis sanguis & bilis est, cuius mentio fit etiam Psalmo 68. Inter plagas Ægypti sanguis est, &c. Psalmo 77. Exodi 7. Prodis ergo plane asininam tuam stoliditatem in hoc paralogismo. Sed quid tu de aliis scires, qui in tuo ipsius corpore tam es attonitus stupidusque, vt quod sensus communis, & gentium confessio

Sacra litera humores etiam agnoscunt.

Arcanum prima materia.

euincit, impudentiſſime omnium neges? Quaſi ille vanus non haberet inter Paracelſica arcana id, quod ille ſolet primam vocare materiam, quod ingreditur monarchia, hoc eſt ſanguis humanus: inter quintas etiam eſſentias vna fit ex eodem humore & mirifice commendatur ad plurima. Ita deſtillant illi vrinas & elementa reparant: item ex ſanguine faciunt magiſterium, ſiue ille factus ſit per naturam in homine renouato per quintam eſſentiam & arcana, ſiue per artem ex pane & aliis eſculentis; in cuius deſtillatione Paracelſus phlegmata iubet ſegregare. Cum etiam concinnat idem autor hoplochriſma, ſanguine carere nõ poteſt. Itaq; nolens volẽs humorem hunc agnoſcit. Inſanit itaq; prorſus Neoparacelſus, qui negans in homine eſſe humores, a ſuo quoque deficit collegio, & oſtendit ſe pſeudochymicum, & adulterinum Paracelſiſtam eſſe.

Hoplochriſma.

Humores 4. in corpore eſſe.

Sequitur prolepſis; ita noſtri.

Quæ ſenſu & ratione ſunt comprobata, & omnium ſeculorum iudicio experientiaque confirmata, ea eſſe ſtatuendum eſt. Humores in corporibus hominum primarios quatuor comprobarunt ſenſus ratioque & iudicium commune gentium: Humores ergo illos eſſe ſtatuendum eſt.

Propositio patet. Nam quæcunque in noticiam hominum perueniunt, ea necesse est sensu & ratione cognita esse; cum ampliores noticiæ, noscendique viæ non sint in hominum genere, præter sensualem & intellectualem; quæ certissimæ fiunt experientia communi & iudicio omnium sapientium eodem. *Sensus & ratio sciendi instrumenta in animalibus sola.*

Assumtum firmatur sensu visus nō tantum in venæ sectione; sed & anatomia locali; Item purgationibus, & partium conditione, quæ quales sunt, tale requirunt nutrimentum. Ita & in morbis, causis eorum & symptomatis. Deinde gustu dum insipidam vel dulcem pituitam vel salsam; acidam, melancholiam cum iudicio substantiæ & coloris &c. amaram bilem; sanguinem dulcem cum calore & reliquis ægroti & sani percipiunt; idque tum, cum naturales sunt illi humores, iam cum mutati in præternaturales &c. Insuper & tactus iudicat de iisdem percepto calore, frigore, riscíditate, crassitie &c. Necesse tamen est adhiberi rationem quæ ista sensilia firmat; & sensuum singularium iudicium cogit; & sic ex pluribus concurrentibus statuit vnum. Accedit autoritas omnium recte sentientium; Galeni, Hippocratis, Asclepiadis, Aristotelis, Platonis, & omnino quæ se-

In Abele primus statim mundus agnouit sanguinem.

cula non agnouerunt sanguinem? Eadem in bestiis perfectis inueniuntur: per corporis externa vitia emicant; internis innotescunt &c. adeo vt nihil tam certum sit in homine quam humorum noticia & discrepantia, & hæc possunt nostri amplissime explicare & euincere. Dominatur autem ratio non in autoritate solum; sed & effectis, caulis (materialibus ciborum, efficientibus calore & natura; finalibus partium nutriendarum, formalibus quæ sunt in ipsis) adiunctis, comparatis, dissentaneis & aliis vnde definitiones tandem existunt certissimæ.

Hoc firmamentum iudicij de humoribus Neoparacelsus conatur refellere negando assumtum &c. Propterea quia friuolæ & inanes sint illæ humorum probationes; quasi tale enthymema constituens:

Contra sensus & rationem.

Galenus friuolo argumento sensuum & rationis humores illos probare nisus est.

Nihil ergo de illis habet demonstrati; Et ex consequente in homine non existunt.

Antecedens firmat; Quia vsus sit sensu, qui sine spagirica separatione nihil certi possit percipere, sed omnia iudicet fallaciter.

Hoc

Hoc probat: quia certitudo rerum pendet ex essentia; Hæc non patet nisi per anatomiam spagiricam. Item hæc sola monstrat principia rerum. Si humores sunt principia corporum; Debent ergo spagiria, probari, nec solo sensu. Ité sensus per se sunt incerti. Nam si album esset pituita; flauum fel &c. omnia alba & flaua essent eadem essentia, quod est absurdum. Item Aristoteles principia negauit sensu cognosci, sed analogia scibilia pronunciauit; Item principia sunt natura notiora ad quæ per διαίρεσιν est perueniendum; sensibus autem occurrunt tota confusa. Si ergo humores sunt principia; nõ possunt sensibus percipi. Natura enim intus ea continet; foris totum ex illis exhibet. Item sensus latitantem in melle vim veneni, & ignem in silice nequeunt deprehendere sine spagiria: Ergo nec humores in corpore humano. Item essentiæ sunt sensui personæ comicæ, quæ aliam faciem foris, aliam intus habent. Ab externo latitant; sectione exutis laruis sunt cognoscendæ. *Certitudo rerum non nisi ex spagirica essentia.*

His & similibus argumentis, præsertim autem coloribus exogitatur Galeni fundamen-

Galenus dicitur insanire quod ex sensu petiuerit iudiciū.

damentum; idque fit tragice admodum dum insaniam & dementiam ei asscribit. Notent studiosi; Supra dixisse Neoparacelsum humores illos in homine non esse; quia in macrocosmo non sint: Vnde postea est consequens, si in homine non sint; nec principia eius esse posse. Hic vtrunque agitur; nempe qui & non sint, & principia non sint: illud ostenditur; quia argumentis firmis non possint probari: hoc quia naturam principiorum nō habeant.

Demonstratio quod Neoparacelsus sensus omnes repudiet.

Nos in his duobus occupabimur respondendo; idque agemus postquam prius demonstrauerimus Neopac. sensibus plane nihil tribuere, quanquam videatur asscribere multum si accedat spagiria; Et sic in scepticorum pyrrhoniorumque familiam ex Platonica dubitatione ortam, remis velisque transiuisse, & nihil retinuisse certi, nisi quantum ex intellectuali noticia ea quæ ex phantasia fraudulenta & opinione oritur, ipse sibi somniat; vere autē cum sensu rationi toti valedixisse. Scimus quidem cūm hic potissimū agere de principiis; sed cum ex verbis eius mēs sit eruenda, fundamēta ex illis ipsis sumemus. Statuit res nosci tunc, cum cognita perspectaq; est earū essentia. Hanc negat scire per sensus solos; sed per sensus adiutos spagiria, quæ erutam essentiam sensibus obiicit. Ait enim; Quæ

Quæ dementia Galeni eſt, vt primo tantum intuitu res abſtruſas & reconditas ſe deprehendiſſe exiſtimet, quæ multis corticibus & impuritatibus obteguntur & analyſi Ariſtotelea indigent, vt cognoſci poſſint. An non vmbris & imaginibus pro veris rerum eſſentiis vtitur? Nam illi colores, qui Galeno in oculos incurrunt, tantum ſunt vmbræ, & imagines, nec vbique nomen hoc merentur &c. Item notitiam ſenſualem comparat habitus ſcenici contemplationi; Et ex Ariſtotele negat per ſenſus poſſe quicquam ſciri. Opponit etiam ſenſibus Hippocratem, qui cauſarum notitiam in medico requirit, non effectorum. Concedit ergo oculo, quod poſſit quidem viriditatem a flauitie diſtinguere; at inde dicere hoc eſt res hæc; Hoc flauum eſt bilis, hoc rubeum eſt ſanguis, non concedit, niſi acceſſerit ſpagiria, & interna manifeſtauerit. Aſſequimur ne tuam ſententiam, an non, Neophyte? Si aſſequimur, audies noſtram Dianoeam animo tranquillo Si non; putabis nos in te nihil; aduerſus Pyrrhonios vero ſeu Academicos recentes hanc totam inſtruxiſſe aciem. Ita arguimus.

Qui verum naturalium iudicium & ſcientiam, ex naturæ ipſi propriis, connatisque; & non exotericis ſeu alienis indiciis ſumit,

Paracelſicum res noſce, ſophiſtice, & nō per ſe.

ſumit; is res ipſas naturales primum & per ſe cognoſcit, non ex accidente.

Neoparacelſus naturalium iudicium non ſumit ex naturæ propriis connatisq;, verum exotericis. Non ergo res eas primũ & per ſe cognoſcit, ſed ex accidente.

Propoſitionis firmitas per ſe patet: Et ſupra ex Ariſtotele declarata eſt, qui negat Geometrica demonſtrari debere per arithmetica, ſed quodque per ſua, hoc eſt Phyſicas res per phyſica axiomata & argumenta, non per artem aut fortunam niſi ex accidente.

Ars de rebus natura non iudicat niſi ex accidente.

Aſſumtum firmamus, quia ad res iudicandas aſſumit artem ſpagiricam; ex eaque iudicat de naturæ operibus, quod plane externum eſt & accidentarium. Eſt enim ars externum principium, quod non poteſt arguere per ſe niſi artificialia tantum; Et vt philoſophus dicit principium eſt in eo qui facit, non in eo quod efficitur neque eſt eorum quæ fiunt aut ſunt neceſſario nec ſecundum naturam, ſed eſt circa ea quæ aliter habere poſſunt; vnde & circa fortuita verſatur. Naturalia natura ſua ſunt ſpectanda & æſtimanda. Eſt enim hæc ipſorum principium proprium. Manifeſtum eſt artem vt plurimum a natura acceptam materiam aliter informare, & interdum ita corrumpere, vt quæ res in natura

Naturalia ſpectãda natura ſua.

Ars a natura acceptam materiã immutat, & nõ raro corrumpit.

natura fuerit, colligi nequeat; veluti cum ſpagiri ex metallis faciunt olea & pulueres; nemo niſi artifex ſcire facile, niſi diuinando poteſt, quænam res fuerit. Interdum etiam fallit ipſum artificem per artem inducta facies noua. Vnde & philoſophus dicebat artem plura praua facere quã certa. Imo in nulla arte tanta eſt incertitudo iudicij de rebus naturæ, quam in ſpagiria. Architectus vtitur lignis, lapidibus, materia &c. facit domos, lectulos & alia. Agnoſci poteſt arboris & lapidis natura. Lanio non ita immutat carnes &c. vt non poſſint deprehendi; nec Sartor veſtem &c. At Spagyrus corrũpit plurima, trãſmutatque penitus in rem aliã: Et eius gratia vtitur igni; cuius tandẽ agendis eſſe corrumpere, & transmutare; craſes & miſturas tollere, homogenea congregare ſeparatis heterogeneis nemo ignorat. Hinc Spagiri iſti cum partem materialem quæ fuit & iam nõ amplius eſt huius eſſentię exhibẽt; fruſtra credunt totam eſſentiã ſeu rem exhibere, cum transformatã; falſo prędicant eſſe idẽ quod natura dedit. Ex his firmiſſimũ conſequẽs eſt Neoparacelſum per ſe nihil cognoſcere de naturalibus, ſed omnia ſophiſtice & ex accidẽte quia nõ in ſua forma naturali ſed artificiali notitiã quærit. Nec poteſt effugere artis diſtinctione in imitatiuã, vt eſt pictoria: & eã quę efficit hęc quę natura

In ſpagiria maxima iudiciorum vanitas.

Ignis vis.

natura facere nequit, quam & perfectiuã vocant. De illa certum est Spagiros paucaimitari; In hac occupantur pene toti. Nam ex perfectis naturalibus aliud nouũ artificiale faciunt fere semper, quod non poterat natura, at corruptis illis. Necesse enim est alium induci actum & perfectionem, cuius præsentia abolescit is, qui inerat prius. Ex illis ipsis porro consequens etiam hoc est, quod plane nihil sensibus attribuat in naturæ rebus. Omnem enim sensum adhibet in artificialibus, & apertis verbis negat sensus nostros extra artem esse veri cognitores: Nihil ergo sentit in natura. At cum is, qui in natura sensus amittit, in arte eos plane nullos habeat ad iudicandum de naturæ essentia: Est enim natura arte prior, vt qua non existẽte, hæc non est, necesse est Neoparac. oculis apertis nihil videre de naturalibus; auribus patulis nihil audire; & ita in reliquis. Hæc verissima sunt, ita vt nec Paracelsicis nec alio possint euerti. At inquies, nihilominus ipse videt colcotarem esse rubrum, & præcipitatum similiter; Et sic album calcem Iouis & Saturni, &c. Si nempe videt inquam, & non Platonice videt, hoc est, vt possit inde dicere hoc est illa res, & non alia; quod Plato negat recte dici aut dici posse, quia res illæ singulares momento

Paracelsicos tales revera omnem sensum tollere, in naturalibus.

Qui in natura per se sibi relicta nihil sentit, is ab arte sentire de natura non potest.

induunt

induunt alium colorem; Sicut fit in Mercurio, qui etiam præcipitatus reuertitur ad pristinam albedinem; Huc ergo redeat vt aut nobis donet oculos non artificiales, sed naturales; qui rem integram longe certius diiudicent, quam immutatã per ignes artis: aut fateatur se per artis oculos videre & non per naturæ. Hoc autem dato; euictum est ipsum essentias naturæ nullas cognoscere, cum hoc ipsum quod fecit, sit essentia artis, & ea mutabilis, vnde saltem oritur opinio. Ex effectis spontaneis naturæ, hoc est, ex his quæ ab interno prodierunt principio, absque vlla artis opera, res naturales sunt iudicandæ non ex effectis artis. Exemplo res erit manifestior. Negat illum tremulum liquorẽ metallicum, esse mercurium quo pacto eum plebs agnoscit. Argumento, quia formæ externæ sensiles sint fallaces. Spagiria vero adhibita, & eruta essentia mercurij destructis illis accidentibus; iam putat nos asseuerare posse mercurium esse. Dicimus contra, hoc iudicium omnino à vero exorbitare. Quia nisi præexistat noticia mercurij ex naturæ opere extra artem sumta, consensuque gentium probata; non possit artifex asserere suum opus, seu præcipitatum, vel aquam mercurialem esse mercurium. Omne enim artis iudicium natura est po-

ſterius, ſi ergo nullos ſenſus habet niſi per artem; totus aut caret aut incertus eſt ſenſibus. Galenus ergo cum ſenſibus ſuis vtitur in naturæ integritate, ita tamen vt ſenſus non ſint bruti, ſed humani, quos coniunctos rationi eſſe neceſſe eſt; iudicat ex principio naturæ de propriis rebus; ſcitque vere & non ſecundum accidens. Neceſſe autem eſt vacillante & peregrinante ſenſuum notitia; rationem aberrare, & peregrinari; Nam omnis notitia rationis humanæ naturaliter a ſenſibus oritur; Cum eius ſubiectũ ſit phanthaſma; hoc autem nõ niſi ex ſenſibus, ſeu iam, ſeu olim, ſit exortum. Itaq; facile eſt oſtendere Neoparacelſum cum ſua Spagiria, & ſenſum & rationem in naturalibus amiſiſſe; aut neceſſario cogi vt Galeno ſubſcribat. Poteſt autẽ hoc vnusquiſq; etiam ex plebe iudicare. Nam cum ſpagirorum, ſeu artis operum iudiciũ ex ſenſibus itidem ſit petendum; (quid enim relinquetur artifici ablatis ſenſibus?) poſſitq; vna & eadem res materiata, habilis ad omnem formam, per transmutationẽ artis vel externæ iniuriæ, inſtar Protei, in varia abire; quo iudice ſciunt Spagiri, exhibito artis opere, eſſentiam naturæ exhiberi? Senſus enim iudicat tunc non amplius de naturæ ſed de artis effecto; dicitque hoc per artem emerſit

ex illo.

ex illo. Et artificialem iam habet formam naturalis destructa est. Essentia ergo naturalis periit. Tunc mihi des essentiam pomi, vel lapidis cum oleum, aut puluerem, ex corruptione factum des? Si sensibus in naturalibus nihil tribuis, quid certi per illos habes in arte? Quis est ille artifex primus qui nobis asseuerauit id esse rei naturalis essentiam? Et in spagiria quæ fides esse potest? Sutor calceum format, vt omnes possint iudicare calceum esse. Figulus ollam: faber materiarius domum; &c. Et sunt hæc opera artis perpetua: At spagirorum vix vnus atque alter consentiunt. Ex vna re faciunt res mille; & appellant magisteria, elixiria, sales, sulphura &c. Et quod vnus ostendit; id diuersum & plane alienum toto vultu & viribus est ab eo, quod monstrat alter.

Si nullus verax sensus est in natura, in arte nullus esse potest.

Spagirica artis maxima dissensio.

Facit enim vnusquisque pro libitu in re mutabili: imo fortuito; quod exit quouis modo, id postea dicit essentiam esse naturæ. Vobis ne sit aliquid fidei? Quanto rectius Deus Adamo rerum integrarum notitiam commisit? Deusne decepit nos? Non dices. Res ergo monstrauit vere. At cum bouem ostendit; non redegit eum ad essentiam illam fallacem: sed obiecit sensibus cornutum, toruum, quadrupedem,

Artifices spagiri idem opus facturi, non idem efficiunt nec ostendunt.

Diuina auctoritate confusi spagiri.

Spagiri non possunt definire.

Spagiri conuicti etiam appellationibus artis.

boantem &c. Vnde Adam collegit definitionem: Bos est animal quadrupes, cornutum, boans &c. Tu quam definitionem ex essentia tua extrues? Cur tu tuum salem potius vocas salem veneris, quam cuprum? Si est essentia cupri, denominationem eius iure meliore meretur quam integrum & natiuum. Nam a forma & essentia potiores sunt denominationes. Quæ tibi autoritas puluerem ex sole factum vocare essentiam eius potius quam cadauer; aut ex corruptione auri genitum quid aliud? Vires respondent dices. At inquam illæ in integro non deprehendebantur. Vnde scis eas vires esse auri, vt colligas puluerem vel oleum auri essentiam esse? Sed finge in integro fuisse; at easdem numero esse non probas. Genere aut analogia easdem esse nihil vetat. At inde non concluditur essentia. Recurre ad tuum ἔφη, & cum stultis stultorum accipies mercedem. Nos scimus non quoduis corrumpi in quoduis proxime. Si ergo puluis ille repræsentat aliquid de auri potentia; ex analogia præsentat; & nō ideo quia sit auri essentia; sicut nec lac capræ pastæ scammonium, scammonij essentia est, quanquam purget. Omnino si naturalium sensuum noticiam in naturæ operibus repudiat Neoparacelsus; artificialem habere

Vires nisi prius in re sunt deprehensæ antequam mutaretur, nō arguunt rem post mutationem, essentialiter.

Etiam si vires responde ant, tamen nequit inde concludi essentia.

habere nullam certam poteſt; atque ita peius cæcutit quam vllus ex pyrrhoniorum agmine. Facile autem concluditur ſi naturalia per ſe negat ſenſibus certo cognoſci, in arte eum errare neceſſe eſſe. Hæc enim eſt vniuerſalium, & non ſenſilium: Cumque artis quoque opera quæ materiam ſeu ſubiectum naturale habent, ſecundum naturam, qualis per artem euaſit, ſint iudicanda initio a ſenſibus ducto: qui repudiat certitudinem ſenſuum naturalium, cum neceſſe eſt nulla ſcientia eſſe, vt ait philoſophus. Et licet dicat ſe oculos adhibere vna cum iudicio artificioſo: eodem tamen redit quo ante, nempe naturam ſenſuum non poſſe negari, & de mutatis nunc iudicium fieri, non de per ſe exiſtentibus natura. Nunc redeamus ad rationes eius. Humores illos quatuor in corpore hominis non eſſe arguitur potiſſimum eo, quia ſine Spagiria ita ſit pronunciatum, ſine qua agnoſci non poſſint. Falſo ergo ponitur id quod neſcitur an ſit. Verum ſatis iam euicimus non Galenicos ſenſus, ſed Spagirian Neoparacelſi turpiter hallucinari in iudicio naturali. Et patet eius ἀδυναμία. Nam ſenſus valent ſine arte; at ars carere illis non poteſt; Et vt ſit vera, comprobanda eſt per ſen-

Ars vniuerſalium.

Naturaliũ ſenſu ars ad ſingularia ſua iudicanda carere nõ poteſt.

Solutio ſophiſmatum.

Ridiculum eſt negare aliquid in homine eſſe niſi id ſeparatio chymica per ignem probet.

ſus. Si ergo ars veritatem ſui a ſenſibus habet; neceſſe eſt eos non aliunde accipere iudicium ſed in ſe habere. Vnde ſi Galenus ex ſenſu pronunciauit ſuo, humores in corpore hominis eſſe, idque comprobarunt etiam aliorum ſapientium ſenſus, ob hoc ipſum inſunt, nec vlla firmitas expectari ab inope & cæca ſeu inſenſata arte poteſt. Si autem inſunt, neceſſarium eſt etiam eſſe, vt ſic de primo, quod ſint humores illi, breui negotio ſit concluſum. Ad principia accedimus in quibus potiſſimum elaborat. Putamus autem Neoparacel: etiam ſuperius argumentum ab externo mundo ſumtum voluiſſe huc detorquere: ſed deceptum eſſe linguæ volubilitate, & aliter locutum aliter ſenſiſſe. Nam dementis omnino eſt, negare illas res in animalium corporibus eſſe. Subſeruiamus ergo ei, & reſumtum argumentum ita informemus.

Prima noticia a ſenſibus.

An humores ſint principia corporis humani materialia.

Si humores illi eſſent principium corporis humani; eſſent etiam mundi magni. Sed hoc non; illud ergo nequaquam. Connexio patet per analogian magni & parui mundi. Sicut enim tota effecta inter ſe conueniunt; ita veriſimile eſt etiam princi-

principia seu causas conuenire.

Assumtum negatur ideo; quia Deus mundum non facit ex illis humoribus; imo nec hominem; sed condidit Euam ex costa Adami; hunc ex limo terræ.

Et in generatione propagatio fit, non per humores illos quatuor, sed per semen. Ita poterat arguere etiam de resolutione partium corporis humani; quæ nec naturaliter nec artificialiter fit in humores istos &c.

Diuersitas autorum de principiis. Notandum hic ast autores de principiis diuersimode loqui, alio altius repetente primordia, alio propius; alio huc, alio aliô respiciente. Principia generalissima omnium naturalium Philosophus statuit materiam & formam. *Mat. & forma.* Sed hæc duo ex logicis assumta accommodauit ad naturalia; & vnam naturam vocauit materiam, alteram formam; Particulari scilicet ratione artis particularis seu Physicæ vsu. Hæc etiam sunt in homine, & quauis hominis parte, secundum naturam cuiusq; determinatam singularitate sua. *Principia materialia. Lib. 4.* Deinde rursus materialia sunt principia, quæ elementa vocantur; eaque numero duo; aqua sc. & terra, vt est in meteorologicis. Additur aer & ignis, sed non

vt materiæ, ex quibus miſcetur corpus a-ctu exiſtentibus. Sed ignis h. e. calor tanquam efficiens miſtionis cauſa cum natura intima cenſetur; aer propter reliqua ineſt potentia; exitque ſecundario in digeſtione ſeu definitione humidarum partium per ſiccas ab actiuis facta. Inde etiam duæ ſunt materiales ſeu paſſiuę qualitates, duæ actiuæ ſeu formales. Elementa etiam altius repetuntur ex Platone, vt etiam eſt in Meteorologicis. Nam corpus cœlo ſubiectum intelligitur tanquam omni forma exutum; In hac cæleſtia imprimunt, vim ſuam, & pro diuerſitate actionis, dant formam partibus diuerſis diuerſam, ita vt materialis pars cœlo finitima dicatur calorem accepiſſe, factumque elementum ignis; Sequens minus mota, minus incaluit; genitusque eſt aer, Tertia pars frigore conſtitit ita tamen vt vna eius portio plane riguerit, factaque ſit terra frigida ſicca; vna diuiſibilis manſerit aliquo caloris & mobilitatis ſeminario accepto; vnde exiit aqua frigida humida. Elementa hæc ita cōſtituta miſtis materiam præbuere; atque ita & corpori humano. Hinc aliqui dicunt principia corporis eſſe elementa. Quoniam vero hæc coeunt magis minusq; miſta; modo propriora ſunt principia, modo remotiora. Et ad corpus animalis conſtituendum

Qualitates bina. Origo elemẽtorum. Ignis. Aer. Terra. Aqua. Miſta. Elementa in miſtis remotius propius &c.






endum, valde sunt remota. Non enim est perfectior mistio quam in illo corpore. Itaq; autores interponunt quædampropiora, dicentes ex elementis gigni partes similares, (quod tamen ita generaliter dictum in speciali accommodatione ad partes animales exponitur per analogiã quod sc. in animali sint analoga similarium elementa his quæ proxime extra animalis integritatem ex illis fiunt.) Et has quoq; diuersas. Aliæ enim aliis sunt simpliciores. Simplicissimæ autem sunt eæ, quæ in animalibus reperiuntur primæ, vt humores. Nam ex his fieri alias homogeneas, carnẽ, ossa, &c. res ipsa comprobat. Humores autem, qui licet simplicissimi sint in corpore animalis; nihilominus tamen & ipsi ex prioribus elementis symbolicis constare iudicantur vt de San. Phil. ait quod constet ex aqua & terra, ex quibus etiam mistorum materiam petiuit, vt 4. Met. & 3. part. an 5. intelliguntur principales quatuor, naturales, ex quibus etiam alimentũ est, nõ excremẽticij, nec præternaturales, licet autores quidã aliter loquantur veluti mirabilis ille Erastus sine caussa non raro veterum sermonem mutat. Ex similaribus postea succedaneis compinguntur dissimilares; atque ita harum illæ sunt elementa. Ex vtrisque totum corpus coagmenta-

Animalis corporis mistio perfectissima.

Similaria propiora elementis quã dissimilaria.

Humores propiores quam membra similaria.

Humores constant ex elementis symbolicis.

Quinam humores illi sint.

3. de gen an. 1. sanguis est materia corporum, ita 2. de part. an 6. & 4.

tum est. Ergo & vtraque vocari elementa possunt. Differitur autem etiam de aliis principiis, nempe de semine & sanguine, sed in sanguine continentur humores illi omnes. Itaque vno nomine quatuor materialia designantur principia. Semen vero interdum quidem signat illud totum ex quo & cuius vi generatio est, atque ita continet & materiam & vim eius, proprie tamen de calore, spiritu & vi simile instrumentarie generante accipi solet, atque ita non est materiale principium, sed formale, cuius corpus subiectum ex sanguine factum; potentiam eius retinet. Verumtamen caloris & virtutis seminalis subiectum est spiritus, contentus in corpore spumoso, quod est de natura pituitæ, vel sanguinis coctione pleniore albentis, vt plurimum, quæ vicissim potentia est sanguis; Et in ouorum incubatu agente calore etiam sanguis fit actu. Nihilominus ergo principia materialia reuocantur ad humores illos. Loquitur Galenus interdum ita quasi aliquæ partes ex seminis corpore factæ sint, aliquæ ex sanguine. Sed nos vtimur libertate philosophica, & quæ Galenus perperam statuit, ea nō agnoscimus pro veris. Sanguinem autem, qui signat totam massam sanguineam esse materiale principium partium corporis

tam

tam apertum est, vt nõ possit negari, consentiente in id etiam Theologia, quanquam alia ratio sit creationis, quæ nec naturaliter, nec præter naturam, sed potentia mentis diuinæ peracta est, alia generationis naturalis. Physici, & Medici naturam non excedunt.

Ioan. 1. et de consanguineis Leuit. 18. Act. 17.

Recensetur autem inter ἀποδείξεις illud axioma, quod proxime nutriantur his, ex quibus corpus nostrum constat. Nam cum nutritio sit conseruandæ substantiæ gratia: necesse est vt transmutatione naturali accedat substantiæ similis alia, quæ in eius naturam abeat, & fiat pars eodem plane modo, quo pars illa ipsa in quam abit, est generata. Nulla enim est differentia in hoc ipso per se. Nec natura aliter primum ex sanguine gignit, aliter genitum conseruat substituendo si quid perditum est.

2. de part. an. 4 & 6. 2. de ortu tex. 50. 3. de Gen. cap. 1.

Assimilatio in nutritione refert generationem primam.

Alias enim non fieret idem numero, sed aliud. Nam diuersorum principiorum diuersæ operationes, fines habent diuersos, prout ipsa distant. Et illa ipsa partis seruandæ natura, quem motum a generante accepit, secundum eum sibi assimulat nutrimentum, & in substantiam vertit. In vlceribus & vulneribus res patet oculis. Ex sanguine enim restitutio est defectus. Sanguis est

vltimum nutrimentum in sanguineis, in cæteris id quod est proportionale. Alia firmamenta iam omittimus. Studiosi si legent Cratonis μικροτέχνην ex Hippocrate concinnatam, nõ putent principia membrorum materialia ab eodẽ poni alia. Ait tria Hippocratem cõsiderare in toto, substantiam, facultates, & actiones: In substãtiæ ratione iterum esse tria; membra scilicet, humores & spiritus. In his veram corporis materiam habent saltem membra; Spiritus & humores contenti non sunt membra, sed vel principia & nutrimenta eorum, vel aliis eorum vsibus inseruientia, nisi præter naturam insint. Additur autem ibidem illis nutriri membra, esse eos ex elementis, ex eorum temperie sanitatem similariũ; intemperie morbos prouenire, &c. quæ omnia confirmant nostra dicta. Paracelsici negant hæc principia corporea, & opponunt alia, quæ vocãt Spagirica, sumta ex similitudine mundi externi, & in ea resoluunt etiam sanguinem. Nos quidem illud non vehementer oppugnamus, dummodo tam amentes non sint, vt nos proxime compositos ex illis, aut etiam nutriri afferant. Scimus salem posse ex nobis coqui. Is species quædam terræ est. Scimus phlegma & aquositatem; scimus etiam oleositatem: Hæc ad

ad aquam referimus. Nam ignem esse materiale elemẽtum etiam ipsorum quidam negant, vt Dorneuser, &c. quidam aeri copulant. Oleum vero aer potest dici similitudine effectus & qualitatum quarundã. Per se autẽ aer coagulatus est, hoc est elementum aliud, quod aquam vocamus, in genere, cum habeat species plures, easque plus minus mistas. Sed & poteramus hæc tria non pro elementis agnoscere, sed pro mistis, quandoquidẽ ex illis vicissim educuntur simpliciora. Verum nihil refert. Potest enim quid respectiue elementum esse, quod absolute & simpliciter non est. Cum ergo aduersus Paracelsicos, qui & ipsi ita interpretantur sua principia, vt Muffetus, & Bodenstenius, & eos ita accipit Crato, Andernacus & alij; tam simus æqui; quanquam ex rigore debebamus omnia eorum euertere phantasmata, & ad eductum mercurium, salem, & sulphur dicere, quod elemẽta esse nequeant, cum non actu insint, nec potentia propinqua & naturali, nec naturaliter educantur, sed artis igneæ violentia qua transmutantur res, non educuntur: Item negare in nobis esse sulphur & mercurium, neque talia vera ab illis educi, sed saltem quid simile parumper: cum inquam adeo æqui erga eos simus, illos erga nos non decebat esse tam iniquos

Paracelsici reuera stabilia elemẽta duo educũt aquam & terram. Aer qui ex resolutione fit, non diu manet.

iniquos & furiosos, vt hic Neoparacelsus; cuius argumenta exposita explicatione, iam ponderare aggredimur.

Ad propositum paralogismum respondemus negata connexione, nisi principiū genere idem intelligatur, nempe corporeum, quanquam omnino vltimum sit NIHIL. Et cum homo ex mundi partibus sit secundum corpus; itidem principium materiale habebit τὸ οὐδὲν. Habebit & corporeum commune quod consequitur ex nihilo factum, sicut Deus eum fabrefecisse legitur ex limo; cuiusq; primordiū materiale est NIHIL. At si de propinquis accipias, negatio procedit. Non enim necesse est hominis principium tale, esse idem cum principio mundi, cum sit a toto discretus determinata specie essentia. At dicitur paruus mundus: si inquam, nihil interesset inter hominē & vniuersum, preter id quod ex paruitate & magnitudine sumitur, recte cōcluderetur. Sed cum falsum hoc sit, illud etiam falsum erit. Ridicula etiam est consequentia inde; quod nō totus homo potest dici mundus paruus, sed saltē corpus eius, si respicias istā principiorum congruentiā. At Philosophi aliqui quidem ex falsa hypothesi mundi animati secundum totum extruxerunt rationem mundi parui; aliqui potius diuinum princi-

Hominis corpus propinque non habet idem cū mundo principium.

Non totus homo est paruus mundus.

Cur homo paruus mūdus dictus.

principium, rationem sc. cõsiderarunt, & hominem ideo vocarũt mundũ paruum, quia ratione omnia assequeretur mundi opera, eaq; imitaretur: Imo mundi exemplar secum gestaret. Alias non mundi exemplum, sed creatoris & creaturæ simul est. In creatura autem non tantum sunt mundana, sed & metaphysica, vt angeli, &c. quorum vim itidem repræsentat rationis seu intellectus virtutumque potentia. De mundo autem illas intelligentias veras non esse, definitio mundi ostendit apud Physicos, quanquam aliqui sphæris assignarint mentes suas falsa quadam, ex Platonicis & Aristotelicis pronunciatis quibusdam, inducti persuasione, Ita absolutus est primus paralogismus.

Homo non imago mundi, sed creatoris & mundi.

Falsa sphærarum intelligentia.

Sequitur: Si humores sunt principia corporis humani; Spagirica separatione membrorum innotescent:
Sed hoc non est:
Ergo nec illud.
Probatur connexio: quia principia sunt ipsa rerum essentia, quæ oculis per alchymiam patet.

Ita nos sententiam colligimus. Nam alias adeo versutus est Sophista, vt in aliam sententiam protinus se mutare possit. Etenim hic paralogismus cõtra Galeni sensus etiam potest torqueri, quod sensus

eius

eius nihil possint testari, siquidem sine alchymia fallant, cum illa verum ostendant. Sed hoc supra refutatum iam est & vulgo absurdum est. Non enim rusticus bouem a cane discreturus, chymicum aget, neque in principiorum saltem agnitione idem requiritur. Nam corruptio illa Chymiæ propiora principia non exhibet, vt & naturalis cadauerum solutio non in sanguinem & semen, nec in similares fit partes; sed omnia mista simul per putrefactionem soluit. Estque illi perinde, ac si vnum prope mistum esset. Ita etiam composita erant membra omnia, simul mistione facta & generatione totius, non tamen auspicando ab elementis, sed a sanguine, qui iam elementa materialia aquam & terram vna cum calore, vt inquit Philosophus, habebat. Nam illa sunt communia. Sanguis proprius est animalibus, qui in homine & ad hominem mouetur secundũ principium humanum, vnde & diuinum oraculum in eo vitale se animale principium posuit. Necesse est ergo, quoniam corruptio tum naturalis tum artificialis, nõ exhibent principia materialia, vnde initium sumserunt proximũ secundum se animalium mẽbra, proxima non per corruptionẽ, sed in integritate sensuũ rationis ope cognosci. Ad propositionem ergo dicimus

Corruptio non exhibet propinqua principia sed remota, quia omne mistum soluit.

Sanguis habet potentiã ad vina mẽbra.

mus quod sit falsa ob causam iam expositam, nempe quod corruptio illa vltima, omne compositum simul soluat, siue vltimum sit, siue intermedium aut primum, redigatque omnia in materialia prima. Ita fit in arte. Architectus enim ædificium in principia soluturus, non in tectum, latera, fundamentum, & conclauia, & ex his porro extructa propiora diuidit, sed omnia simul in ligna, lapides, rudera, ferramenta, &c. Itaque nihil proficit connexũ. Notandum autem est aduersariũ hic non intelligere membra in homine resoluenda, sed membra externa, veluti aurum, vitriolum, cuprum, &c. in quib. vult innotescere humores illos, si essent principia corporis humani. Repudiat enim anatomiã localem. Hoc sensu iterum elenchũ ignorat, nec quicquam cõsequens habet connexio. Probatio eius futilis est, erratq; clẽcho κατά τι partim. Nã principia materialia non sunt tota rei essentia, quæ requirit materiæ & formæ vnionem; sed saltẽ eius pars. Principia efficientia etiam ad essentiam non pertinent, vt nec causa finalis (sunt autem principia & causæ hic vnum & idem.) Partim est falsa. Etenim finge per essentiam saltem materialia designari; nego tamen Chymian ostendere huius principia determinata. Nam

Solutio artis in architectura.

Quanã membra velut sol ut Paracelsicus.

remota, quæ sunt prima mistionis absolutæ, ostendere possit, propinqua, quæ sunt mistionis vltimæ, non ostendit in animalium corporibus. Ratio dicta est, quia corruptio fit, quæ non hoc mistum seu vltimum in propinqua soluit; Sed simpliciter mistum. Atqui ne hoc quidem præstat Chymia. Corrumpendo enim, nouũ producit, non principia. Constat etiam Chymicos non quærere principiorum noticiam, dum purũ separant ab impuro. Nam retinere student puriorem essentiam cum suis virtutibus, quã sciunt perire destructa crasi, & non amplius esse rei huius. Ideo & Paracelsus inquit, suas essentias adhuc mistas esse, dicique eo nomine, non quia soluta sint principia, sed quod depurata res tota. Alioquin cum ad principia reuocat; veluti elementa prima, vel sales, sulphura, mercurios, non amplius sunt essentia rei præsentis, sed eius elementa, quæ vires pristinas non obtinent, quas in crasi habebant. Si ergo Galenus sciuisset Spagiriam; non tamen necesse fuisset in separatione puri per eam peruenire ad principiorum notitiam. Nec si resoluisset propiora seu vltima corporis humani secundum omnes partes nouisset: quia resolutio illa omnia mista soluit: Ergo & humores qui sunt misti. Et hæc est respon-

Vera Chymia scopus perpetuus est non elementa facere ex mistis, sed purã vir tutem in purissima materia parte cogere, &c.

responsio ad connexionem. Assumtio sit quidem inanis connexione soluta, veruntamen non deerat & alia responsio. Quid enim si concederemus propositionem & negaremus assumtum. Si enim ex pane, vino, melle, satyriis, &c. Spagiri eliciunt sanguinem, phlegma & bilem, cur non possint elici ex ossibus, carne & reliquis. Quin dicamus posse id fieri, at deesse Paracelsico huic euocandi industriã. Nec par est vt arti defectus scientiæ in artifice sit fraudi. Sed nos illam responsionem retinebimus.

Instat,

Aristoteles negauit externorum sensuum ope cognosci posse principia:

Galenus ergo a sensibus nihil iuuatur:

Antecedens firmatur ratione Aristotelica, quia natura subiecta cognoscatur κατ' ἀναλογίαν.

Paralogismus hic ex Aristotelica sententia natus, Ramæum Sophisma sapit. Non enim sentit id Neoparacel. quod habet antecedens, sed potius contrariũ, quo pacto & Ramus. Galenicis autem obiicitur ideo, quasi illi ex Aristotelica censura penderent. Poteramus pro libertatate nostra repudiare illud testimonium, & aduersario elenchum non causæ, &

asyllogistias obtrudere: sed cum veritas ab Aristotelis latere tam leuiter auelli non possit; salua philosophi sententia dicimus, Neophytum fallere elencho particulari. Duplicia principia philosopho sunt; singularia sc. & sensilia sensilium; intelligibilia vero & vniuersalia rationis seu intellectus; vt de materiali principio 7. Metaph. tex. 38 differit. Inde deducit etiam duplicem noticiam 2 anal. post. 11. Et vniuersale principium vult oriri per inductionem a singulari sensili. Iterum principium aliud primum aliud vltimum habet, seu materiam aut simpliciter primam, aut ad ipsum &c. Ex quibus sufficienter patet sophistice adhibitam esse, philosophi autoritatem; cum quædam principia illi sint sensilia, vt ex quibus etiam scientiæ dependent; 1. anal. post. tex. 33. Quanquam autem principia illa metaphysica, materiam & formam, æterna facit, & materiam analogia scibilem 1. Phys. tex 69. In naturalibus tamen vtrumque coniunctum sensile statuit. Percipitur enim interuentu formæ, quæ tamen & ipsa a materia est inseparabilis. Itaque illa erant rationis & abstracta; hæc autem vltima. Vide & 3 de cœlo tex. 61. vbi sensilia principia sensilium statuit. Ita antecedens est ex parte falsum.

Aristoteles non facile falsi conuincitur.

Duplicia principia.

Duplex noticia

Vniuersale principium.

Duplex materia.

Principia sensilia.

Materia & forma in physicis sensilia coniunctim, nō separatim.

falſum. Oculos ergo perſtringere iſto ignauo τερετίσματι voluit aduerſarius. Iterum arguit.

Principia innoteſcunt diuiſione integrorum:

Galenus non diuidit integra ſpagirice:

Ergo non nouit principia.

Propoſitio firmatur teſte Ariſtotele, quia ait confuſa nobis notiora eſſe, ex quibus diuiſis appareant elementa & principia. Aſſumtum notum eſt. Nam Galenus Spagiriam non calluit, niſi κατά τι. Reſpondetur ad propoſitionem quod fallat elencho κατά τι. Non enim diuiſione ſi intelligas illam externam Chymicam, innoteſcunt tantum, ſed & ratione coniuncta cum ſenſu. Ad robur dicitur, quod Ariſtoteles loquatur de elementis corporum omnino; non de corporis humani proximis & materialibus initiis de quibus ipſe in 2. de part. an. 1. dicit quod ſint ſimilares partes reſpectu diſſimilarium; vel res humidæ, calidæ, frigidæ, ſiccæ; hoc eſt ſecundum potentiam quatuor humores reſpectu ſimiliarium; vt ita triplex compoſitio in homine concurrat. Neque enim debent hic elementa abſolute intelligi; ſed elementa determinata ad genus animalium, de quo agit illis libris. Sed & locutus

Ariſtoteles per elementa in corpore animalis intellexit humores naturales &c.

locutus sit de omnibus κατ' ἰδέαν, diuisio tamen actualis in quibusdam est, in quibusdam potentialis, sicut ostendit ille in materiæ primæ & formæ discretione, quæ actu nunquam possunt separari, ita vt sit informis actu materia & forma separata, ratione tamen possunt. Itaque si non per segregationem actualem potest ex esse separari quadruplex humorum genus, secundum separationis actum (quod ideo fieri non potest, quia illa principia simul mutationem sustinuerunt in substantia, vt iam non amplius sint id quod fuerunt, neque actu, neq; potentia propiore, quin & tum ars tum natura per corruptionem ad elementa prima statim contendit; vnde propinqua, quæ & ipsa erant mista, nō exeunt,) potest tamen ratione & potentia quadam naturali. Insuper in autoris Aristotelis axiomate non est simplex ratio. διαίρεσις enim Aristotelica, quæ τῶν συγκεχυμένων principia manifestat, non est vnius modi. Materiam primam analogia artis, cognoscit principium esse. In 2. de ortu tex. 49. vtitur ratione. In 3. de cœlo tex. 33. segregat. Vtitur autem potissimum ratione etiam de similaribus, & sensu, quod ex his constent & nutriantur partes. Ex hac explicatione nulla vis erit assumti. Itaque de hoc dicimus, primum

Diaresis Aristotelica multiplex.

mum, cum supra Neoparacelsus duplicem fingat Spagirian; naturalem & artificiosam,; καθόλυ verum non esse. Nouit enim Galenus si non artificialem, attamen naturalem. Sciuit enim naturam ex omni nutrimento elicere illos quatuor humores;qui si non fuissent in illis potentia; nunquam emersissent actu. Naturam hanc imitari tamen etiam Spagiri conati sunt. Nam in suis cucurbitis ex baculo hominis,seu pane & vino sanguinem cum reliquis humoribus, vt & ex melle elicere studuerunt, qui humores quanquam æquiuoci sint; monstrant tamen naturæ potētiam. Postea negamus Galenū ignorasse omnem Spagirian. Principium.n.& opus eius in extractione succorū, solutione lactis, confectione salis, expresione oleorū,&c.sciuit. Itaq; etsi τελέως ignorauit; κατ' ἀρχὰς tamen quasdā calluit. Itaq; si per Spagirian cognoscerētur humani corporis principia,potuerat ea scire. Deinde asyllogistia sophistica committitur, dum allinitur assumto vox Spagirice. Sine hac enim id falsum est. Nam Galenus non omnem diuisionem ignorauit.Sciuit enim potentialē, & eam quæ est sensus cū iudicio coniuncti. Nam agnoscunt hi diuersas rerum substantias ex collatione, alteramq; ab altera separant & distinguunt.

Duplex Spagiria.

Ostendit & ratio idem. Facile enim est colligere; hoc transit in hoc, & in illud similiter; estq; hoc melãcholicũ, phlegmaticum, &c. respondẽte toto suis principiis; Ergo hæc sunt principia. At nulla necessitas cogit Spagirice separare, aut diuidere σωματικῶς. Non enim hæc diuisio in omnium principiorum propinquorũ noticia locum habet. Aristoteles ita examinat & sanguinem & semen. Et sanguinea massa omniũ oculis facilime sua principia proxima obiicit. In aliis pene impossibilis res est, exceptis his quæ proxime ex elementis facta sunt, licet & in his violenta corruptio nos dubios faciat; nec vllus Spagirus est, qui ita substãtias separet, vt fit in lacte, quod artificium a Galeno desideratũ nec nos dum cognouimus. Chymicas segregationes a lactis illa immensum distare facile est demonstratu. Pergit porro:

Ad principia materialia animaliũ noscenda non est opus Spagiria.

Diuisio Aristotelis indicat humores.

Spagiri non ita separant res, vt in lacte fit, & vt Galenus fieri optauit, licet aliqua similitudo in quibusdam inueniatur.

Si principia debent cognosci, ex impuritatibus & corticibus sunt eximenda & pure spectanda;
Galenus ea non exemit corticibus:
Non ergo potuit ista nosse.

Propositio si accipiatur de illis impuritatibus, quę foris adhærent, remq; obscurãt, admitti potest. Sin autẽ de corpore, quod natura sibi induit, quodq; materialẽ partẽ cõstituit in mistura, non est vera. Nã quia sibi

ſibi ſedem elegit in illis forma perque ea diſperſis ſeminariis & viribus ſuis operatur, & qualitatibus aliisque natura coniunctis ſe prodit: ipſa ſimul ad principiorum complementum pertinent. Sunt enim materialia taleque faciunt corpus, qualia ſunt ipſa. Certum autem eſt Neoparacelſum intelligere illa ipſa materialia, quæ ad miſtionem congreſſa, ita ſunt vnita, vt ſimilare vndiquaque conſtituerint, & quæ neceſſario ſeruanda in miſto ſunt, ſi actu diuiſionis ad cognitionem principiorum materialium, ſunt educenda. Neque enim ita fit res vt in craſſis elementis partito hic ſit mercurius, ibi ſal, alio loco ſulphur; ſed ſimilaris fit ex elementis miſtio vndiquaque conformis. Nulla etiam mutatione debent corrumpi integra ſi ſyncera principia quæruntur, ſed ſaltē diuidi, & fieri ex homogeneis heterogenea. Falſum ergo & inane eſt propoſitionis figmentum. Recte vero etiam fecit Galenus integra ſeruando. Ita & lac ſua proxima oſtendit; nō ſeparandis primūm craſſis, ſed ſtatim in tot partes diſcedendo, quot conſtat. Poteſt etiam tolli paralogiſmus conceſſione propoſitionis quadamtenus; negatione autem aſſumti κατὰ τι. Galenus enim etſi non liberauit per ſe; per naturam tamē id fecit, & rationis cum

Corpus craſſum homogeneum nō poteſt abiici in elementorū inueſtigatione.

 ſenſu

ſenſu iudicio. Neque fuit tam ſtolidus vt foris adhærentia non abiecerit. Et licet non diuiſerit ſpagirice; non tamen in culpa eſt, quia illa diuiſio inutilis plane eſt ad principia indaganda proxima. Quod additur de coloribus, quaſi ex ſolis conieceri de illis, falſum eſt. Coniunxit ratione ſenſui; & quod fallibiliter ex vno patuiſſet, id ex multis certũ ratumq; factum eſt. Sed & colorem ſolum inſpexerit; quod in omni animali eſt ſimiliter & ſecundum naturam perpetuũ; cur non iudicia de ſuo ſubiecto docet certa? Ita de igni iudicamus ſeu flamma; Ita de cryſtallo & aliis. Ignorat Neoparacelſusquomodo generalia determinentur ſingularitate. Iudico bilem non ex colore ſimpliciter, ſed ex colore ſuo; qui licet genere communis ſit cum colore aliorum, ſingularitate tamẽ huius eſt ſolius. Sic niuis albedo, etſi cum lacte ſit eadem; genere tamen eſt, non ſpecie; æſtimaturq; nix albedine niuea non lactea; Et ſic in indiuiduis. Quemadmodũ enim vltimæ materiæ & formæ, ſunt ſingulariũ propriæ, ita & vltima adiuncta & effecta. Veruntamen norunt ſtudioſi Galenũ cum Hippocrate non humorẽ illum excrementitiũ, vt bilẽ veſiculæ fellis; bilem atram lienis; & phlegma quod excernitur e cerebro, & circa pancreas & alibi colligi ſolet; loco principiorum

Generalia determinantur indiuiduis.

Qui humores principia ſint.

piorum collocasse, sed sanguinē biliosum, melācholicū, pituitosum, & proprie dictū sanguineum humorem. Excrementa vero ab illis separata non male loco argumenti assumsit. Nisi enim eiusmodi humores in corpore essent toti conseruādo destinati; excreta talia nō forent. Accessit tempera-tura partiū; actiones, sapores & reliqua. Ita vt soli colores illi nō suffecerint ad distinguendos humores illos. Nec colores in omnibus sunt mutabiles, proditq; aduersarius elenchi infirmitatē dum ait; in omnibus; Et sic cur non liceat ex rubro succo intra animal in instrumentis venarū, arteriarū, cordisq; colligere sanguinē eum esse? Per cū enim etiā alia rubent, & efflorescunt malæ. Non dubium est ex vulnere prolabente rubicūdo humore alimētario; in animali sanguineo quin is sit sanguis; ex Erysipelate vlceroso feruente, acri mordaciq; & flauescente aqua, quin sit bilis flaua: Et similiter in hæmorrhoidibus de bile atra; in œdematis, & illitu mercurij, de phlegmate; & omnino in purgationib' de omni eorū genere; in quib' liuor & terrea nigredo, veluti adusta, prodit atrā bilem; viscida tenaxq; & aquea albedo phlegma, quāquā colores modo sint dilutiores, modo saturi magis & modo per se, modo mutati in analogos & determinatos, veluti bilis prasina per se bilis nō est, sed ex bile corrupta

Excrementitij humores arguunt alimentares, & hi rursus principia.

Colores arguunt humores

factus humor præternaturalis, qui tamen solet nomine prioris vocari. Loquor autem de homine. Non est idem color vitriolo etiam integro; vt nec sulphuri & aliis sed illa non raro ab aliquo accidente fortuito tinguntur, aut afficiuntur, vnde color mutatur aut euanescit: Spectanda tamen sunt ab eo qui plerunq; & plurimum inest. Natura enim ad idem agit eodem modo quantum fieri potest. Si semper eodem modo se haberent agens & patiens; cur non semper eodem gigneretur modo eodemque colore? Nemo non scit argentum albo notari; aurum fuluo vel citrino; cuprum rubro. Veruntamen quia hęc non raro mutantur, & in venis suis variis halitibus varie inueniuntur affecta; reuocantur per ignis examen ad formam notam, & ex hac censura firmatur. Alias iudicatur quidem ex colore aliquid; at consistentia & reliqua coniunctim firmant iudicium, quod efficere singula non poterant. Ars colorem mutat; sed videat ne substantiam simul perdat; aut saltem suspectam reddat. Nam quod ars induxit; illud naturam non indicat per se; sicut nec cerussata facies formam naturalem. Fucum inducit ars plerunque. Naturæ spectandæ sunt extra artem (excepta hac arte quæ expurgat fortuito adhęrentia & per mistionem non insita)

Etsi contingat colorem mutari re integra, axiomata tamẽ & vniuersale iudiciũ sumitur ex plerunqueper se inexistente.

ſita) per ſe, ſyncere. Sed cur Neoparacelſo tam inuiſi ſunt colores? Ne ſcilicet ſal eius venereus habeatur pro vitriolo commiſta ærugine. Aſtutum ingenium. Sed noſtra ſpagiria fraudẽ bene detegit. Nam in Gallis non occultatur; nec ſapor latebras ferre poteſt. Porro ille colorem vitrioli eſſentificati & in oleum redacti, diuerſum a vitrioli docet. Credo, At nego id vitrioli eſſentiam eſſe; ſed aliquid ex corrupto vitriolo factum. Quo iudice mihi perſuadebis vt tibi habeam fidem? *αὐτὸς ἔφη*. Idem iudicium eſt de plantis. Nec aſſueuit aliter etiam ex rei natura deductus in multis ſermo. Succum enim e roſis expreſſum, roſas nullus, ne Spagirus quidem vocat. Si eſſentia eſt; ab hoc maxime denominari debebat ROSA. Catachreſis appellationis ESSENTIAE eſt, & vna implicata ſynechdoche & metonymia cauſæ, nõ locutio propria, ſi quis aliquid factũ ex re aliqua eſſentiã eiuſdẽ appellat. Nec artis opera ex ſubiectis naturæ facta, nomen & rationem ipſorũ retinere poſſunt. Cum in naturæ ſinu eſt, res eſt id quod eſt. Cum per artem immutata eſt; artificialis ſubſtantia eſt facta. Quin & in illis, quæ in natura quoque per ſe ſine arte apparuerunt talia, qualia plurima in minera habentur, atq; etiam inter vegetaliũ partes & fructus;

Ol. Vitrioli non eſt eius eſſentia.

Eſſentia vox tropica.

Hoc Eraſticum eſt.

Quæ opera naturas imitantur, nomina ab his accipiunt per tropum.

veluti minium factitiũ, Orichalcum artificiale, castorium & galbanum adulteratum, & similia, non licet proprie & sine modo nomina permutare, vt nec simpliciter. Adiecta enim determinatione, artificiale a naturali discernendũ est: aut homonymia committenda. Arguitur iterũ. Sensus non sufficit ad cognoscendũ principia: Neutiquã ergo quod sensui apparet, pro principio habendum est.

Veluti minium factitiũ non simpliciter minium. Ita tamen non est in chymicis, excepta parte imitatoria.

Antecedens probatur; quia venenum mellis, & ignẽ silicis oculi non vident.

Fallit consequente. Etsi enim verum sit antecedens, consequens tamẽ, nisi de solo sensu, loquaris; inde verum non est. Attamen aliquid tribuitur sensui. Prima enim ei debetur noticia. Ratio accedens; cõsummat iudiciũ. Necesse enim est primũ a secundo dirimi; causam ab effecto, idque est rationis. Firmamentũ ridiculũ est. Finge sensus nihil de illis cognoscere, quid tũ postea? Venenũ non est principiũ mellis; nec ignis est principiũ lapidis. Sed qua re tamẽ iudicatur effectus? Qua re molestia; λίαν καὶ ἡδονή? Si effectus occurrunt sensibus; nõ adeo in illis arcanis quoq; sunt damnandi.

Alia ratio est principiorum inuentorum, alia inueniendorum.

Notabis autem etiam, aliam rationem esse principiorum iam suis notis agnitorũ; & inueniendorũ. Ad hoc sensus soli non sufficiunt; ad illud non raro soli. Sensilium enim

um enim notarum concursus determinare indiuiduum potest. Ita Chymici olea agnoscunt, tincturas & alia. Prolepsis. *Obiectio.*

Experientia comprobat humores istos esse corporum animalium principia (intellige tam veros quã analogos.)

Ergo non opus est Spagirica laboriosa.

Ex his concludit Neoparacelsus, & simul ex concesso absurdum collectũ opponit. Ergo aut Empirici sunt Galenici; aut verum non est quod in antecedente ponitur. Empiricos tandem, quin inferiores illis, nos vocat. Et si obieceris; nos dogmaticos esse; quia empiricos insectemur. Negat id quicquã probare; sed fallere elencho nõ causæ. Imo contrarium arguere. Eo enim ipso quod Empiricis infensi simus, nos ostendere quod simus tales: Quia secũdum Hesiodũ figulus figulo &c. In hac prolepsi asininas aures porrigit. Illa enim ex hypothesi; Si TANTVM EMPIRICORVM & vetularum fide nituntur &c. deducit; atq; ita ne nihil dicat, conuitiatur. Elenchus hic euictus certissimum Galenicæ veritatis argumentum est: quia si dicas nos ratione sensu & experientia cognouisse, humores illos primarios principia membrorum materialia esse; obmutescit totus aduersarius: cõgiturque annuere. χρησφύγετον enim illud de TANTVM experientia inane *Aqua aduersarij hic hæret. Victoria est a latere Galeni.*

prõrsus

prorſus ſomnium eſt. Hic cur deſeris cau-
Experientia Galenica.
ſam tuam Neoparacelſe? Experientia noſtra non eſt agyrtarum & vetularum, ſed ex ſenſu & ratione infallibili extructa. Ea eſt quam Philoſ: 1. Metaph. ex memoria, quam ſenſus faciunt, rei vnius multa conſtituit vt & 2. anal. poſt. vlt. differit. Ea quoque eſt quæ ex inductione vniuerſalem ſcientiam conſtituit, vt idem Philoſophus iterum in multis præclare. Hac
Secta medica.
gloriamur. De ſectis quod dicitur; notum eſt ex Galeno de ſectis ad hos qui introducuntur duas primarias olim fuiſſe; ἐμπει-
ἐμπειρική.
ρικὴν τὴν διὰ πείρας ἰοῦσαν πρὸς τὴν τῶν ἰαμάτων
λογική.
εὕρεσιν, quam etiam τηρητικὴν καὶ μνημονευτικὴν appellarunt: Et λογικήν, quæ per ἐνδείξεις procedit, vocataque eſt δογματικὴ καὶ
μεθοδική.
ἀναλογιστική. His acceſſit tertia μεθοδικὴ cuius excultor dicitur fuiſſe Theſſalus; a qua ſecta compendio ars contracta eſt, eaque breuis dicta; vita longa, de quibus videatur Galenus. Noſtrorum quidam addide-
Secta media.
runt ſectam quartam quam vocant μέσην quibus ratio iungitur experientiæ, & ſimul Methodus ſpectatur & compendioſa cognitio curaque. Seu dogmaticos ſeu Logicos quis nos vocet; ſciat, nos non repudiare experientiam eruditam. Vere enim ea conſtat ſenſu & ratione. Empiricis autem illis ſuccenſemus, qui ex temeraria

colle-

collectione effectorum citra artificiosas indicationes & cognitionem naturarum quiduis cuivis offerunt, modo simili affectione videatur laborare; Imo etiam dissimilibus, diuersisque præbent omnia siue iudicio & ratione. Si talis est Neoparacelsus; qualis certe esse ex temeritate paracelsistarum, & imperitia negante artis veræ principia; audaciaque in alienam inuolandi prouinciam, euincitur; non immerito infensos habet Galenicos.

Alia arma aduersus sensus Galeni.

Qui sensuum vtitur iudicio, rem vsurpat ad scientiam plane inutilem.

Galenus sensuum vtitur iudicio.

Ergo: rem vsurpat plane inutilem ad scientiam; & ex consequente non potest per eos scire principia medica.

Propositio probatur duplici Aristotelis axiomate. 1 quia per sensus non est scientia. 2. quia scientia est per causas;

Sensus autem iudicat effecta.

Assumtum ostenditur, quia Galenus ex colore coniicit de principiis. Inest & alia vis eidem argumento, quâ ostenditur Galenus non esse verus medicus, quia vero medico scientia illa ex causis necessaria est; nô ex sensu, potissimum. Sensus autem seu *Galenus nô verus medicus.*

Mm colores

colores illi Galenici nec causæ, nec vires nec facultates rerum dici possunt; cum non sint causæ; sed causatæ seu signa & externa velamenta, quibus naturæ præstātia tegitur. hæc ille.

Soli sensus non faciunt scientiam nisi sensilem, quæ tamen propriè scientia non vocatur.

Propositionem repudiamus. Fallit enim elencho κατὰ τι. Qui solis sensibus velit inhærere, vt sensus sunt, ille non facile sibi scientiam artis comparabit; nisi & bos possit fieri sciens. Qui vero sensibus humanis vtitur cum ratione qua indagantur ex effectis causæ; ex adiunctis subiecta &c. is experientiam sibi comparare & scientiam bene potest. Neoparacelsus autem Aristotelico axiomate deceptus hic pene totus euidenter ad academicos nouos desciuisset. Sic enim allegat dictum philosophi; quasi statuat per sensus nullam esse scientiam. Vnde consequens est, totam eius artem scientiam non esse si sensibus vtitur: Aut si non vtitur; nihil nisi merum φάντασμα. Studiosi norunt philosophum sensui tribuere singularia, quæ sunt res physicæ, mutabiles, & sensu perceptibiles. Intellectui vero vniuersalia, quæ sunt generales conceptus & ideę, a singularibus abstractę. Hæc vniuersalia inter se disposita, constituunt theoremata, quorū veritas est immota. Hæc affirmata & homogenea & catholica sunt materia artiū & scientiarū pro quorumuis natura. Itaq; scientia philoso-

1. Phys. tex. 42.

pho

pho nihil est aliud, quã comprehẽsio isto-rum axiomatũ secundum formã artis: Et exurgit illi potissimũ ex his, quæ sunt sciẽ-tifica seu demonstratiua, qualia sunt causæ essentiales, & ex his factæ definitiones per-fectę; quanquã & propria subiecta, propria adiuncta; effecta, fines, & efficiẽtia propria immotaq; axiomata cõstituant firma; Imo & diuisiones generũ in species, & integro-rum in membra &c. Hinc in logicis solent admoneri iuniores, ex causis existere pro priam & primã scientiam; quæ postea no-minatur verissimum & primum iudicium ex catholicis, necessariis & immotis. Hæc cum ita sint; nihilominus tamen in phy-sicis dicitur vniuersale extrui ex singulari-bus sensui notis; & illis ipsis comprobari; in logicis generalia fieri ex specialium col-lectione per inductionẽ. Et Philosophus asserit vniuersale aut nihil esse aut posteri-us esse, quodq; sequat̃ particularia omnia. Reprehẽdit etiam Platonicos qui in logis tantũ occupati sensilia negligebãt, nec illis quicquã fidei tribuebant. Coactus hac ve-ritate Neoparacelsus suas essentias in præ-fatione etiam oculis æstimandas commit-tebat. Attendat igitur iam. Principia medica sunt vniuersalia: Sunt enim theo-

Scientia proprie quid.

Scientia principalis ex causis.

Scientia ex aliis argumentis.

1. Hist. an. 6. cõmentationem singulorum antecedere in doctrina vult, & ex accidentibus & differentiis perveniri ad causas.

1. De anima 4. Gen. an. 2. 1. de Gen. & cor

1 anal. post. tex. 39. Vniuersale nõ est aliquid præter singularia. Ars nec ad inueniendũ, nec exercendum sensibus carere potest,

remata informata secundum regulas κατὰ παντὸς &c. At vniuersalium noticia posterior est noticia sensuali, & ex singularibus sensu notis oritur. Necesse ergo Galeno fuit sensibus suis vti in principiis inuestigandis: & qui sensibus non vtitur, eum necessario scientia destitui, vt in 1 anal. post. ostendit Philosophus; itaque noster aduersarius omni excluditur scientia. Et quia eadem via est, inueniendi principia, & inuenta iudicandi seu censendi; nempe inductio; itaq; etiam nos hodie cum volumus axiomatum scientificorum veritatem spectare; oportet sensuum adminiculo vti. Sensuum autem, non brutorum, sed rationalium, quales sunt homini, qui non videt, auditue, gustat, olfacit, aut tangit bestialiter, sed humane. Regula omnium est ratio recta legibus necessitatum descripta & comprehensa. Contrarium ergo iam consequens est; nempe a sensibus ad principia & vniuersalia, ab his ad scientiam; ab effectis & adiunctis ad causas & subiecta; seu a notioribus nobis ad notiora naturæ esse perueniendum; & qui hoc in medica quoque arte considerat facitq; bene; illum esse bonum medicum. Ita simul propositionem refutauimus; philosophi axiomata explicauimus, Galenique sensus defendimus. Dum enim inquit philoso-

Sensu carens caret scientia plane omni.

Sensus humani requiruntur ad sciendum.

1. Hist. an. 6 sensum ratio comitatur.

1 Post. tex. 33.

1 Hist. an. 6 cap. 1 Phys. tex. 2.

losophus singularium scientia non est; seu vt græca verba aptius habent, δι' αἰσθήσεως οὐκ ἔστιν ἐπίστασθαι: scientiam is non habet, qui tantum habet singularia &c. hæc sensibus percipit, vult eum habere scientiam, qui theoremata iam per sensus acceptis singularibus constituta, conformata & iudicata cognouit sensum autē minime repudiat, siquidem ab his est sciendi initium. Deinde sciendum est philosophum, non omnem noticiam adimere sensibus; sed hanc solum, quam ipse vocat demonstratiuam, quæ fit per προτάσεις seu axiomata necessario vera. Aliam scientiam, quę est sensualis noticia, illis relinquit. Ita enim inquit: φανερὸν δὲ καὶ ὅτι εἴ τις αἴσθησις ἐκλέλοιπεν, ἀνάγκη καὶ ἐπιστήμην τινὰ ἐκλελοιπέναι, ἣν ἀδύνατον λαβεῖν, εἴπερ μανθάνομεν, ἢ ἐπαγωγῇ ἢ ἀποδείξει. ἔστι δ' ἡ μὲν ἀπόδειξις ἐκ τῶν καθόλου. ἡ δ' ἐπαγωγὴ ἐκ τῶν κατὰ μέρος. ἀδύνατον δὲ τὰ καθόλου θεωρῆσαι, εἰ μὴ δι' ἐπαγωγῆς. ἐπαχθῆναι δὲ μὴ ἔχοντας αἴσθησιν ἀδύνατον. τῶν γὰρ καθ' ἕκαστον ἡ αἴσθησις &c. Quo capite Neoparacelsus confunditur & perit totus, multo violentius quam si in officina vulcania hausisset illum deleterium halitum, quem paracelsus ex putrefactoria sua olla aliquando oporino immisit, & syncopen non leuem accersiuit. Quanquam ergo iam vsus sit iudicio sensuum Galenus; non tamen a

1. Post. tex. 43.

Impossibile est (inquit) sentiendo aliquid scire demonstratiuorum.

1 anal. post. tex. 33 seu cap. 14.

Scientia sensualis.

principiis propterea & ſcientia aberrauit; Sed a legitimo veroque ſciendi principio exorſus ad ſcientiam peruenit. Neoparacelſus ne ſomniet ſibi quidem illam ſcientiam, quia ſenſus excludit a ſcientiæ generatione, & a vulcaniis inſtrumentis oritur, & eſſentias vniuerſales prius ſingularibus vult cognoſcere; Imo vtitur ſingularibus quoque, ſed fallibilibus & incertis, vt quæ alio ignis regimine, alia operatione, alia totaque facie diſcrepantia prodeunt; quo facto, impoſſibile eſt, ad vllam ſcientiam, tum ipſum tum Spagirum vllum talẽ peruenire poſſe. Et in hoc turpiter ſibi aduerſatur. Si enim ſenſus ad ſcientiam principiorũ ſunt res inutiles, cur oculis contemplatur effecta ſua? Cur ſupra dicebat eſſe ſenſilia? Hæc tam certa ſunt, quam certum eſt bis quatuor eſſe octo. De coloribus quod dicit eſſe eos *αἰτιατὰ μὴ αἴτια*; vere dicit *κατά τι* vt ſolet, poſſunt enim etiam cauſæ eſſe; ſiquidem per inductionem gignũt aliquã ſcientiam. Quod negat eſſe rerum vires; videat quomodo reſpõdeat illis, qui actum eis tribuunt in natura. Et coloribus ineſſe vim mouendi viſum, certiſſimum eſt, ſicut calori ineſt facultas mouendi tactum. Si etiam ſunt formæ quædam per quas ſubſtantia eſt efficax, cur negat vires eſſe? Si lux color eſt luminoſorum, & ful-

Paracelſici a ſenſibus nõ exordiuntur ſcientiam, ſed a praua phanthaſia. Impoſſibile eſt Spagirũ ſcire ex noſtri phantaſia.

Colores an ſint effecta.

An colores non ſint vires rerum.

gor

gor fulgentium, quomodo a stulticia se liberet, dispiciat. Sed ille fugitiu' pastor delirat in tota rerũ vniuersitate, id quod necesse est audacibus istis trãsfugis cõtingere.

Delirium eorum qui ex alieno irrũpunt in artem aliam.

Quod mentiatur, Galenum coloribus ascribere, sensuum ductu, principium morborum & totius corporis humani; nulla eget ostensione. Quis enim vnquam in Galeno legit, colores esse morborum principium, aut colores esse principium membrorum? Sunt autem illa verba Neoparacelsi: quanquam in margine commodius loquatur, inquiens; Galenus coloribus principia falso accommodauit; volens opinor, dicere, Galenum colorum indicio falso iudicasse humores, & hos coloribus discretos pro principiis posuisse. Sed inepti ingenij, & distorti; ineptus est & distortus sermo. Falsum tamen & fictum id quoque est. Non enim quia coloribus discrepant, ideo principia existimauit; Sed quia ex illis generantur, & nutriuntur similaria vna cum spiritibus, qui fiunt ex iisdem. Color postea accessit, pro nota & charactere discriminis; quo postea facile possent diiudicari. Aliud.

Colores non habiti loco principij a Galeno.

Effrenis lingua paracelsici.

Non ideo sunt principia humores quia coloribus discrepant.

Color discriminis nota quædam est.

Hippocrates negat naturam posse cognosci nisi per Spagiricã separationẽ. Male ergo Galenus ab eo defecit, & sensibus principia æstimauit.

De defectu Galeni ab Hippocrate.

Antecedẽs probatur ex tractu de morbo virginum vbi inquit; ἀδυνατὸν τῶν νοσημάτων τὴν φύσιν γνῶναι, ἣν μὴ γνῷ τὴν ἐν τῷ ἀμερεῖ, κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐξ ἧς διεκρίθη.

Hoc est: Impossibile est morborum naturam nosse, nisi noris eam, quæ est in indiuiduo, iuxta principium, ex quo est diiudicata. Hic Neoparacelsus egregium agit interpretem, & fidelem, & ex Hippocrate Spagirum facit, id quod & infra fit. Vt vere dicam inquit, aduersatur Galenus Hippocrati. Quorsum ista προθεράπεια de vero? An antehac dixit falsa? Ipse non putat: Sed aditum sibi parat ad fidem, vt homines dicenti statim credant. Ille vero adeo non dixit vere, vt turpissime sit mentitus comisso crimine falsi, vt vocant. Antecedens enim enthymematis falsum est; & locus Hippocratis calumniose peruersus. Etenim Hippocrates de singulari morbo virginum acturus, anteuertit prolepsin, cur non agat de morbis, secundum genera perpetua & immobilia, cum artes debeant constitui per axiomata catholica. Respõdet ideo de singulari morbo agere, vt possit peruenire ad ξύνθεσιν τῶν αἰειγενέων τῆς ἰητρικῆς, seu vt possit præcepta vniuersalia constituere in arte medica. Et huius prosyllogismus est, quod morborum in vniuer-

Falsa interpretatio paracelsici.

Explicatio dict. Hipp.

vniuerſum ſecũdum axiomata perpetua, natura non poſſit ſciri, niſi cognitis morbis ſeu naturis morborum ſingulis, ſeu in indiuiduo; vt hic in morbo virginali fit, quæ cognitio inſtituenda eſt iuxta principium & cauſam, ex qua ille ſingularis morbus eſt diiudicatus & cognitus; exempli gratia; qui velit de morbis præcepta condere, illum opórtet ſcire de morbo ſacro, de ſyderatis, de tumoribus, & reliquis, ſecundum cuiuſque cauſam & principiũ, ex quo oritur, &c. At bonus noſter Neoparacelſus, non ſingulares morbos hic nobis parat, ſed ſectionem naturarum in ſua elementa per Spagiricam, &c. O impudentiſſimum & profligatiſſimę audaciæ interpretem? Sed quid ille fugitiuus ſapiat? Quid ex Hippocrate intelligat? In Hippocrate eſt, vt veriſſime dicam, ὄνος πρὸς λύραν. Pulchre autem ſeipſum confutat. Si enim indiuidua Hippocratis ſunt ſingularia Ariſtotelis, id quod veriſſimum eſt; Et apud Hippoc. principia Spagirica, quæ faciunt ſcientiam, ſignant: etiam apud Philoſophum idem præſtabunt: Et cum ſingularia huic ſint ſenſilia, fieri non poteſt, quin Galenus recte ex ſenſibus ſcientiam extruxerit, & Sophiſtam egerit aduerſarius: quod ipſum ſequitur etiam ex contrario. An autẽ Galenus aduerſetur Hip-

Paracelſici ad Hippocratem ſunt quod aſinus ad lyram.

Hipp. incipit ab indiuiduis, quæ ſunt Ariſtotelis ſingularia ſenſilia, logicis argumenta.

An Galenus Hippocrati aduersetur.

pocrati, principia morborum alia constituenti, ostendit liber antecedẽs de incertis affectionibus, in quo aliquos morbos deducit ex humore resiccato, vt Ischiada, quam gigni docet per pituitã, bilem, sanguinem. Ita enim inquit: γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ χολῆς, καὶ φλέγματος. γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ αἵματος, &c. Aliquos iterum ex humoribus istis singulis, vt crassum ex bile; alium ex pituita putrefacta, aut alba, &c. Vide totum illum librum imo in illo ipso, quem citat Neophytus, tractatu, sanguis accusatur. De principio etiam animalium, & potissimũ hominis, quatenus medicæ considerationi obnoxius est, quid statuerit Hippocrates, satis superque docetur in libro, de natura hominis, in quo adeo præclare disserit de ista re, vt etiã Philosophorum summus Aristoteles pari modo suam primam compositionem instituerit, partesq; similares, ex calido, frigido, humido, sicco cõcinnauerit, quæ esse nomina humorum in animalibus ibidem Hippocrates indicat, cum inquit: Constat natura animaliũ ex prædictis omnibus (humido, sicco, calido, frigido, quæ priores medici separauerant dicẽtes hominem, saltem vnum esse, vel bilem vel sanguinem vel pituitam) & definit iuxta prædicta in id vnum quodq;, vnde est compactũ secedens. At vero corpus

Aristotelis cum Hipp. consensus.

In compositione omniũ prima, nominantur qualitates, in propiore animaliũ: humores: Et alterũ sæpe pro altero ponitur permutatione gene-

pus hominis habet in ſeipſo ſanguinem & pituitam & bilem duplicem, flauam videlicet.& nigram. Atque (nota Neophyte) ταῦτ' ἐστὶν αὐτέῳ ἡ φύσις τοῦ σώματος, καὶ διὰ ταῦτα ἀλγέει καὶ ὑγιαίνει. Sed lege & ſequentia: dixi porro (inquit) quæcunque hominem eſſe dixero, ſemper demonſtraturũ me eſſe, quod talia ſint, & (nota argumenta) iuxta receptam opinionẽ moremq; & iuxta naturam. Et dico ſane eſſe ſanguinẽ & pituitam & bilem flauam ac nigram,&c.Si iam, vt tu aſſeris Neoparacelſe, Hippocrates fuit Spagirus,& artis ſuę beneficio in indiuiduo has naturas ſpectauit, ſeu vt loqueris,ſeparauit,vt quodlibet principiũ per ſe in indiuiſibili nõ confuſum vel compoſitum viderit, idq; non per ſolos ſenſus ſed ope Vulcani præſtitit; neceſſe eſt aut te Spagirum non eſſe, aut eoſdem in ollis Vulcaniis inuenire, ſegregatione productos humores. Vide quid ex te ipſo facias? Noſtri clamabunt ad eundem modum: O miram philoſophiæ facilitatem, quæ tantam habet lucẽ,vt omnes alij homines veritatem & fundamenta eius ſolidiſſima videant; & eiſdem aſſentiantur; Et vt tu ſupra dicebas,coquos,molitores,& id farinę homines inſcios venerari tuam Spagiriã, ita nos,ſed inuerſe iactamus, philoſophematum noſtrorũ eam eſſe certitudinem, vt iis

rum & ſpecierũ ſeu remotorum & propinquorum.

Hippocratis demonſtratio.

Si Hipp. per Spagirian humores cognouit, Paracelſicus Spagirus eſſe nõ poteſt.

Imitatio exclamationis Paracelſica.

Certitudo principiorũ Galenicorũ & euidẽtia.

vt iis assentiantur coloni, rustici, hortulani; coqui etiam & totum macellum cum omnibus, iique scientes, prudentes, volentes. Quo detestabilius est scelus tuum, qui solus in apertissimo solis lumine instar noctuæ cæcutias, idque sponte, nolens haurire euidentissimum solis lumen. Quã ergo ille irridet facilitatem Philosophiæ, eam nos obuiis amplectimur vlnis, gratulantes nobis quod nostra principia sint apud omnes in cõfesso; quo pacto & Geometræ solent sua extruere ex natura notis, & quæ nullus sanus posſit negare. Paracelsistarum vero principia difficilia sunt; lucem fugiunt, & neutiquam sunt confessa, comprobatque sensu communi. Putida ergo & caduca & falsa sunt, nec stabile potest esse quod illis imponitur. An vero vos putatis homines captis sensibus ad vestram artem accessuros, & quicquid vos deblateratis, tanquam ex tripode dictum arrepturos? Tu mentiris fœde, cum garris, medicos Galenicos non plus videre rusticis, cum vtriq; oculis ista principia designent. Aliud est perite videre, & scienter, aliud imperite. Quid pateat oculis Vulcani notum est, ex albo nigrum facit momento. Ex hoc rursus flauum, album, rubeum, cinereum; Ex aqua aerem; ex ligno cineres & alia pro viribus. Tam instabili

Facilitas Philosophiæ irrisa a Paracelsicis, argumentum est certitudinis.

Principia Paracelsica non confessa.

An Galenici non plus rusticis videant.

De oculis Vulcani.

bili Deo fidendum nihil est. Nos infra rusticos, incorruptius sc. iudicantes abiicis. Age valeat istorum iudicium, plus perita, doctaque censura. Quæramus ex illis, ex qua re sint formata sua membra? Ex sanguine in vtero materno respondebunt. Ita qua realentur? pane, lacte, &c. in sanguinem versis dicent. Vnde ægrotent? Ex vitioso sang ine, quem in omni morbo mittere solent, affirmabunt. Si horũ fers iudicia, ne repudia nostra. Allatras Galeni inuestigationem & iudicium de aceti natura, in qua, sitne calida, an frigida an temperata, exploranda dixerat, sc. periculum facturum in corporibus omnino sanis, postea in intemperatis, & tandem ægrotis, per fomentum cauendo, ne quo externæ qualitatis excessu sensum moueat, & postea interrogaturum idiotam, cuius corpori fuisset adhibitum, quale sit addita causa: ἀδεκάςως γὰρ ἐκεῖνοι τὰ τοιαῦτα κρίνουσιν τῷ μὴ δουλεύειν δόγματι. Hanc sententiam Neoparacelsus vocat stultam: nempe quia non exorditur principia artium ex abstruso cum fastuoso supercilio, sicut Paracelsitæ; sed ex simplicissimis, purissimisque omninoque incorruptis ab opinione præconcepta primordiis deducit; persuasum sibi habens, eum non posse de rerum veritate iudicare, cuius iudicium sit

Rusticorum iudiciũ confutat illã stolidam arrogantiam & sublimes sensus Paracelsicorum.

Lib. 1. de simpl. cap. 19.

De aceto.

Simplex & manifesta confessio superciliosis sapientulis in magico cælo natis est stulta.

Iurati in placita magistrorũ nõ iudicant liberaliter.

ſit ſeruile, & iuratum in magiſtri alicuius, erga quem ſingulariter ſit affectus, verba. Et hæc cur non ſint vera? Paulo ante ruſtici melius iudicabant Galenicis; cur non ferre potes, ſi eos conſulamus diſcentes etiam a pueris? Sed Sophiſta ille ipſe ſtultus & corruptus & deprauatus ſenſu & ratione eſt, qui ita in magiſtri Paracelſi dicta ſcriptaque iurauit, vt natura tota abiecta, eius ſputum ſolum, licet vitiatum turpiſſimæ inſcitiæ, obſcuritatis & arrogantiæ cæno lingat. Nam quo alio iudicio noſti tuas medicinas eſſe rerum eſſentias, quam quia ipſe dixit, & tu putas? Vnde prima & ſynceriſſima & minime fugata notitia eſt, quam ex ſenſibus ſanis prouidis & exercitatis? Sed de aceti iudicio, valde difficili, nõ eſt vt tuũ Vulcanum interroges. Hic enim, quæ volatilia, id eſt, in vaporem facile reſolubilia, & iterum facile coagulabilia ſunt, inter deſtillandum emittit loco primo; vocãt illam aquoſitatẽ, phlegma; quæ vix ſapit aceti naturam. Ex matrice tandẽ igni vehementiore egrediť liquor acerrimus, quẽ nuncupant acetum radicatũ, quo vtũtur ad eſſentias margaritarum, coraliorũ, & alia extrahenda. Solutum hic dicas acetũ, nec fieri ex toto iudicium, ſed ex partib. ſeorſim, & multum afferri dubitationis de propria natura. Nam ignis-

Paracelſicus paracelſi ſputũ fœdum lingit, & ſapiendo nimis totus ſtulteſcit.

Noticia puriſſima vnde.

Aceti natura debebat ex Vulcano cognoſci Paracelſico: qua veritate id fiat.

Non poteſt ex ſeparatis plane iudicari de toto.

ignis alterat res ad suam naturam, quantum potest, quin & corruptas transmutat. Nec idem ex toto iudicium est, quod ex partibus separatis, cum sit in totis quędam affectio propter compositionē & crasin, quæ in partibus diremptis esse nequit. Patet tamen hoc per ignem illum, quod acetum habeat, quasdam aqueæ naturæ partes, quasdam pene igneæ; quasdam subtiles & penetrantes, quasdam crassiores, &c. Id viderat Galenus etiam Vulcano prius. Dicit enim totū mistum neq; summe frigidum esse, neque summe calidū, astringere, penetrare, acredinē mordere, &c. quæ emergere solent ex partib. aqueis & igneis certo modo contemperatis. Ille vero superciliosus sapientulus scire nequit ex Vulcano suo contemperationis modum, etiamsi rumpatur. Alij frigidum humidum actu ponunt; siccum potentia seu effectu. Studiosi legant Zarabellam lib. 3. de misti generatione, capitib. vltimis. Porro contra illam Galenicam facilitatem simplicitatemque ex Aristotele ita arguit:

Quid ignis de aceto prodat.

Galenus sine igni vidit id quod Paracelsicus ille ne cum igni quidē.

Contra facilem Galenica inuestigationis methodum.

Quod difficilimū est, non tam leui sensuum iudicio in notitiam venit:
Principia sunt difficilima:
Non ergo tam leuiter noscuntur per sensus.

Assumptū probatur argumento Aristotelis;

telis; quia maxima. Verba autem Aristotelis valde sunt Neoparacelsica. Ita enim habent:

De principio.

μέγιϛον γὰρ ἴσως ἀρχὴ παντὸς ὥσπερ λέγεται διὸ καὶ χαλεπώτον. ὅσῳ γὰρ κράτιϛον τῇ δυνάμει, τοσούτῳ μικρότατον ὂν τῷ μεγέθει χαλεπώτατόν ἐστιν ὀφθῆναι. ταύτης δὲ εὑρημένης, ῥᾷον τὸ προσθεῖναι, καὶ συναύξειν τὸ λοιπόν ἐστιν.

Explicatio dicti Aristotelici.

Verum noster æquiuoco se polluit elenchio, & altero κατὰ π. Philosopho sermo est de artis logicę cōstitutione, cuius principia sunt præcepta, quorum quædam accepisse tradit, a prioribus inuenta; quædā seipsum inuenisse, quæ inuentio cum sit difficilis, non immerito conqueritur de magnitudine impensæ operæ, & se excusat, si videatur non excoluisse singula diligenter, aut exornasse, aut etiam aliquid omisisse. Idem de arte medica conqueritur Hippocr. cum inquit: vita breuis, ars longa, &c. quanquam methodicis diuersum fuit visum. At principia corporis humani videre, non est adeo operosum. Ratiocinari ex illis & artis præcepta constituere; non est cuiusuis. Difficultas ergo illa in principiis æquiuocis, a Neoparacelso ponitur. Et in propositione non vsquequaque difficulter sentitur, quod est difficile. Imposibile est sensibus intelligere, & intellectu sentire: Itaque etiam imposibi-

Aristoteles de principiis artis loquitur, non de sensilib. elementis mistorum.

poſſibile eſt per ſenſus artem conſtituere. At nõ impoſſibile ſenſibus percipere ſenſilia ſeu ſingularia, quorum inductione fiunt vniuerſalia. Et ſingularia a ruſticis quoque videri poſſunt; quod autem ex illis ſit colligendum vniuerſale ad axiomata artium; non quiuis videt, niſi qui rationis vſu pollet. Ariſtoteles ipſe 1. Nicom. 7. cap. de principiorum inueſtigatione dicit, quod alia inductione, alia ſenſu, alia aſſuetudine, alia alio modo (vt analogia, &c.) conſiderẽtur. Si iam difficillima ſunt. Non omne tale extra ſenſus erit. Imo quo quid difficilius inuentu eſt in naturalibus, eo exactiores requirit ſenſus. Hos qui nõn habet, ille plane nihil, ne dum principia aſſequitur. Eſt & illa facilitas, quam Neoparacel. Galeno aſcribit, non adeo leuis, vt putat. Artifex longe aliter intuetur principia, quam plebeius, quanquã vterq; calorem percipiat. Socraticus ille adoleſcẽs, bene videbat angulos & circulos & reliqua etiã abſq; Socrate, ſed hic eius oculos ad mentẽ aduocabat, & artificioſe regebat. Verũ enimuero non tam Galen⁹ hic pungitur, quã Mathematici, hoc eſt, Geometræ & arithmetici vna cum Socrate, qui ex notiſſimis maximeq; confeſſis petunt demonſtrationũ exordia. Id ꝙ noſter Hipp. lib. de vet. med. imitatur inquiens, videtur

Sẽſilia principia facile ſenſibus cognoſcuntur, ſicut philoſophus oſtẽdit de elementis miſti.

Senſus in difficilib. requiruntur magis quã in facilibus.

Quam facilis ſit Galenica methodus.

Socraticus adoleſcens.

Tota matheſis a Paracelſico iſto arroditur.

mihi maxime de hac arte dicturũ, oportere vulgo & plebeis nota dicere, &c. Sed opponimus alium ex Aristot. locũ, vbi principia sensibilis corporis, quale est elementum, ex elemẽtis factum, sensibus subiicit:

2. de ortu tex. 7.

Aristoteles ipse sensibus principia subiicit contra Vulcanium illum.

ἐπεὶ ζητοῦμεν (inquit) αἰσθητοῦ σώματος ἀρχάς· τοῦτο δ' ἐστὶν ἁπτοῦ, ἁπτὸν δὲ οὗ ἡ αἴσθησις ἁφή. φανερὸν ὅτι οὐ πᾶσαι αἱ ἐναντιώσεις σώματος εἴδη καὶ ἀρχὰς ποιοῦσιν, &c. Et ibidém principia nominat, calidum, frigidum, humidum, siccũ, quę nomina in animaliũ corporibus applicantur humoribus, &c. Itaq; sensu erunt hi diiudicandi.

Ex sensu scientia repetitur Aristoteli.

In 2. post. tex. 27. ex præcognitis per potentiam indicatiuam, quæ est sensus educit scientiam. Ex sensu, inquit, fit memoria: Ex memoria vero experientia: Experientia autem ex omni quiescente vniuersali in anima, est artis principiũ, & scientiæ, &c. Quæ ergo difficilima sunt sine sensu non patent, contra ac Sophista voluit. Si etiam sensilium principia sunt sensilia, & corpus humanũ est sensile, quorsum furit in sensus? Num ex insensili aliquid sensile potest per naturam constitui in his, quæ materia formaque vnitis constant? Cæterum hoc quoque notandum studiosis est, quod philosophus principiũ maximum dixerit, ex vulgari illa sententia apud Hesiodum, quod dimidium plus toto. Principium autem rei dimidium est.

Cur Aristot. vocet principium maximum.

Vnde

Vnde & Horat. Dimidium facti bene qui cepit habet. Et in Proble. Dicitur principium rei cuiusq; maxumum est (potestate) quippe quod rei dimidium sit. Vnde patet exactius qua ratione etiam dictum sit difficilimum. Addit Neoparacel. facilitatē Galenicam peperisse medicis socordiam & ignauiam. Verum id sit in aliquib. quid ad artē? Num Theologia ob id suspecta sit, quia Christus dicit suum iugum esse leue? Et Paulus ex Deuter. verbum prope nos esse ait, quin & stultam prædicationē, & humilem appellat, negatq; se scire quicquam præter Christum crucifixum, absq; superbia, & quod regnum cœlorum pueris ascribitur? Væ Euangelio, si Neoparacelsus cū suo Vulcano in id irruperit, quærens non promptam illamque nunquam satis laudatam facilitatem; sed superciliosa eàque abdita principia; more Paracelsi sui, qui negauit Lutherum & pontificem nucleum scripturæ tenuisse, se velle eos in ordinem redigere, & Spagirica separatione nucleum, seu quintam essentiam producere. Et fortassis diu iā voluit animo suo Nouusparacelsus, quomodo illud Apostoli ὀρθοτομεῖν ad suam Vulcaniā accommodet, & citra omnem autoritatē mortuæ literæ, viuas ex spiritibus monasticis seu anabaptisticis nobis proferat essen-

Sect. 10. prob. 15.

Facilitas nō est caussa vt aliquis sit piger.

Rom. 10. Deut. 30. Hier. 1. 1. Cor. 1. & 2.

Paracelsus facilitati Euangelicæ minatus est Vulcanicā suam correctionem.

Nouus Paracelsus videtur nouā Prophetam parturire.

essentias vocesq;. Nec deest illi ad hãc rem audacia, neq; præsumptio, nec ingenium, neq; linguæ volubilitas. A pastoratu fugit, videat magistratus, ne fiat ordinis sui persecutor grauissimus. Et si mendaces spiritus suos quoque habent præuios & prænuncios; Neoparacelso non deerit talis. Nam & Paracelsus ex suo spiritu prædixit etiam artistam, & quidam Astrologus vaticinatus est de venturo Propheta, clamaturo, hæc via est, &c. Sed illum vanum correctori Socrati relinquamus, in Hippia Platonis testanti, nullum esse euidentius inscitiæ argumentum, quam si quis a viris sapientibus dissentiat.

Diaboli angelis suos quoque habent vates præuios.

Elias Artista nouus Propheta.

Aliud,

Qui sibi ipsi contradicit, ei nec fides est, nec autoritas vlla:
Galenus sibi ipsi contradicit:
Nulla ergo ei fides & autoritas est.

Propositio illustratur ex iure ciuili. Assumtum confirmatur sententia, ex lib. de optima secta, vbi negantur euidentia sensui artis initium esse, vt, cum ea non cõstituatur ex sensu euidentibus, neque per eadem tradatur, quãdoquidem nemo doceat sensui nota, sed ea quæ ex sensui notis præcepta oruintur, quæ plane sensui subiecta non sunt, &c. Prolixum admodum descripsit locum. Nam omnia ea,

quæ

quæ per dimidiam paginam vſque ad: quid reſtat, &c. ponuntur, ex libro illo ſunt excerpta. Aſſumptum in hoc loco negatur; Et ad proſyllogiſmum eius dicitur, quod nulla in eo ſit contradictio, ſed potius conſenſus. Nam Galenus de humoribus non ait quod ſint artis medicę principia, ſed fatetur eſſe illa ſingularia, ex quibus artis axiomata quædam oriuntur, plane eo modo, quo diſſeritur in libro de optima ſecta. Sciant autem ſtudioſi contentionem eſſe inter doctores, ſitne liber ille Galeni an non. Argenterius, Eraſtus & alij affirmant, Montanus & Vicentinus negat, oſtenditque per ſingula capita, quod Galeni principiis aperte abſona dicat. Itaque contra Galenum dubia inde probatio naſcetur. Veruntamen vera ſint illa, quæ ibi diſſerit autor: Galeno vero adeo non aduerſa, vt lubens ea amplexus fuerit. Supra autem principij ambiguitatem ſatis declarauimus, & oſtendimus Galenum negare ſenſilia eſſe principia artis medicæ, ſi per ea intelligas theoremata ſeu axiomata ſcientifica. Hæc enim ſunt rationis & intellectus. At ſi de principiis corporis humani, quod eſt ſenſile, agas, & præcognitis axiomatũ; neceſſe eſt omnino a ſenſibus fieri initiũ, id quod hic autor aſtruit. Inquit enim ὅσα τῶν Responſio.

φαινομένων ἐξ ἑαυτῶν ἐστι καταληπτὰ, αἰσθήσει δὲ κρίνεται ὡς τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν. Ὅθεν καταγελᾶν δεῖ τῶν ἰατρῶν τῶν φαινομένων κρίσιν οὐχὶ τοῖς αἰσθητηρίοις, ἀλλ' ἀποδείξει τινὶ πειρῶνται ποιεῖσθαι.

Paracelsicus a citato autore irridetur.

Hæc Neoparacelsus sibi manifeste aduersantia non vidit. Irridetur, qui ratione demonstrante probare quærit ea, quę sensu diiudicantur. Nos autem hic cum aduersario egimus de re sensibili, scilicet de principio corporis humani proximo elementis. Ridendus ergo est, qui repudiat sensus. At inquiet, Galenus ex illis artis præceptum fecit. Quid tum postea inquã? Comprobauit singularium omnium eandem rationem sensu, indeq; generale fecit axioma, & inseruit arti, id ex sensu quidem ortum est, at non amplius est sensus. Si resoluendum vicissim est; redeundum ad carceres, & ea inspicienda ex quibus est collectum per inductionem. Hæc est naturalis methodi reciprocatio. Itaque temeraria futilis & inanis est quæsita contradictio, & illa pomposa scientiæ Iuris ciuilis ostentatio plane stolida. Mirifice autem sibi placet in complexione. Sisyphi saxum, symbolum irriti conatus & temerarij, atque idem relabentis studij, obiicit. Reponimus hoc eius capiti, vt qui falso dementatus sophismate exultet, tanquam gigãte strato. Sed tu, Neoparacelse ad vomitum

Ex sensu perceptis & abstractis ratio facit axiomata artiū.

Paracelsicus stolide vtitur iuris axiomate.

Obiectio de saxo Sisyphi.

mitum toties reuersus, immundi canis aut porci repræsentas imaginem, quorum spurcicie cũ Vulcano tuo delecteris, quoad libet. Optimæ sectę ista decreta sunt, inquis: contrarium ergo ineptæ. Bene, aduersum te cornua monstrasti, vt misera illa capra. Itaque tuo te gladio iugulas. Cum enim nos illa pro verissimis habeamus, atque ita etiam sentiamus & loquamur; tu qui repudias sensum ibi acceptum, non immerito non tantum ridiculus, vt ille autor loquitur, eris, sed & vt tu dicis, absurdus & ineptus cum tua secta. Galenum exagitas exemplo leporis. Quid si tu ipse lepus sis, & pulpamentum quæras? Bene dixit ille autor, sensuum singularia esse principium constitutionis artiũ. Nam ex illis oriũtur materialia artis argumẽta & axiomata. Ita Galen. sensit, in homine per sensus (quos tamen rationi iungit) apparere quatuor materialia principia; ex his exurgere artis decretum, quod hominis partes omnes ex quatuor constitutæ sint Humoribus. Hoc in ipsa arte indemonstrabile principium est. Extra eam vero per physicam singularium contemplationem, quæ est sensuum, constituitur. Non.n. potest id quod artis iam est, per artem demõstrari, sed alia demonstrantur per artium principia, quæ in ipsa

Paracelsicus vt parcus ad lutũ redit ad idẽ sophisma.

Scomma de optima secta.

Galenus vexatur lepus.

Medicum axioma de humoribus.

arte nihil habẽt se prius. At antequam ad artis essentiam sumũtur, aliunde patent, nempe per singularia, per quæ arguuntur, sicut genus vniuersale per inductionem & contra. Itaque cum leporem habet, non solicitus est de leporis vestigiis, nisi quãdo reuertitur ad carceres, & docet rudem, quomodo ad leporis possessionem peruenerit, instrumento sensuum; quo ipso, si quid de principio medico dubitet, idem sit examinandum, sed in singulari sciẽtia, de animalium inspectione per anatomiã procurata, & alios modos. Hæc ad vnguẽ ille autor. Quare ergo impudentissime Galeno conuitiaris? Quo ore vocas eum leporem Asiaticum? Ita sensus dimittis. In rationis examine qualis sis; attendamus. Ita arguis:

Impudentia Paracelsici.

De principiis medicis ratione constitutis.

Hippocrates a Galeno dissentit in principiorum designatione:

Ergo Galeno nihil prosunt rationes ex autoritate eius petitę:

Antecedens operose demonstratur secundum singulas sententias, quas videbimus ordine.

Negamus antecedens, & approbationes dicimus petere turpissimum principii & ignorationis fœdissimæ elenchum. Nihil enim plane potest ostendere de illo sensu. Turpissime ergo confusus tandẽ discedit.

Notent

Notent autem ſtudioſi Neoparacelſum ſolito ſuo more audacter mentiri. Non enim innititur Galenus auctoritate Hippocratis tantum, quantum eius argumentis. Et ipſe etiam plurima addit alia, tam certa, vt negari nequeant. Sed ſequamur Neoparacelſicas ampullas. Prima ſententia ex quarto de morbis eſt; vbi enumerat quatuor humores Hippocrates, eosque ſæpe repetit; nempe ſanguinem, bilem, pituitam, & aquam. Diſſenſus autem Galeni hic eſt; quod accipiat quidem tres priores; repudiet autem quartum, & eius loco ponat atram bilem acidam, terream; quæ non poſſit eſſe aqua Hippocratis. Galenus enim aquam inſipidam facit; Hippocrates idem tribuit pituitæ. Diſſentiunt ergo. Metuebam ne totus Galenus a toto Hippocrate diſſenſiſſet; at iam de aqua ſaltem lis eſt. Quid autem ſi Hippocrates per aquã intellexiſſet atram bilem, idque ab accidente quadam paſſione ſeu miſtione, quia hydropa ſolet gignere, ſi quãdo refrigerato epate & liene, aut quouis alio modo læſis his in corpore colligitur, & abundat humore aqueo diluta? Eam aquam intellexit, quæ in ſplene eſt. Ita enim inquit: ſanguini fons eſt cor; pituitæ caput; aquæ ſplen; bili folliculus in epate. At quæ aqua eſt in ſplene? An non atra bilis?

Paracelſicus mendax.

Galenus Hippocratis argumentis fidit.

Quæ Galeno eſt bilis atra, ea Hipp. aqua.

An aqua Hipp. ſit Galeni bilis atra.

Vide de hac epiſt. Monarij lib. 2. Epiſt. Cratonis & Eraſti diſputationẽ &c.

Atra bilis quia in splene reperitur diluta sæpe, ab Hipp. vocatur aqua &c.

lis? O te sinistrum interpretem. An etiam Galeno aqua dicta sit pituita insipida, non explicat nec ostendit, cur non aqua Galeno serum est, aut sanies? Nec omnis pituita insipida ei est. Alimentaria dulcis est, cur, si Galeni hæc aqua est, non potius concludebatur Hippocratis aquam esse quid aliud? Aut cui credendum magis putidone & calumnioso Neoparacelso an Galeno fideli interpreti? Sed videbas nos tibi opposituros locum ex lib. de natura hominis, vbi pro aqua ponit nominatim bilem atram. Sed te non pudet negare Hippocratem ibi non esse genuinum & natiuum. Animaduertis tamen χρυσοφύγετον. Itaq; præmones, ne triumphemus. Ecce disputatorem. Iã euictus est, nec vult porrigere Gramen. Antequam Hippocratem Galeno consentientem admittat; arrepta spagirica separatione in duas partes eum diuidit; facitque vnum genuinum, quia a Galeno discedat; alium adulterinum, qui cum eodem colludat. Hoc nimirum est fortem antagonistam agere; ex omni angulo petere subterfugia non obstante vllo rubore. Sed palam est omnibus Hippocratis illum librum genuinum esse, ipsumq; perpetuo ita sensisse, vt ibi scriptum est. Accessit autem ad illum augmentum quoddã, quod apertis verbis negatur Hippocratis esse.

Impudentia Sophistæ, cui Hipp. genuinus est, vbi libet.

Sophista victus est.

Constantia Hippocratis.

Sed

Sed ex hoc non petitur sententia. Quod si Neophytus pro genuino agnoscit librū de morbis, necesse est etiam librum de natura hominis genuinum eius esse. Eadem enim de humoribus in vtroque docentur. Nam vtrobiq; multis argumentis ille autor comprobauit, humores istos quatuor principia & corporis secundum naturam esse, & morborum.

Ita arguit Hippocrates:

Hippocratis syllogismus.

Ex quibus corpus generatur, ea sunt eius principia.
Ex humoribus quatuor generatur corpus.
Humores ergo hi sunt eius principia.

Assumtū probatur; quia semen ex sanguine factum h. e. massa sanguinali, non minimas nec debilissimas istorum humorum habet portiones. Deinde:

Semen habet portiones quatuor humorum.

Qui humores in parentibus sunt causa corporis constituti secundum naturam; ij sunt etiam in natis: Et hoc quoque in morbis similiter.
Nati autem per semen gignuntur: Necesse ergo est humores in semine esse. Non enim extrinsecus aut aliunde ad corpus perueniunt.

Dianœa recta: Si per semen est generatio similis, necesse est in eo quatuor humores esse. Prosyll. parentis enim corpus factum ex illis, ex iisdem gignet etiā corpus nati &c.

Item: Quæ corpus attrahit, & in suam vertit substantiam, ea sunt principia eius. Non enim alio oritur, alio nutritur.

At

At quatuor humores attrahit, idque proxime, & in ſubſtantiam vertit. Sunt ergo eius principia.

Item in omnibus cibis ac potibus biliosi quid eſt, & aquoſi & ſanguinei & pituitoſi, plus in alio, in alio minus.

At ciborum ratio eſt aſſimilari & tranſire in ſubſtantiam cibandi. Nec natura quid fruſtra fecit:

Subſtantia ergo membrorum ſimiliter conſtat ex bilioſo & reliquis; ſeu ex bile vtraque pituita & ſanguine.

Explicantur hæc etiam membrorum tractione. In quouis membro ſimilis humor trahit ſimilem: Cum ergo in cibo vnoquoque ſit aliquid bilioſi &c. neceſſe eſt vt ſimile ſit in vnoquoque membro. Declaratio ſumitur a plantis, quarum ſimilis humor ſimilem attrahit a terra: quæ terra in ſe habet eodem modo omnigenas, & innumeras facultates &c. Et trahit vnumquodque de terra alimentum tale, quale exiſtit ipſum.

Ex iiſdem etiam exiſtunt morbi ſecundum exceſſum vel defectum humorum &c. Excipit tamen Hippocr. morbos, qui a violentia aliqua fiunt; & coniungit humoribus intemperiem, quæ ſequitur eorum exceſſum vel defectum; Et aliquos organicos in repletione & exinanitione.

Ita

Ita inquit in lib. de natura hominis. Non ex vno aliquo conſtat corpus humanum, ſed ex pluribus; alioquin non doleret &c. plura autem illa ſunt, ſanguis, pituita & duplex bilis, flaua, atraque. Quia hæc ſunt ipſi corporis natura; & per hæc & ægrotat & ſanum eſt; hoc, cum temperamentum inter ſe habent; illud, cum aliquod horum excedit vel deficit, vel ſeparatur, vel non eſt contemperatum reliquis. Probat autem iſta quatuor eſſe 1. autoritate, qua & nomina ſeparata ſunt, & res ipſæ; poſtea natura, quæ iſtas ſpecies ſeparauit (hic habes anatomiam tuam. Hinc iudica Hippocratem eſſe Spagirum, vtentem non artifice vulcano, ſed natura.) Id autem euincit per ſenſus (o nimis Galenicum Hippocratem) dicens; Quo enim modo inter ſe hæ ſimilia ſint, quorum neque colores ſimiles videntibus apparent, neque ad manuum tactum ſimilitudo aliqua eſſe depræhenditur? Neque enim ſimiliter calida ſunt. (Nota quæ hic ſint illa Hippocratica calida &c. & Ariſtotelica) neque frigida, neque ſicca, neque humida. Idem probat medicamento purgante &c. Vide tu reliqua. Ecce quomodo ratio, ſenſus, & experientia ſeu communis confeſſio, plurimorum conſpirauerint; quo oportet te cum tuis vulcanicis inſaniorem eſſe, qui iſta negas.

Sanitas & morbi.

Hipp. argumentum a ſenſibus.

Aliquid

Aliquid de Erasti sententia addamus. Is in disputatione de humoribus & epistola ad Monauiũ, non parum videtur discedere a sententia Hipp. Galeni & reliquorum, quemadmodum solet inuestigandi veri gratia in multis. Vult vnum sanguinẽ vndiquaque homogeneum, vnum & eundem humorem esse; & quod Galenus sibi imaginatur in eo quatuor humores, sanguinem syncerum, bilem, melancholiam & pituitã, id negat verum esse, cum toti naturæ aduersetur talis sanguis. Negat item vllo alio præter sanguinẽ nos nutriri; negat fieri posse, vt ex quatuor istis mistura quædam prodeat; siquidem ne possint quidem. De oculis diuersitatem in sectione notantibus ait, in cacochymicis misceri quidem seu potius vna trahi in venas humores reliquos; & sanguinem illos humores secum vehere; at in sanis illam varietatem non arguere humorum heterogenian, sed, cum magna sit latitudo sanguinis vnde modo nigrior sit, modo rubicundior, viscidior, crassior, dilutior, &c. nihil præter vnum eundemque succum notari. Hæc ille paucis. Sed non tam re discedit a communi sententia, quam verbis, licet videri ita nolit. Nomina bilis, pituitæ: melanch: excrementis solis asscribit. At veteres illa nomina communicant. Si per sanguinem

guinem intelligit massam illam, ad diuersas partes alendas aptam: non potest negare potentiam quatuor humorum repręsentantium elementa. Si Aristotelem audit, fatebitur non sanguinem solum; sed & phlegma nutrire neruos, ligamenta &c. oculos tam facile non præstringet. Notant enim vndiquaque sibi similem primo sanguinem, postea discedere in heterogeneas naturas sicut fit & in lacte & aliis. Negat quicquam nutrire præter sanguinem; at atram bilem nutrire lienem concedit. Dat ergo vim nutriendi. De pituita, quæ immutata alit, manifestum est idem. Negatio mistionis ridicula est. Sed hæc hactenus. Paracelsicus pergit.

In tractatu de affectibus Hipp. tantum duorum humorum meminit:
Ergo non consentit cum Galeno quatuor ponente.

Quis adeo εὐηθὴς est, & facilis, qui neget te insanire isto futili sophismate prolato? firmissimis apertissimisque verbis in prædictis locis sententiam suam aperuit Hippocrates; & tu audes affirmare, eum hic aliter sentire? Et ille liber, ex quo tu citas, Polybii esse dicitur. Nec verũ potest esse id simpliciter, quod ait morbos omnes a bile & pituita fieri, Nam res ipsa

Omnes morbos a bile & pituita fieri nisi intelligas omnia genera morborum ex his seu prope seu remote gigni posse verum non est.

ipsa loquitur multos a sanguine, & melancholia & partium ex istis natarum intemperie nasci. Nec ille dixit tantum ex illis gigni. Mentionem etiam sanguinis facit, cum inquit: Dolores incidunt a pituita, cum in capite cumulata mota fuerit. Si vero alias atque alias dolor & vertigo in caput inciderit; prosunt quidem & hæc adhibita: prodest autem etiam si sanguis a naribus fuerit detractus, aut vena in fronte. Agnouit ergo ille autor præter duplicem bilem & pituitam, etiam sanguinem. Meminit quartanæ; cuius causam esse plurimum melancholiam notum est. Ita dicit sanguinem a pituita aquosiorem factum gignere leucophlegmatiam. Non ergo excludit sanguinem simpliciter. Ita bilem vocat eam quoque quæ in splene est, & morbos excitat. Purgat veratro. Sanguinem de vena splenica mittit. Ex spleneticis gignit hydropicos. Itaq; quod ab Hippocrate hydrops & aqua dicebatur, per metonymiam causæ & adiuncti; id ab hoc vocatur bilis, nomine communi, quanquam etiam nomine aquæ vtatur, interdum & hanc distinguat ab atra bile. Imo adhuc manifestius: Quicunque biliosi sunt, ait, his dato ea, a quibus bilis purgatur. Pituitosis vero ea, a quibus pituita. ATRABILIARIIS autem ea, a quibus ATRA

Polybius 4. humores agnoscit.

BILIS.

BILIS. Hydropicis ea, per quæ aqua. Quæ vero somnum faciunt, ea quietem sanguini exhibere oportet. Idem podagram facit ex sanguine in venis a bile & pituita corrupto. In fine agnoscit etiam morbos ab intemperie. Vides te lectorem fuisse minus attentum, & transiluisse tres humores in tuo autore, neque annotasse eum de bile & pituita, tanquam de crebrius peccantibus, loqui, non exclusa nec aqua, nec sanguine, nec atra bile, nec intemperie. Mirati sumus vnde tibi fugitiuo sacerdoti tam copiosa esset lectio; quæ memoriam exercitatissimi desiderat, qui per omnem ferme ætatem in autoribus sit versatus. Tu citas iuridica & medica; cum fueris concionator; Inque officina vulcania moretis plurimum, atque etiam rem medicam exerceas. Profecto doctos habuisti indices, qui tibi tam diuersos locos subito monstrarunt; Veruntamen non satis fuerunt copiosi, nisi tu nimium fuisti ignauus. Abi iam cum tuis furcillis & vulcaniis forcipibus; Sat turpiter te dedisti.

Podagra.

Paracelsici noticia ex indicibus vel lacunis petita sine intellectu.

Iterum argutas.

In lib. de natura hominis ait Hipp. morbos fieri partim ex Diæta; partim ex spiritu attracto.

Ergo non ex humoribus; & per consequens a Galeno dissentit Hippocrates.

Morbi ex Diæta & attracto spiritu.

Duplex reſponſio eſt: prima quod illa ſententia extet in illa parte, quæ aduenticia cenſetur, ſeu notha: Itaque ignoratur elenchus; nec euincitur Hippocratis diſſenſus a Galeno per id, quod non eſt Hippocratis. Altera quod ſit elenchus κατά τι. Nam ita ſunt morbi ex diæta & aere attracto, vt non excludantur humores partium & temperamenta. Humores autem ſiue in compoſitione, in qua ſunt, potentia, & morbos in confuſo ſuſtinent, accepti, ſiue ſeorſim vt in venis & ſuis locis exiſtunt & pręter naturam conſtituti, ſunt morborum Cauſæ. Facile eſt ad res non naturales reuocare euidentes morborum cauſas. Sed non omnes allegat ille autor; meretur excuſationem, quia artifices non raro enumerant quædam, reliquis ſubintellectis; ſicut Ariſtoteles prædicamenta modo omnia, modo quædã recenſet, & reliqua commendat intellectui. Item cum inquit Diætis: videtur intelligere & reliqua quæ corpori ſunt ſeruando; quæ ideo diſtinguit ab aeris attractione, quia hic cõmuniſſimus eſt & omnibus, idem reliqua variant pro cuiusque victũ & modo, vt cibus, potus; ſomnus, vigilia; motus, quies, euacuationes, & animi affectus. Inde eſt diſcrimen morborũ in ſparſos, & communes, ex quibus ſunt endemij & epidemij

Humorum ratio ſub nomine Diætæ comprehenditur.

vitio

vitio aeris nati vt plurimum. Et ille autor, dum mentionem facit sanguinis & venæ sectionis; non repudiat causam propinquiorem, quæ est in humoribus & intemperie. Nã venæ sectio opponitur plethoræ per se. Potest itaq; illi aliquis morbus propea sanguine esse, qui tollatur Phlelotomia. Meminit etiam membrorum a neglecto exercitio. Consentaneum ergo, id cõprehensum esse Diæta. Item facit mentionem serosi humoris morbifici & saniosi. Item febres plurimas a bile; quartanum ab atra gignit; eiusque rei affert argumentum a tempore autumni, & ætate, quæ infestatur bile atra. Cum etiam quotidianum ad bilem reuocet, gignatur autẽ ea si vera est, a pituita putrescente, bilis nomine etiam hanc comprehendit. Ecce Neopara. tuus index etiam hic te fefellit; tuq; ambulans perfunctorie, non vidisti hunc autorem morbos non ex diæta tantum & aere, sed & sanguine, bile flaua, pituita, atro & seroso seu anioso humore deducere. O te vulcanio baculo dignũ sophistam, qui more Diaboli excerpis, quę sophismati sunt vtilia, reliqua omittis. Sed iã nescio quid illi insusurrarunt flatus Hippocratici.

Autor ille manifeste humores nominat.

Paracelsicus Vocculas excipit sibi idoneas, sententiam negligit.

Ita erumpit:

Solus spiritus est mortalibus vitæ & morborum autor, teste Hippocrate.

Ergo non humores, & phantastieæ qualitates, Et per consequens Hippocrates a Galeno dissentit.

Item.

Spiritus vita.

Galenus cum suis ne per somnium quidem cogitauit de illo spiritu, cuius tamen omnis est facultas, nisi cum angustissime aliquando in Epidemicis eius faciunt mentionem. Hippocrates vero in vita & morbis vniuersaliter agnouit eum:

Dissentit ergo a Galeno.

In his duobus paralogismis eius fiduciæ est Neoparacelsus, vt neget nos conciliationem inuenire posse, etiamsi omnia faciamus & fingamus. Et hic iterum Genuinum Hippocratem loqui ait. BONA verba quæso; Insani paulo lenius ne quis sit, qui cornibus fœnum detrahat, teque mactatum & concisum vulcano tuo consecret. Si perlegeris librum de flatibus, seu aere, tum per arterias in pulmones tracto, tum cum cibis & potu ingesto, atque etiam intus per digestionem facto (nam hic est & non alius, de quo ibi agit autor) cognoscis assignari ei procreationem morborum & affectionem & symptomatum (omnia enim hic nomine morbi signantur) modo, vt euidenti causæ, veluti, cum vna cum aere polluto attrahuntur μιάσματα, vt in

Quomodo ex spiritu seu flatu deducantur omnes morbi.

Epide-

Epidemialibus; Item quando vna cum cibis & potu ingeritur seu actu seu potentia modo, vt coniunctæ, & propinquæ; veluti, cum irrumpentes in cerebri ventriculos flatus vertiginem concitant; aut in auribus otalgian, & sibilum; seu tinnitum; in ventriculo dolorem summum, in intestinis tympaniten, colicam, Iliacam &c. Interdum solitariæ, interdum sociæ natæ ex aliis, vel alia impellenti; quo pacto non est difficile omnes ad halitus adstringere morbos. Ita cùm vitæ causam vocat aerem; de homine & perfectioribus potissimum loquitur animalibus, quæ pulmonem habent, aeremque attrahunt & reddunt, id quod causa vitæ eorum est, quam vocant sine qua non; aut efficientem, conseruantem coniunctam. Interim tamen ille ipse autor etiam alias morborum affert causas; veluti cum dicit: Quicquid homini molestiã aut tristitiam affert, hoc vocatur morbus (id est constitutio præter naturã siue causa sit, siue effectũ siue symptoma; adeo vt hoc nomine vel ipse spiritus sit morbus vocandus, nisi restringas sententiam, quasi dicat quicquid per se lædit actionem) Quare statim vbi fames molestat, morbus fit: (Affectio tamen potius fames cibo sedanda, est, & appetitus naturalis; non morbus) famis re-

Aer quomodo causa vitæ.

Idem autor enumerat etiam alias causas morborum.

Fames morbus.

Sitis & labor. mediũ eſt cibus. Ita & ſitis & labor ipſi morbos faciunt; quos pellunt potus & quies. *Diæta mala cauſa febris.* Aſtruit item febres fieri propter malam Diætam, cum quis plures cibos, quam ferre queat, in corpus ingerit; Item cum varios & diſſimiles, cum quibus dicit ſimul *Sanguis.* ingredi ſpiritum &c. proxime quoque *Tremor.* infrigidari a ſpiritibus corpus narrat, vnde rigores &c. vbi ſimul mentionem facit ſanguinis frigefacti; & tremore concurrentis ad locum calidum: quo facto *Calor febris.* viſcera tremiſcant & carnes. Sanguine etiam cooperante, incaleſcere corpus con- *Cephalalgia.* tendit. Vnde febrilis calor. Ita ſanguine in capite per ſpiritum concluſo cephalalgias ſuſcitat. Tenuiſſimam quoque ſanguinis partem expreſſam & impactam conſiſtere, *Pituita etiã acitato autore agnoſcitur.* & morbos in eo loco facere. De pituita (hic eſt ſecundus humor cuius meminit) ait quod acribus humoribus (qui nã hi Neoparacelſe?) permixta quocunque proruperit, maxime in non conſuetos locos, eos exulceret; fauces etiam exaſperet ſi incidat. Tuſſi etiam reiici ſurſum pituitam per ſpiritum. Sic attrahi humorem à capite ad fauces: ſanguinem putreſcere alienis locis: Erumpere venis & hæmorrhagiam ferre, comprimente ſpiritum: *Aqua.* hydropa a flatibus per aquas naſci (aquæ alia humoris ſpecies quæ prius Hipp.

eſt

est atrabilis) a sanguine prudentiam esse: ab eodem aucto, ebritate obliuionem prouenire, asserit. & tandem concludit flatus ipsos vere omnium ISTORVM morborum omnimodas existere causas; cæteraque omnia quæ causæ videri queant, vel hos adiuuare, vel con sequenter post hos in corporibus morbos generare; & hoc axiomate explicatur supra posita particula, solus. Hæc illo in tractatu iste autor; quæ certe si ita simpliciter accipiantur, euertere omnia possunt, quæ alibi de morbis scripta ab Hippocrate sunt, vt in lib. de humidorum vsu; de natura humana: de humoribus; de morbis, vbi inquit. Quod vniuersi fiant ex his, quæ in corpore insunt, tum a bile, tum pituita: ab externis vero a laboribus & vulneribus: a calido & frigido, sicco, humido, Ita de internis affectionibus & reliquis ageretur. Et aphorismi plurimi vocarentur in dubium, veluti in commentario tertio vbi calores & frigora morbos afferre dicuntur, Item venti australes, boreales &c. per qualitates illas, & catarrhos &c.

Omnes causa propinqua ad flatus reducũtur.

Hipp. loca alia opposita predicto autori.

Sed Neoparacelsicus nullas curat absurditates. Satis est ei perfunctorie percurrisse autores, & vt canis e Nilo, aliquid inde arripuisse. Dicimus ad prioris

Responsio ad paralog. paralogiſmi antecedens, quod ſit Elenchus ſecundum quid. Docet enim ille autor (quem Hippocratem fuiſſe valde dubito.) Poſſe ad flatũ reduci quemuis morbũ, ſeu primo ſeu ſecundario; ſeu per ſe ſeu per accidens, interim alias cauſas non repudiat. Finge enim hydropa gigni a flatu coagulato poſſe; an non etiã fiat a potu nimio & refrigeratione, & ruptura Epatis? Ita comitialis morbus eſt a ſpiritu. At non raro etiam eſt ab humore &c. Itaque ad particularem cauſam reduxit omnẽ morbum non excluſis aliis, quæ in reliquis libris ſunt commemorata. Neque tamen humores etiam in flatu ſolo excluduntur. Intemperatos enim eſſe oportet, ſeu in ſubſtantia alicuius membri, ſeu extra eam exiſtentes, aut alio modo affectos. In altero paralogiſmo falſum eſt antecedens. Non enim eius ſpiritus mentio fit a Galeno in Epidemicis tantum; ſed & in vertigine, colica, Iliaca, hydrope tympanite, pneumatocele, & aliis multis.

Omnia morborum genera poſſe vel a ſolo flatu fieri, licet fiant ab hoc non ſemper.

Nullus intemperiei morbus eſt ſine humoribus ſubſtantialibus affectu.

Tanta igitur cum fiducia nihil profecit Neoparacelſus, præterquam quod mendacis & vani hominis turpitudinem reportauit. Sciant autem ſtudioſi illum ὕπνον fouere. Vidit Hippocratem de flatibus aeris, qui in corpus ingrediuntur, loqui. Itaque non auſus fuit prodere ſententiam

Paracelſicis aliquid monſtri notat per vitæ ſpiritum.

tiam suã, & eam firmare testimonio eius. Alias vero Paracelsici fingunt quendã naturę spiritum omnium actionum administratorem in corpore: quo male habente seu affecto, ægrotet & afficiatur corpus; bene habente, bene habeat. Paracelsus balsamum & vitam corporis vocat, quo careant leprosi, quiq; restituatur illis per auri essentiam in ventriculo coctam, quę tamen nihilominus roborat, membris, in quibus est, roboratis, vt ita ex ipsis, nõ foris suscitetur. Aliqui intelligunt calorem natiuum & spiritum humoremq; radicalem in quibus ille est, & solidis innectitur. Ita disputat Amvvaldus, vnam medicinam dari posse vniuersalem, quia spiritus vitæ princeps sit caussa operationum generalis. Non negamus ob spiritus affectiones, hoc est, defectum, perturbationem, impuritatem, tarditatem, & minus bonam informationem, actiones fieri non bene, aut etiam omnino nullas: quia spiritus animæ est instrumentum, in quo est calor: & vtrumque in sanguine potissimum & humore primo est radicatum: sed non semper nec omnes morbi ab eo perueniunt. Sæpe enim obstructione interceptus non influit, aut adest partibus, sæpe ob vitium organicum nequit laborare; sæpe ab intemperie prohibetur. Non enim is so-

Paracelsi spiritus & balsamus.

Amuualdus.

Spiritu quidem administrantur omnia at nõ in omni morbo is laborat.

Spiritus vitæ non solus agit.

lus efficit? Sed vniuersalem vim cum habeat, coniungit operam cum partis cuiusque natura, & simul operatē eo modo quo illa operari est nata. Intelligimus autē non flatum illum, de quo Hippocrates ille: sed ex sanguine virtute cordis & caloris in eo generatam halituosam substantiam, ita informatam, vt vniuersæ vitæ communiter pro cuiusque partis natura administra esse possit. Et hic, cum non sit pars corporis, sed veluti flamma in perpetua generatione & corruptione, contenta tamen intra corpus, substantia dissipabilis motu & calore: non potest morbi per se principium essentiale esse, nisi æquiuoce vel alio modo. Ita & sanguis morbo non afficitur, vt nec reliqui humores, qui non cesserunt in substantiam partium. Caussæ morborum, qui omnes sunt in parte corporis vera integrali & viuente vita totius, esse non raro, & possunt & solent: quanquam de his diuersorum diuersa est sententia. Verum hæc alibi explicantur rectius. Propter Neoparacelsum hæc dicenda fuerunt, vt eius & sociorum inanitates iunioribus monstrentur. Non poterat autem etiam per hanc caussam de suo illo spiritu hic disserere: quia impegisset in numerum principiorum suorum, coactusque fuisset

Qui spiritus vitam administret.

Spiritus non est pars corporis.

In spiritum per se nō cadit morbus.

Sanguis non ægrotat proprie.

Morbi sunt verarū partium, &c.

Paracelsicus nō potest vitæ spiritū hic retinere.

set

ſet oculis cum per Spagiriam ſuam ſubiicere, vt ſatis ſuperbe ſupra compromiſit. Callide ergo per ſilentium, iudicij ſubterfugit grauitatem.

Liber de veteri medicina. Arripitur nunc liber de veteri medicina, cuius autor multa habet a Galeno & Hippocrate in ſpeciem diſſentientia, id quod Neoparacelſo eſt exoptatiſſimum. Neque enim attendit quid, quis, aut quomodo dicat, aut quomodo dicta ſint interpretanda. Etiam abſurdiſſimus ſcriptor ſatis eſſet grauis, modo aliquid contra Galenum diceret. Itaque ille hæc genuina Hippocratis ſcripta credit, quæ ab interprete Galeno & longiſſime diſcedunt, & ab eo ſunt repudiata, & quæ ſi Hippocratis eſſent, ipſummet totum confunderent. Cuius enim inconſtantiæ foret, morbos modo ex ſolo ſpiritu omnes, modo ex Diæta ſola, modo ex humoribus & qualitatibus deducere, & quod alibi aſſerueris, alibi deſtruere, niſi hoc diſputares problematice, aut ἐπαλλήλως? Talis autor poſſet ne quicquam ad fidem autoritatis habere? Liber de vetere medicina repudiatus eſt, a Comite Montano Vincentino & aliis. *Paracelſici vndiquaque vel ex ſordib. corradunt quod aduerſetur Galeno.*

Teſtimoniorum fides ſecundaria. Neque nos eius dementiæ ſumus, vt, ſeu Galeno, ſeu Hippocrati mentienti aſſentiamur, neque veritatem illorum præſe-

præferamus autoritati, vt neque diſſentimus, ſi quid a Galenicorum hoſte pronũciatur veri. Veruntamen nulla eſt cauſſa cur illum codicem ab Hippocratis doctrina & ingenio ſeiungamus. Vere enim & ſtylo & ſenſu Hippocraticus eſt: at non pro Neoparacelſo. Itaque intrepide arietem hunc contemplemur, & quam fortis ſit experiamur.

Lib. de Vet. med. eſt hippocraticus.

Ait aduerſarius:

Aduerſus Galenicorũ qualitates & humores.

Hippocrates accuſat eos erroris, qui fundamenta morborum ſumſerunt ex calido aut frigido, aut humido, aut ſicco, aut alio quocunque rem in compendium contrahentes, &c.

At qui id faciunt Galenici:

Ab Hippocrate ergo accuſantur inſcitiæ & erroris, atque cum ipſo neutiquam conueniunt.

Petulantia Paracelſici.

Hic inſultat nobis pro ingenio, humoriſtas, & qualitatum decoctores facit. Sed nos cum Socrate patientes ſimus, nec ſi aſinus nos calce ferit dignum eum iudicemus, quem repetamus. De re contemplemur. Quicunque autor ille eſt, deducit medicinã a vetuſtiſſimo principio, quod eſt Diæta, qua ſola aliqui vti ſolẽt in morbis curandis; & experientia cõprobatũ eſt abſtinentia multos ſanari. Verum non vſque adeo improbat nec reiicit humores & qua-

Explicatio Hippocraticæ ſententiæ.

Abſtinentia.

& qualitates simpliciter; sed quia videbat, medicinæ fundamenta a multis male intelligi & adhiberi in cura, putantib. Diætam omnino abiiciendam esse, id quod etiam Paracelsici faciunt sanaturi ægros pleno ventre, & solummodo attendendũ ad qualitates, easque non contemperatas inter se & coniunctim consideratas, sed vt loquitur, principium vnum nec duo; & aut frigidum, aut calidum, &c. Item amplitudinẽ artis breui caloris, frigoris, &c. fasce complectendam: abusum reprehendit, docens Diætam in aliquibus morbis, qui ex male obseruata prodierunt, maximi esse momenti. Itaque per hanc vicissim ferendam esse opem. Genuinus Hippocrates & Galenus, sicut ipse aduersarius supra maliciose eis exprobrabat, non curant sine Diæta, neque tamen repudiant alia. Ergo his se ille Hippocrates non opponit. Imo dum Diætam astruit, necessario simul humores & qualitates cõfirmat, siquidem ex alimentis humores calidi, frigidi, humidi, sicci fiunt.

Oppugnantur diæta neglectores.

Oppugnantur si qui in simplices qualitates omnia conferebant.

Diæta maioris momenti quam qualitates simplices.

Qui diætam defendit, humores repudiare non potest.

Propositio ergo Neoparacelsica turpis est elencho κατὰ τι. Non enim simpliciter accusat, sed abutentes, & omnem affectum & curam saltem ad simplices qualitates, quasi is medicinam calleret, qui intelligeret rationem simpliciũ qualitatum,

posset-

possetque frigus calore pellere, &c. allia gantes in quibus tamen minimum est ad curam artificiosam momenti, quin & grauiter errantes, dum putant veterum Diætam esse abiiciendam, introductis scopis & fundamentis non quidem renouis, sed explicatione & doctrina. Vnde assumptũ fit falsum. Nam Galenici non abutuntur istis principiis, sed vna vtendi & respiciendi tum hæc tum alia methodum tradunt & obseruant.

Perge:

Aliud sophisma ex eodẽ libro.

Hippocrates nouum vocat modum artis, eorum qui humores & qualitates attendunt:

Galenici eos attendunt:

Nouam ergo habent artem, & ex consequente non consentientem cum Hippocraticis fundamentis.

Hic multa est Sophistæ admiratio. Sed nos responsionem ex eius petimus verbis primum. Agnoscit enim autorẽ loqui de his qui NVDIS qualitatibus & non humoribus omnia ascribunt. Hoc cum non faciant Galenici, immunes sunt ab isto crimine nouitatis falsę. Postea in propositione falso immiscentur humores. Constat enim non oppugnari in eo libro hos, sed calidum, frigidum, humidum, siccum, per quæ non humores intelliguntur, seu affe-

Aduersarius monstrat sophismatis repulsam.

Lib. de Vet. medic non repudiat humores.

cta

cta simul, sed qualitates per essentiam acceptæ; Inquit enim; simplex est quodcunque ex ipsis: Et aduersarius noster item, Nudas qualitates agnoscit. Esse autem antagonistæ sententiã aduersus humores directam ex toto illo patet loco, quanquam non aperte hic eos nominet. Deinde concedimus κατά τι tunc temporis noua fuisse fundamenta de humoribus & qualitatibus: nempe explicatione & explicationis modo; nõ autem re ipsa. Multa sunt in rebus scibilia, quæ tamen non semper sunt cognita, cumq; in noticiam veniunt, noua sunt inuentione & scientia; Re vero non item. Iam autem scripsit Hippocrates in libro de nat. hum. quod quidam medici dicant hominem esse sanguinem solũ; alij bilem, alij pituitã, atq; omnino vnum eum faciant omnes. Quæ verba arguunt principium inuẽtionis, quod ex paruo innotescit. Ipse autem negat hominem esse vnũ ab affectionibus, generatione & aliis deducto argumento, dicitque ex quatuor primordiis corpus eius contemperatũ simul esse; humido sc. sicco, calido, frigido, seu sanguine, bile, melancholia & pituita. Hæc itaq; doctrina tunc noua fuit. Sed vt fit in re noua, vt abiectis aliis omnibus, saltem vnicum recens productũ assumatur, atq; plerunq; in eodem peccet varie: id quod

Hippocratis tempore secundũ quid, noua fuit doctrina humorum.

Nouis inuẽtis plerunq; coniunctus abusus et factio, vt & exorienti luci Euangelicæ.

idquod inuenta Chymia, & Paracelso in Germania eam profitente, nostris quoque temporibus vsu venit, dum repudiata disciplina Galenica vetere, omnes nouæ rei inhiant, & ad detrimentum vsq; ægrotorum maximum ea abutantur. Ita Hippocratis tempore euenit idem. Ad sanam ergo mentem & veterem disciplinam de Diæta reuocaturus, medicos prauos ille autor, non aliter egit ac hodie nostrorum quidam, repudiare visus in totum qualitatum doctrinam, hoc fine vt Diætam saluet. Alioquin tamen satis ostendit, se ex omnibus artem cõstitutam, omniaq; obseruata simul velle: sicut & nostri, volunt repudiata vetera, vsu longo comprobata, & tamen si quid pro ficui attulit Chymia, illud non excludunt, sed in gremium artis cum gaudio admittunt. Quod si vero ad nostra tempora ista referantur, nõ amplius erunt noua, sed satis vetusta, vt quæ ante annos 2036. ferme ab Hippocrate explicata ad nos peruenerunt. His ita explicatis non opus erat petulantia Neoparacelsi de gloria artis nostræ antiquissimæ. Scimus nihil iuuentum simul totum esse in artibus & scientiis, neq; quicquam simul inuentum & excultum. Itaque præcepta ipsa quanquam re sunt vetustissima, cultura tamen & doctrina non simul sunt perfe-

Ad abusum tollendũ, videtur interdum etiam vera impensius repudiari, quia e cõtrario in cõtrariũ plerunque motus.

Hippocratici humores nobis nõ amplius noui.

Artes paulatim inueniuntur & elaborantur.

fecta. Id autem vetustatem non tollit, si sequentibus seculis alia accessio facta est. Et quæ stultitia est, quæ ante annos bis mille noua dicta sunt, etiam hodie appellare noua, quasi iam in viuis existens Hippocrates primum istam sententiam proferret? Quod vsum, excultorem & confirmatorem artis vocat mortiferum, id dementiam hominis arguit, & simul ab hoc ipso suo autore grauiter reprehenditur. Obseruatio enim Diætæ, quæ a nobis non est aliena, non docetur mortifera fuisse vsu recto: sed saluberrima. Verum leo ex vnguibus.

Paracelsicus vocat nostram artē mortiferam insane.

Porro procedit:

Qui Diæta peccauit, contraria Diæta est curandus:

Non ergo calido, frigido, humido, sicco:

Prosyllogis. Quia qui panem ex tritico parauit, calidum aut frigidum, aut siccum aut humidum abstulit. Quæ verba etiam prolepseos vim habent.

Hæc ratio nos plane non offendit. Itaque facile eam dimittimus. Studiosi vero attendant ad sententiam Hippocratis, ne errent. Ita ratiocinatur. Si omnis morbus esset ex calido, aut frigido, aut humido, aut sicco; Omnis esset curandus per

contraria illorum. Sed non omnis est per contraria illa curandus: Quia cum sit vnumquodque istorum simplex, nil nisi simplicem affectionem sanarent, at multi sunt morbi ex cruditate, & aduersantium conspiratione, qui curandi sunt per contemperata, & digta, ex cruda mutata in bene coctam & temperatam; In coctis autē non restant illæ qualitates simplices, cum a pistore sint per contemperationem ablatæ: non omnis ergo morbus curādus est aut calido, aut humido, aut frigido, aut sicco. Quid hic potest dici verius? Quid γαληνικώτερον? Apparet autorem se opponere non calido, frigido, humido, sicco, simpliciter? Nam infra etiam his vtitur ad affectiones ex calore, frigore, &c. abigendas, sed his qui omnem morbū ex illis solis, iisque simplicibus extra contemperationem gignebāt, & viciſſim in cura volebant aut refrigerare, aut calefacere, aut humectare, aut siccare. Vnde etiam autor ille non vtitur coniunctione copulante, sed disiungente. AVT. Et apertis verbis ait, vnumquodque ex istis accipi ab illis pro simplici. Et ne poſſint obiicere, in illa per diætam cura, nihilominus adhiberi illas qualitates simplices, opponit id fieri non poſſe, quia pistor sustulerit simplicitatem, facta crasi & ignis calore firmata.

Explicatio dicti.

Simplices qualitates mistura pereunt.

Ne simplices quidem qualitates reiiciuntur simpliciter.

Quo

Quo ipſo indicat hominem ex multis conſtantem contemperatumque non ali ſolitario, ſed pluribus, iiſque iterum contemperatis. At ex quibus erat temperies? Ex illis ipſis ſimplicibus. Si enim ablata ſunt, quæ intellige de actu, nō de potentia, affuerunt prius. Hæc ipſa ſententia Hippocratica, Galenica, Ariſtotelica, a quo non agnoſcitur, is fatuitatem ſuam expedite prodit. Ita habetur & his verbis: Robur & augmentum & alimentum præſertim per nihil aliud contingit, quam quod prope temperatum eſt, & nihil habet intemperatum, &c. Notabis autem autorem iſtum veluti de qualitatibus & alteratione ſimplici pugnare, quaſi eos accuſaret, qui omnem morbū curare vellēt alteratione; eaque per qualitates ſimplices. Nam omnem alterationem tollere non poteſt cum ſcribat, in homine eſſe, & eum lędere amarum, ſalſum, dulce, acidum, acerbum, fluidum (NOTA vocem humorum tibi inuiſorum, Neophyte, πλαδαρὸν) & alia infinita παντοίας δυνάμιας ἔχοντα, πλῆθός τε καὶ ἰσχύν. De his etiam ait quod μεμιγμένα καὶ κεκρημένα ἀλλήλοισιν οὔτε φανερά ἐστιν, οὔτε λυπέει τὸν ἄνθρωπον, &c. Sed attēde adhuc manifeſti⁹ quos oppugnet, eosve qui omnes qualitates ſimplices & contēperatas vna cum dięta & reliquis vſurpant, an illos qui ſim-

Temperies ex ſimplicib.

Robur vnde.

Galenicos ab Hippocrate illo libro non peti.

plices saltem medicari contendunt. Ita enim occurrit: Non est ipsis veluti ego opinor, inuentum quid ipsum in se ipso calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum, quod nulla alia specie communicaret. Bene hoc. Quia enim omne quale, secundum illa dicta, aut contemperatum est ex primis; aut coniunctam habet speciem qualitatis aliam, nempe calidum semper est aut cum sicco, aut cum humido, &c. Ideo vanum est, illos curare posse aut velle per calidum solum, aut humidum solum, &c. Insuper omne calidum, vel frigidum, &c. Simul adiunctã habet aliquam vim ex saporibus, & ad nutriendum iuuandumq; certam quandam rationem; Igitur non videndum esse monet, calidum sit aliquid an frigidum saltem; sed & de aliis viribus contemplandũ.

In mistione non solæ simplices qualitates primæ.

Nam fieri posset vt iubens calidum sumere; quis noxium & venenum sumat, &c. Inconsiderata itaque illa medicandi ratio est & incerta. Et hæc vera esse, sensus communis euincit. Sitienti enim a calore, non offerendi sunt manipuli papaueris, aut lactucæ; multominus, opium & cicuta; sed aqua, aut liquor ex hordeo excoctus, vel alia decentia, idque modo decente. Inquit tamen Hippocrates iterum de veteribus:

Medicus in medicina nõ debet attentus saltẽ esse ad calorem eius, sed & ad vires cõiunctas, &c.

Non

Non siccum, neque humidum, neque calidum, neque frigidum, neque aliud quicquam ex his putauerunt hominem lædere, neque aliquo horum homini esse opus opinati sunt. Sed quod in vno quoque forte, & humana natura potentius est, quodque non possit superari: hoc ipsum lædere duxerunt, & hoc aufferre quæsiuerunt, vt dulcia, amara, acida exuperantia qualitatibus istis, &c.

In quib. veteres læsionē primariam & metuendam maxime posuerint.

Hæc verba ex authoritate veterum pendent, sed quis tam stultos putauerit eos, vt iudicarint homini non opus esse frigidis, calidis, &c. An in temperatissimis vixerunt locis, cibisque & potibus talibus sunt vsi semper? Sane simpliciter illa accipienda non esse res monet: & ipse autor subiicit postea:

Frigiditatem & caliditatem ego omnium facultatum minime potentes esse in corpore existimo, ob has sane caussas. Quo equidem tempore ipsa inter se permista simul calidum & frigidum fuerint, non lędunt. Temperamentum enim & moderatio contingit frigido a calido & vicissim calido a frigido. Vbi vero scorsim vtrumque secretum fuerit, tunc affligit, &c.

De simplicibus & nudis qualitatibus, quod ex illis sit minus metuēda noxa.

Cur nuda qualitates a medicis neglecta.

Hic ille autor plane non repudiat illas qualitates actiuas. Ostendit tamen a medicis illis neglectas esse propterea, quia sponte naturæ se mutuo curent. Nam allatis exemplis docet cōcalefactum sponte frigefieri, & frigafactum incalescere vicissim, ita vt medici opem patiens non desideret. Corrigit tamen veterum censurā de læsione negata. Experientia enim monet adeo lædi frigore quosdā, vt nō saltem obliuiones, stupores, apoplexię, lethargi, &c. Sed & Gangrænæ & internecio inde eueniant. Tunc autē a frigore orta mala simul sunt curanda. Itaq; ne sic quidem debebāt illi mali medici tantum de frigore agere.

Non plane contemnenda vis simplicium qualitatum.

Coniungit autem in febre ille autor calidum amaro, acido, salso, &c. Ex quib. iterum apparet neq; hunc neque veteres illa simplicia & nuda saltem respexisse, & ob id merito nouitios illos male rem accipientes, redarguendos esse. Adhuc manifestius loquitur de curis. Ait grauedinem prodire, modo a calore cum acredine humoris; modo a frigore. Curam opponit, vt ex frigiditate affecti percalefiant, ex ardore perfrigerētur: fluxiones vero factæ ob intemperantiam & acrimoniam, reducātur ad temperiē & concoquantur. Ecce Neoparacelse: Tuus ille genuinus Hippocrates in eodem lib. factus est adulterinus & Gale-

Cura morborum.

Hippocrates Galenicus est.

Galenicus. Non.n. tantum qualitates habet noxias, sed & humores. An non apparet te in præcedentibus maliciosum fuisse interpretem, & calumniæ reum factum? Nec dicere potes hæc aliena esse a veritate. Omnino enim ita fieri debere, res loquitur. Et ne putes illi temere excidisse verba, vide sequentia, in quibus creber est in temperatura & intemperie: Et plane eodem modo scribit: Quando igitur ab ipsa caliditate syncera, aut frigiditate fluxiones contigerint, & nulla alia facultate participauerint (ecce etiam synceras qualitates agnoscit) sic sane sedabuntur, vbi ex frigido in calidum permutatæ fuerint, & ex calido in frigidum, &c. O Galenicissimum Hippocratem. Disce autem ex his, sophista, verba superiora de humido, calido, frigido, sicco, non simpliciter repudiare qualitates, sed prauam de illis sententiam, quam explicauimus iuxta Hippocratem accusantem eos, qui hominem ex vno aliquo simplici conficiebant, & a simplicibus lædi & curari tantum volebant; quibus tamen opponitur veterum autoritas, doceturque in qualitatibus simplicibus minimum esse præsidij, adeo vt veteres plane eas neglexerint, (licet id fieri non debuerit) & natura non raro eas reducat absque medico. Hæc est summa eo-

rum quæ ſupra fuerunt allata. Et reſpondet pulcerrime cum totius libri ſententia & ſcopo. Sed nota etiã hoc axioma Hippocrate & Galeno digniſſimum: Amplius porro (ait) etiam alia quæcunque mala homo patitur, omnia a facultatum potentiis fiunt. Græcus ita: ἔπ λοιπὴν τ᾽ ἄλλα ὅσα κακοπαθέει ἄνθρωπος, πάντα ἀπὸ δυνάμιων γίνεται. Ecce præmiſit cauſſas duas, vna qualitates comprehendit, altera fluxiones. Iam adduntur aliæ facultates vt amaritudo, acredo, &c. Et, vt tibi, Neophyte, oculi doleant, ab amara bile æſtus & impotentias multas deducit, qua vel ſponte (Ecce hæreticum & Galenicum Hippocratem) vel medicamento purgata, dolor & calor profligetur. Inquit etiã ab æruginoſa, acuta, & acri bile concitari rabiem. Deum immortalem, tune hæc non animaduerteras? Quæ lippitudo, oculos tibi occupauerat? Vide etiam quomodo temperamentum conficiat ex calido & frigido commiſtis, & non ex ſale tuo, ſulphure & mercurio.

Morbi a facultatibus.

Bilis nominatur.

Hipp. temperamentũ nõ ex elementis Paracelſicis.

Quomodo tibi vero placent hæc quæ refert his verbis? Cæterum & cognoſcere oportere mihi videt nimirũ quæ affectiones homini ex facultatibus ac potentiis, quæ item ex figuris adueniunt. (nota morbos duplices ex craſi & organorum læſione)

Morbi organici in Hipp.

læſione) Sed quid eſt facultas? Num paracelſica eſſentia? Nullo modo: Sed facultas eſt (inquit) humorum (ringis ſophiſta?) ſummas vires & robur noſſe. Quæ figuræ? Quæ in homine inſunt cauæ, arctæ, ſolidæ, rotundæ &c.

Facultas quid?

Ecce totus Hippocrates in Galenum irrepſit; Et fortaſſis Galenus eſt ille ipſe Hippocrates, ſicut Pythagoras fuit Euphorbus, ante quadringentos a ſuo tempore annos, apud Troiam miles. Tribuit etiam figuris vitia ab humoribus attractis; quod nullo modo facere debuit, ex ſententia Neoparacelſi, quia a Galeno diſſentit, eſtque Spagirus. Agnoſcit iterum ſpiritus; quo inclinare videtur ad vulcaniam. Sed de flatibus notum eſt quomodo gignantur; ne opus ſit vlla dubitatione. Tandem etiam alia organica vitia addit, vt ſic abſolutum & conſummatum Galenum repræſentet. Vbi iam gloriatio tua Neoparacelſe? An non euanuit? Ergo nos viciſſim ſicut tu; gratias maximas Hippocrati (quanquam tu non potes gaudere eius teſtimonio, vt qui autoritates repudiabas ante conflictum, & mortuas literas vocabas ſcripta) pro tanta verborum claritate; eique prorſus immortales, imo æternas agemus pro tam fideliter & egregie confuſo, concuſſo & ſtupefacto Neoparacelſo

Figura vitiata ab humoribus.

Id in eodem libro docetur de victu immodico & intempestiuo. &c.

Imitatio gratiarum actionis paracelſica.

racelſo & tota fece paracelſica. Vtinam adhuc eſſet in viuis; Vreret vos ad purum putum; In poſterum non dubitabimus diſcedere a Montano, & non mirabimur, Galenum non repudiaſſe hunc librum, quia & doctrinam & dictionem hippocraticam habet: Et purum putumque mendacium eſt, quod ex Diametro pugnet cum Galeno; cum vix primo intuitu aliqua diſſenſio appareat; ſed quæ euaneſcat ſtatim perlecto & cognito toto.

Hipp. in hoc libro non pugnat cum Galeno.

Hippocrates ſit Spagirus per paracelſicum Vane.

At Neoparacelſus vult nobis illum diuinum ſenem transformare in Spagirum, qui excoquat & ſegreget eſſentias in ollis & furnulis vulcaniis. Quo vero argumento? Ita refert eius verba ſuo ore: Hoc vult dicere, inquit: In ſeparatione puri ab impuro (doctrinæ galenicæ ab imputitate paracelſi) & vera medicamentorum præparatione famoſæ illæ qualitates, in quibus omnem ſanandi ſpem atque fiduciam Humoriſtæ ponunt, conſileſcunt, cum corporibus ſeparantur & abiiciuntur, remanet pura rei eſſentia, ſeu arcanum, quod curationis vim atque facultatem ſolum habet. Corpora enim vbique ſunt mortua, atteſtante hoc etiam D. Philippo. Melanthone qui in phy-

Interpretatio paracelſica.

in physico libello motum a forma, non a materia oriri affirmat. Hæc Neoparacelsicus ille argutus Hippocratis interpres. Vnde vero hoc argumentum elicuit? Ex his scilicet. Nam qui panem ex tritico parauit, calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum abstulit. O pluteos, Catapultasque fortes.

Qualitates simplices in misto quo secesserint.

Negat Hippocrates in cocto pane restare calidum & frigidum; Quo ergo abierunt? Respondet ille; contemperatio facta est & mistio. Calidum enim addito frigido, (tritici farina aqua.) cogitur ad moderationem. Ergo non omnino discesserunt, sed cum actu non insint, restant potentia, vt in omni misto. Et talia solet natura soluere, & in actum reducere. Non ergo separat Hippocrates Spagirice, sed miscet & vnit Galenice. Itaque in ventriculo omnia digeruntur in humorem; ex hac postea per separationem in intestinis & epate nascuntur singulares: id quod totum obsistit Neoparacelsicæ phantasiæ.

Non tantū Hipp. sed & omnia animalia spagiriam callent eo sensu.

Hanc separationem si intelligas; fuerit sane ventriculus Hippocratis peritus Spagiriæ & anatomiæ estatæ. Quid tum postea? Sed Neophytus medicum Spagi-

Metamorphosis alimenti in medicamentũ &c.

Spagirum ex eo facit: Et vt hoc fiat commode; ex alimento facit medicamentum; Ex Diæta tranſit ad pharmacian, ex co-ctione panis, gignit per ſpagiricam metamorphoſin medicinæ confectionem: ex vnione ſeparationem, & quoduis mutat in quiduis. Quid ni iſtud? Coquus veneratur ſpagirian. Facile ergo ex eo & arte eius fieri poteſt Spagirus. Nam & Ariſtoteles dicebat, quod ea quæ ſymbolum haberent, facile in ſe mutuo verterentur. Sed agnito ſophiſmate tam ignauo & craſſo ſatis eſt imprudentiam & ſtultitiam Neoparacelſi arguiſſe. Non poteſt tamen illam transmutationem perficere niſi pungat Galenicos & illis aliquid fauillarum in os ingerat. Vocat eos iterum humoriſtas. At talis eſt & Hippocrates in eo ipſo libro. Dicit eos omnem ſpem & fiduciam ſanandi ponere in qualitatibus: magnum quantum mentitur. Multum tamen ponunt; idque docti a præceptore Hippocrate in Spagiria præſente. Sed qualia concinnat medicamenta? Inepte: Quæ, debebam dixiſſe. Nam Neoparacelſica ſunt tantum eſſentiæ & arcana; quæ non cadunt in prædicamentum qualitatis; vix etiam ſeruant quantitatem. Non enim raro cum fauillis in aerem auolant. Ergo ne nec calida ſunt illa, nec frigida, nec humida, nec

Conuitia in Galenicos.

Paracelſici non habent qualitates, ſed meras eſſentias.

nec ſicca? Ita res eſt. Non ergo cadunt ſub tactum. Recte. At qui poſſunt vitæ ſentienti prodeſſe, ſi ſimile curat ſimile; illa autem ob tactum principaliter eſt? Qua ratione etiam ad ſimilarium naturam accommodari poſſunt? Senſus enim fit gratia ſimilarium quæ tactilibus conſtāt, humido, frigido, calido, ſicco? Nihil obſtat. Nam eſſentiæ ſe inſinuant. At hoc ſi ex tactilibus conſtare erat illis τὸ εἶναι? Sed quomodo poteſt Sal veneris aſtringere, cum hæc vis ſit ex ſecundis qualitatibus quarum principium ſunt primæ in materia? Eſſentiam vini quintam noui a philoſophis moderatiſſimam vocari. Sed illa potius in cœlo ipſorum eſt, quam in terra. Laudant eam ita, teſte Lullio, vt miraculum ſit, ſi vſpiam extitit. Si odor (inquit) mirabilis exeat, ita vt nulla mundi fragrantia ei comparari poſſit, in tantumque vas poſitum ad angulum domus miraculo inuiſibili trahit omnes intrantes; vaſe poſito ſuper turri, trahit omnes aues, quibus odor nares attigerit, ita vt circa ipſum ſtare faciat. &c. Non negem quidem DEI in natura potentiam, id tamen tam non credo, quam illud, quod paracelſus de ſuo attractario ſpecifico ſcriptum reliquit, quo poſſit oculum ex ſede ſua educere etiam vltra naſum extremum, nec niſi

Paracelſica non ſunt tactilia.

Interrogationibus oſtenditur vanitas paradoxi de eſſentiis nec calidis nec frigidis &c.

De Sale veneris quem vendit paracelſicus.

Quinta vini eſſentia.

Portentoſa prædicatio quintæ eſſentia.

Paracelſicũ attractoriũ mirificiſſimum.

nisi tactu specifico. Sed ad Neoparacelsum. Falsum est quod dicit fictumque Paracelsicis segregationibus qualitates primas conticescere & cum corporibus abiici; id quod manifestissimum est in magisteriis & aliis. Addit autem corpora vbique esse mortua. Quin ergo vespillones Paracelsicum non pridem sepeliuistis? Si corpora vbique sunt mortua; & arcana Neoparacelsi sunt corpora, quæ in corpora ægrota immittuntur; quorsum negantur cadauera a Paracelsicis dari? Post resurrectionem mortuorum, si vbique mortua sunt corpora; aut cadaueribus implebitur cœlum & infernus, aut nulla erit resurrectio corporum. Quæso te concede vegetæ & florenti arbori vitam, & dic eius corpus viuere. Animalis etiam ventriculo vitam largire, vt iuxta tuam doctrinam possit separare purum ab impuro. Quid si essentiæ tuæ extractæ quædam non viuæ sed mortuæ essent? Quid si omnes mortuæ alio modo, sola vero integra viua? Sume Magnetem integrum & experire num attrahat ferrum. Si attrahit; dicit Paracelsus tuus quod viuat. Si non mortuum pronunciat. Iam tu viuum

Confutatio paradoxi de qualitatibus abiectis.

Corpora vbique mortua.

Paracelsica arcana esse mortua.

Corpora nō vbique mortua.

Integra potius viua quàm extracta.

viuum cape, & purum ab impuro ſepara per vulcanum & eſſentiam iterum experire, num magis, aut minus ſit operatura. Si deprehenderis, quod ferrum non amplius trahat; quid dices? ſecundum Paracelſum pronunciandum eſt, quod ſit magnetis mortuum extractum. Si etiam id verum eſt, quorſum ex ſtercoribus a natura ſeparatis & capitibus mortuis prolicitis eſſentias & ſales? Tu ipſe dicis, ſi Galenici feces extractionum tuarum vorarent, experturos eos vim noxiam. Iſtud autem Paracelſo mortuum non eſt. Qui fit etiam vt extrahenda pene omnia prius morti detis, ſi extracta viuunt? An vobis poteſtas eſt defunctos excitare? Sed probas quod corpora ſint vbique mortua, autoritate Melanchthonis, qui dicat omnem motum a forma eſſe: Putas nempe materiam eſſe corpus illud ignauum & a forma ſeparatum. Vnde illa motum non habeat. At nos tibi opponimus autorem grauiorem qui motum corpori ſeu materiæ, cuius actus ſit, vere aſſignat. Ariſtoteles ait motum eſſe actum

Paracelſici ex mortuis ſtercoribus faciunt eſſentias vt ſuas vt Lullius ex vino corrupto quintam eſſentiam.

Argumentum corpora vbique eſſe mortua.

Reſponſio per autoritatem grauiorem.

Motum esse materiæ. 2. de anima tex. 139.

actum mobilis in quantum mobile. Mobile est autem id, quod pati potest secundum motum. Et hoc est materia. Motus ergo est materiæ. Ita alibi inquit: Actio & passio est in eo, quod mouetur & patitur. Item motus. Et Actiui & motiui actus in patiente fit. Et: sicut Actio & passio in patiente est, sed non in agente; sic & ipsius sensibilis actus in ipso sensitiuo existit. Concilia hæc, Neoparacelse, per tuam Spagiriam, & separa purum ab impuro.

Paracelsicũ somnium re[...]tatur per axioma proprium.

Tuæ separationes in totum istis autoribus in fumum abeunt. Nam si motus omnis a forma est; & ipsum non seipsum mouet, sed aliud in natura: nec potest sine materia, cuius actus est, esse: materia autem corpus est: necesse ergo est, vt forma non separetur, & essentia relinquatur cum corpore; alioquin nec hoc mouebitur, nec illa mouebit.

Medicamentum paracelsicum.

Nulla ergo est separatio. Arguis: quod non est de medicinæ essentia, vel valida potestate preditum, sed fluxum, caducum, instabile medicamenti nomen non meretur. Cuius gratia hoc ponis? Num assumendum de qualitatibus est, ante corpore soluto? De qualitatibus quidem per se dixerim eas non esse de rei essentia; Sed essentiæ arma quædam. Quomodo enim qualitas sit substantia? At de essentia medicinæ

dicinæ cur non sit? Quid tu vocas Ens me- *Ens medicina.*
dicinæ? Mihi illud est, quod vim ad me-
dicandum ex se habet, vt qualitates, &c. *Corpus non potest excludi medicina.*
Corpus autem mortuum quomodo ne-
ges de medicinæ essentia esse, tu vide, qui
ex capitibus mortuis potes facere sales re-
suscitatiuos, & fecibus repurgatis ipsas *Delirium paracelsici*
essentias acuunt alij. Sed tu totus deli-
ras præ stultissima ignorantia & iudicio *Hippocrates Spagirus quia dicit artem medicam esse deo dignam.*
ineptissimo. Probas argumento alio Hip-
pocratem fuisse Spagirum; nempe ex hac
sententia: Nihil igitur vtilius nec magis
necessarium est, quam hæc (vires cibo-
rum non tantum secundum calidum hu-
midum. &c. Sed potius vires alimenta-
rias, amarum, dulce, crassum, tenue, &
alias) cognouisse, quod & probe & con-
uenienti ratiocinatione inuestigantes iu-
xta hominis naturam hæc primi inuen-
tores inuenerunt, iudicaueruntque ar-
tem dignam, quæ DEO asscribere-
tur. &c.

Syllog. Laus illa, qua Deo asscribitur ars medica, verissime competit Spagiriæ.

Apparet ergo Hippocratem fuisse Spagirum.

OHE Neoparacelse. A quo Ramo *Vitiosa ratio paracelsici.*
tu ita syllogismo concludere didicisti?
Ita volebas informare Dianœan, ex illo

loco: Qui medicinam Deo dignam censet, is Spagirian laudat, estque Spagirus. Veteres ante Hippocratem medicinam Deo dignam iudicabant; Veteres ergo Spagiriam laudarunt, fueruntque Spagiri. Propositio probatur, quia ad DEVM referri, competit Spagiriæ. Et hoc facere est spagiri. Assumtum dependet ex authoritate Hippocratis. Sed tamen & Hipp. ipse ita cum Abderitis sensit, aliisque multis. Verum propositio quam infelix est? Dicebat Apostolus; Omne bonum & perfectum a DEO: Cicero ex Platone nullam magnam virtutem sine afflatu diuino esse aiebat: Plato Philosophiam rerum diuinarum & humanarum scientia definiebat, eiusque initia reuocabat ad Deum; DEVS ipse a saluatore dicitur sinere solem suum oriri bonis & malis: Omnes ne hi Spagiriam laudarunt fueruntque Spagiri? Sed tum illi veteres tum Hippocrates a te nimium quantum dissentit, teque refutat totum in eodem libro. Quomodo enim tibi sapit hæc sententia: Videtur mihi maxime de hac arte dicturum oportere vulgo ac plebeis hominibus nota dicere. Certe non satis excoxisti Hippocratem. Nondum enim tuus est, qui solebas supra

Correctio Dianæ.

Confutatio.

Eiusdem libri axiomatis euincitur contrarium.

prà rusticos Galeni sensus irridere; nolebasque cum ita manifesta artis Principia assumere, vt intelligere plebei possent. Latitandum est; iuxta illud λάθε βιώσας. Sed audi aduersam: Si quis idiotarum sententia destituetur, & audientes non afficiet: ille etiam VERITATIS compos non fiet, & propterea neque fundamento neque scopo opus habet. Vtinam Hippocratem nunquam attigisses, aut saltem non laudasses. Vide enim ex te mendacem facit; & carere principiis & fine asserit, hoc est, vagum & imperitum nominat. Aliud axioma. Necessitas cogit homines medicinam inquirere & inuenire; quoniam ægrotis eadem in cibo assumentibus, quæ sani solent, non fuit vtile, veluti neque nunc vtile existit.

Artiū principia debent esse confessa velplebi contra paracelsicam.

Contra anatomiam essatam.

Ecce ille repudiat tuam anatomiam in medicinæ inuentione: Et contra tuam sententiam Diætæ exactam rationem præcipit. Ad Vulcanum cum Hippocrate, vt illas impuritates exudet. Iterum; Ex terra nascentibus; fructibus, herbis, fœno; &c. nutriuntur & augescunt. Cur non essentias Spagiricas nominabat? Erat adhuc impolitæ linguæ.

Diæta præcipitur contra paracelsicos.

Nutritio ex integris, & non ex essentiis.

Cur nuda qualitates a medicis neglecta.

Hic ille autor plane non repudiat illas qualitates actiuas. Ostendit tamen a medicis illis neglectas esse propterea, quia spontæ naturæ se mutuo curent. Nam allatis exemplis docet cõcalefactum sponte frigefieri, & frigafactum incalescere vicissim, ita vt medici opem patiens non desideret. Corrigit tamen veterum censurã de læsione negata. Experientia enim monet adeo lædi frigore quosdã, vt nõ saltem obliuiones, stupores, apoplexię, lethargi, &c. Sed & Gangrænæ & internecio inde eueniant. Tunc autẽ a frigore orta mala simul sunt curanda. Itaq; ne sic quidem debebãt illi mali medici tantum de frigore agere.

Non plane contemnenda vis simpliciũ qualitatum.

Coniungit autem in febre ille autor calidum amaro, acido, salso, &c. Ex quib. iterum apparet neq; hunc neque veteres illa simplicia & nuda saltem respexisse, & ob id merito nouitios illos male rem accipientes, redarguendos esse. Adhuc manifestius loquitur de curis. Ait grauedinem prodire, modo a calore cum acredine humoris; modo a frigore. Curam opponit, vt ex frigiditate affecti percalefiant, ex ardore perfrigerẽtur: fluxiones vero factæ ob intemperantiam & acrimoniam, reducãtur ad temperiẽ & concoquantur. Ecce Neoparacelse: Tuus ille genuinus Hippocrates in eodem lib. factus est adulterinus & Gale-

Cura morborum.

Hippocrates Galenicus est.

Galenicus. Non.n. tantum qualitates habet noxias, sed & humores. An non apparet te in præcedentibus maliciosum fuisse interpretem, & calumniæ reum factum? Nec dicere potes hæc aliena esse a veritate. Omnino enim ita fieri debere, res loquitur. Et ne putes illi temere excidisse verba, vide sequentia, in quibus creber est in temperatura & intemperie: Et plane eodem modo scribit: Quando igitur ab ipsa caliditate syncera, aut frigiditate fluxiones contigerint, & nulla alia facultate participauerint (ecce etiam synceras qualitates agnoscit) sic sane sedabuntur, vbi ex frigido in calidum permutatæ fuerint, & ex calido in frigidum, &c. O Galenicissimum Hippocratem. Disce autem ex his, sophista, verba superiora de humido, calido, frigido, sicco, non simpliciter repudiare qualitates, sed prauam de illis sententiam, quam explicauimus iuxta Hippocratem accusantem eos, qui hominem ex vno aliquo simplici conficiebant, & a simplicibus lædi & curari tantum volebant; quibus tamen opponitur veterum autoritas, doceturque in qualitatibus simplicibus minimum esse præsidij, adeo vt veteres plane eas neglexerint, (licet id fieri non debuerit) & natura non raro eas reducat absque medico. Hæc est summa eo-

rum quæ supra fuerunt allata. Et respondet pulcerrime cum totius libri sententia & scopo. Sed nota etiã hoc axioma Hippocrate & Galeno dignissimum: Amplius porro (ait) etiam alia quæcunque mala homo patitur, omnia a facultatum potentiis fiunt. Græcus ita: ἔπ]οίνυν τ' ἄλλα ὅσα κακοπαθέει ἄνθρωπος, πάντα ἀπὸ δυνάμιων γίνεται. Ecce præmisit caussas duas, vna qualitates comprehendit, altera fluxiones.

Morbi a facultatibus.

Iam adduntur aliæ facultates vt amaritudo, acredo, &c. Et, vt tibi, Neophyte, oculi doleant, ab amara bile æstus & impotentias multas deducit, qua vel sponte (Ecce hæreticum & Galenicum Hippocratem) vel medicamento purgata, dolor & calor profligetur. Inquit etiã ab æruginosa, acuta, & acri bile concitari rabiem. Deum immortalem, tunc hæc non animaduerteras? Quæ lippitudo, oculos tibi occupauerat? Vide etiam quomodo temperamentum conficiat ex calido & frigido commistis, & non ex sale tuo, sulphure & mercurio.

Bilis nominatur.

Hipp. temperamentũ nõ ex elementis Paracelsicis.

Quomodo tibi vero placent hæc quæ refert his verbis? Cæterum & cognoscere oportere mihi videt̃ nimirũ quæ affectiones homini ex facultatibus ac potentiis, quæ item ex figuris adueniunt. (nota morbos duplices ex crasi & organorum læsione)

Morbi organici in Hipp.

læsione) Sed quid est facultas? Num paracelsica essentia? Nullo modo: Sed facultas est (inquit) humorum (ringis sophista?) summas vires & robur nosse. Quæ figuræ? Quæ in homine insunt cauæ, arctæ, solidæ, rotundæ &c.

Facultas quid?

Ecce totus Hippocrates in Galenum irrepsit; Et fortassis Galenus est ille ipse Hippocrates, sicut Pythagoras fuit Euphorbus, ante quadringentos a suo tempore annos, apud Troiam miles. Tribuit etiam figuris vitia ab humoribus attractis; quod nullo modo facere debuit, ex sententia Neoparacelsi, quia a Galeno dissentit, estque Spagirus. Agnoscit iterum spiritus; quo inclinare videtur ad vulcaniam. Sed de flatibus notum est quomodo gignantur; ne opus sit vlla dubitatione. Tandem etiam alia organica vitia addit, vt sic absolutum & consummatum Galenum repræsentet. Vbi iam gloriatio tua Neoparacelse? An non euanuit? Ergo nos vicissim sicut tu; gratias maximas Hippocrati (quanquam tu non potes gaudere eius testimonio, vt qui autoritates repudiabas ante conflictum, & mortuas literas vocabas scripta) pro tanta verborum claritate; eique prorsus immortales, imo æternas agemus pro tam fideliter & egregie confuso, concusso & stupefacto Neopa-

Figura vitiata ab humoribus.

Id in eodem libro docetur de victu immodico & intempestiuo. &c.

Imitatio gratiarum actionis paracelsica.

 racelso

racelſo & tota fece paracelſica. Vtinam adhuc eſſet in viuis; Vreret vos ad purum putum; In poſterum non dubitabimus diſcedere a Montano, & non mirabimur, Galenum non repudiaſſe hunc librum, quia & doctrinam & dictionem hippocraticam habet: Et purum putumque mendacium eſt, quod ex Diametro pugnet cum Galeno; cum vix primo intuitu aliqua diſſenſio appareat; ſed quæ euaneſcat ſtatim perlecto & cognito toto.

Hipp. in hoc libro non pugnat cum Galeno.

Hippocrates ſit Spagirus per paracelſicum Vane.

Interpretatio paracelſica.

At Neoparacelſus vult nobis illum diuinum ſenem transformare in Spagirum, qui excoquat & ſegreget eſſentias in ollis & furnulis vulcaniis. Quo vero argumento? Ita refert eius verba ſuo ore: Hoc vult dicere, inquit: In ſeparatione puri ab impuro (doctrinæ galenicæ ab impuritate paracelſi) & vera medicamentorum præparatione famoſæ illæ qualitates, in quibus omnem ſanandi ſpem atque fiduciam Humoriſtæ ponunt, conſileſcunt, cum corporibus ſeparantur & abiiciuntur, remanet pura rei eſſentia, ſeu arcanum, quod curationis vim atque facultatem ſolum habet. Corpora enim vbique ſunt mortua, atteſtante hoc etiam D. Philippo. Melanthone qui in phy-

in phyſico libello motum a forma, non a materia oriri affirmat. Hæc Neoparacelſicus ille argutus Hippocratis interpres. Vnde vero hoc argumentum elicuit? Ex his ſcilicet. Nam qui panem ex tritico parauit, calidum, aut frigidum, aut ſiccum, aut humidum abſtulit. O pluteos, Cata pultasque fortes.

Negat Hippocrates in cocto pane reſtare calidum & frigidum; Quo ergo abierunt? Reſpondet ille; contemperatio facta eſt & miſtio. Calidum enim addito frigido, (tritici farina aqua.) cogitur ad moderationem. Ergo non omnino diſceſſerunt, ſed cum actu non inſint, reſtant potentia, vt in omni miſto. Et talia ſolet natura ſoluere, & in actum reducere. Non ergo ſeparat Hippocrates Spagirice, ſed miſcet & vnit Galenice. Itaque in ventriculo omnia digeruntur in humorem; ex hac poſtea per ſeparationem in inteſtinis & epate naſcuntur ſingulares: id quod totum obſiſtit Neoparacelſicæ phantaſiæ. Hanc ſeparationem ſi intelligas; fuerit ſane ventriculus Hippocratis peritus Spagiriæ & anatomiæ eſſatæ. Quid tum poſtea? Sed Neophytus medicum Spagi-

Qualitates ſimplices in miſto quo ſceſſerint.

Non tantū Hipp. ſed & omnia animalia ſpagiriam callent eo ſenſu.

Metamorphosis alimē ti in medicamentū &c. Spagirum ex eo facit: Et vt hoc fiat commode; ex alimento facit medicamentum; Ex Diæta transit ad pharmacian, ex coctione panis, gignit per spagiricam metamorphosin medicinæ confectionem: ex vnione separationem, & quoduis mutat in quiduis. Quid ni istud? Coquus veneratur spagirian. Facile ergo ex eo & arte eius fieri potest Spagirus. Nam & Aristoteles dicebat, quod ea quæ symbolum haberent, facile in se mutuo verterentur. Sed agnito sophismate tam ignauo & crasso satis est imprudentiam & stultitiam Neoparacelsi arguisse. Non potest tamen illam transmutationem perficere nisi pungat Galenicos & illis aliquid fauillarum in os ingerat. Vocat eos iterum humoristas. At talis est & Hippocrates in eo ipso libro. Dicit eos omnem spem & fiduciam sanandi ponere in qualitatibus: magnum quantum mentitur. Multum tamen ponunt; idque docti a præceptore Hippocrate in Spagiria præsente. Sed qualia concinnat medicamenta? Inepte: Quæ, debebam dixisse. Nam Neoparacelsica sunt tantum essentiæ & arcana; quæ non cadunt in prædicamentum qualitatis; vix etiam seruant quantitatem. Non enim raro cum fauillis in aerem auolant. Ergo ne nec calida sunt illa, nec frigida, nec humida,

Conuitia in Galenicos.

Paracelsici non habent qualitates, sed meras essentias.

nec

nec ſicca? Ita res eſt. Non ergo cadunt ſub tactum. Recte. At qui poſſunt vitæ ſentienti prodeſſe, ſi ſimile curat ſimile; illa autem ob tactum principaliter eſt? Qua ratione etiam ad ſimilarium naturam accommodari poſſunt? Senſus enim fit gratia ſimilarium quæ tactilibus conſtāt, humido, frigido, calido, ſicco? Nihil obſtat. Nam eſſentiæ ſe inſinuant. At hoc ſi ex tactilibus conſtare erat illis τὸ εἶναι? Sed quomodo poteſt Sal veneris aſtringere, cum hæc vis ſit ex ſecundis qualitatibus quarum principium ſunt primæ in materia? Eſſentiam vini quintam noui a philoſophis moderatiſſimam vocari. Sed illa potius in cœlo ipſorum eſt, quam in terra. Laudant eam ita, teſte Lullio, vt miraculum ſit, ſi vſpiam extitit. Si odor (inquit) mirabilis exeat, ita vt nulla mundi fragrantia ei comparari poſſit, in tantumque vas poſitum ad angulum domus miraculo inuiſibili trahit omnes intrantes; vaſe poſito ſuper turri, trahit omnes aues, quibus odor nares attigerit, ita vt circa ipſum ſtare faciat. &c. Non negem quidem Dei in natura potentiam, id tamen tam non credo, quam illud, quod paracelſus de ſuo attractario ſpecifico ſcriptum reliquit, quo poſſit oculum ex ſede ſua educere etiam vltra naſum extremum, nec

Paracelſica non ſunt tactilia.

Interrogationibus oſtenditur vanitas paradoxi de eſſentiis nec calidis nec frigidis &c.

De Sale veneris quem vendit paracelſicus.

Quinta vini eſſentia.

Portentoſa prædicatio quinta eſſentia.

Paracelſicū attractoriū mirificiſſimum.

nisi tactu specifico. Sed ad Neoparacelsum. Falsum est quod dicit fictumque Paracelsicis segregationibus qualitates primas conticescere & cum corporibus abiici; id quod manifestissimum est in magisteriis & aliis. Addit autem corpora vbique esse mortua. Quin ergo vespillones Paracelsicum non pridem sepeliuistis? Si corpora vbique sunt mortua; & arcana Neoparacelsi sunt corpora, quæ in corpora ægrota immittuntur; quorsum negantur cadauera a Paracelsicis dari? Post resurrectionem mortuorum, si vbique mortua sunt corpora; aut cadaueribus implebitur cœlum & infernus, aut nulla erit resurrectio corporum. Quæso te concede vegetæ & florenti arbori vitam, & dic eius corpus viuere. Animalis etiam ventriculo vitam largire, vt iuxta tuam doctrinam possit separare purum ab impuro. Quid si essentiæ tuæ extractæ quædam non viuæ sed mortuæ essent? Quid si omnes mortuæ alio modo, sola vero integra viua? Sume Magnetem integrum & experire num attrahat ferrum. Si attrahit; dicit Paracelsus tuus quod viuat. Si non mortuum pronunciat. Iam tu viuum

Confutatio paradoxi de qualitatibus abiectis.

Corpora vbique mortua.

Paracelsica arcana esse mortua.

Corpora nō vbique mortua.

Integra potius viua quam extracta.

viuum cape, & purum ab impuro ſepara per vulcanum & eſſentiam iterum experire, num magis, aut minus ſit operatura. Si deprehenderis, quod ferrum non amplius trahat; quid dices? ſecundum Paracelſum pronunciandum eſt, quod ſit magnetis mortuum extractum. Si etiam id verum eſt, quorſum ex ſtercoribus a natura ſeparatis & capitibus mortuis prolicitis eſſentias & ſales? Tu ipſe dicis, ſi Galenici feces extractionum tuarum vorarent, experturos eos vim noxiam. Iſtud autem Paracelſo mortuum non eſt. Qui fit etiam vt extrahenda pene omnia prius morti detis, ſi extracta viuunt? An vobis poteſtas eſt defunctos excitare? Sed probas quod corpora ſint vbique mortua, autoritate Melanchthonis, qui dicat omnem motum a forma eſſe: Putas nempe materiam eſſe corpus illud ignauum & a forma ſeparatum. Vnde illa motum non habeat. At nos tibi opponimus autorem grauiorem qui motum corpori ſeu materiæ, cuius actus ſit, vere aſſignat. Ariſtoteles ait motum eſſe actum

Paracelſici ex mortuis ſtercoribus faciunt eſſentias viuas vt Lullius ex vino corrupto quintam eſſentiam.

Argumentum corpora vbique eſſe mortua.

Reſponſio per autoritatem grauiorem.

Motum esse materia. 2. de anima tex. 139. actum mobilis in quantum mobile. Mobile est autem id, quod pati potest secundum motum. Et hoc est materia. Motus ergo est materiæ. Ita alibi inquit: Actio & passio est in eo, quod mouetur & patitur. Item motus. Et Actiui & motiui actus in patiente fit. Et: sicut Actio & passio in patiente est, sed non in agente; sic & ipsius sensibilis actus in ipso sensitiuo existit. Concilia hæc, Neoparacelse, per tuam Spagiriam, & separa purum ab impuro. *Paracelsicũ somnium refutatur per axioma proprium.* Tuæ separationes in totum istis autoribus in fumum abeunt. Nam si motus omnis a forma est; & ipsum non seipsum mouet, sed aliud in natura: nec potest sine materia, cuius actus est, esse: materia autem corpus est: necesse ergo est, vt forma non separetur, & essentia relinquatur cum corpore; alioquin nec hoc mouebitur, nec illa mouebit.

Medicamentum paracelsicum. Nulla ergo est separatio. Arguis: quod non est de medicinæ essentia, vel valida potestate præditum, sed fluxum, caducum, instabile medicamenti nomen non meretur. Cuius gratia hoc ponis? Num assumendum de qualitatibus est, ante corpore soluto? De qualitatibus quidem per se dixerim eas non esse de rei essentia; Sed essentiæ arma quædam. Quomodo enim qualitas sit substantia? At de essentia medicinæ

dicinæ cur non sit? Quid tu vocas Ens medicinæ? Mihi illud est, quod vim ad medicandum ex se habet, vt qualitates, &c. Corpus autem mortuum quomodo neges de medicinæ essentia esse, tu vide, qui ex capitibus mortuis potes facere sales resuscitatiuos, & fecibus repurgatis ipsas essentias acuunt alij. Sed tu totus deliras præ stultissima ignorantia & iudicio ineptissimo. Probas argumento alio Hippocratem fuisse Spagirum; nempe ex hac sententia: Nihil igitur vtilius nec magis necessarium est, quam hæc (vires ciborum non tantum secundum calidum humidum. &c. Sed potius vires alimentarias, amarum, dulce, crassum, tenue, & alias) cognouisse, quod & probe & conuenienti ratiocinatione inuestigantes iuxta hominis naturam hæc primi inuentores inuenerunt, iudicaueruntque artem dignam, quæ DEO asscriberetur. &c.

Ens medicinæ. *Corpus non potest excludi medicinæ.* *Delirium paracelsici* *Hippocrates Spagirus quia dicit artem medicam esse deo dignam.*

Syllog. Laus illa, qua Deo asscribitur ars medica, verissime competit Spagiriæ.

Apparet ergo Hippocratem fuisse Spagirum.

OHE Neoparacelse. A quo Ramo tu ita syllogismo concludere didicisti? Ita volebas informare Dianœan, ex illo

Vitiosa ratio paracelsici.

loco: Qui medicinam Deo dignam censet, is Spagirian laudat, estque Spagirus. Veteres ante Hippocratem medicinam Deo dignam iudicabant; Veteres ergo Spagiriam laudarunt, fueruntque Spagiri. Propositio probatur, quia ad DEVM referri, competit Spagiriæ. Et hoc facere est spagiri. Assumtum dependet ex authoritate Hippocratis. Sed tamen & Hipp. ipse ita cum Abderitis sensit, aliisque multis. Verum propositio quam infelix est? Dicebat Apostolus; Omne bonum & perfectum a DEO: Cicero ex Platone nullam magnam virtutem sine afflatu diuino esse aiebat: Plato Philosophiam rerum diuinarum & humanarum scientia definiebat, eiusque initia reuocabat ad Deum; DEVS ipse a saluatore dicitur sinere solem suum oriri bonis & malis: Omnes ne hi Spagiriam laudarunt fueruntque Spagiri? Sed tum illi veteres tum Hippocrates a te nimium quantum dissentit, teque refutat totum in eodem libro. Quomodo enim tibi sapit hæc sententia: Videtur mihi maxime de hac arte dicturum oportere vulgo ac plebeis hominibus nota dicere. Certe non satis excoxisti Hippocratem. Nondum enim tuus est, qui solebas su-

Correctio Dianæ.

Confutatio.

Eiusdem libri axiomatis euincitur contrarium.

pra rusticos Galeni sensus irridere; nolebasque cum ita manifesta artis Principia assumere, vt intelligere plebei possent. Latitandum est; iuxta illud λάθε βιώσας. Sed audi aduersam: Si quis idiotarum sententia destituetur, & audientes non afficiet: ille etiam VERITATIS compos non fiet, & propterea neque fundamento neque scopo opus habet. Vtinam Hippocratem nunquam attigisses, aut saltem non laudasses. Vide enim ex te mendacem facit; & carere principiis & fine asserit, hoc est, vagum & imperitum nominat. Aliud axioma. Necessitas coegit homines medicinam inquirere & inuehire; quoniam ægrotis eadem in cibo assumentibus, quæ sani solent, non fuit vtile, veluti neque nunc vtile existit.

Artiū principia debent esse confessā vel plebi contra paracelsicam.

Contra anatomiam esfatam.

Ecce ille repudiat tuam anatomiam in medicinæ inuentione: Et contra tuam sententiam Diætæ exactam rationem præcipit. Ad Vulcanum cum Hippocrate, vt illas impuritates exudet. Iterum; Ex terra nascentibus; fructibus, herbis, fœno, &c. nutriuntur & augescunt. Cur non essentias Spagiricas nominabat? Erat adhuc impolitæ linguæ.

Diæta præcipitur contra paracelsicos.

Nutritio ex integris, & non ex essentiis.

Ignosce. Sed væ tibi Neoparacelse. Oleum enim & operam perdidisti in sene, qui vt Psittacus senex, negligit ferulam, transmutando. Nam aperte Galenicis sensibus omnem certitudinem asscribit, cuius verba, græce ponam; ne tui intelligant, a quibus Græca lingua solet tantum abesse, quantum a Barbaria eloquentia & humanitas: alias testatim damnarent calumniæ. Ita ait ille Græcus nimis loquax: μέτρον δὲ, οὐδὲ σταθμὸν, οὐδὲ ἀριθμὸν οὐδένα ἄλλον πρὸς ὃ ἀναφέρων εἴσῃ τὸ ἀκριβὲς, οὐκ ἂν εὐρήσεις ἄλλο ἢ τοῦ σώματος αἴσθησιν. Nunc abi & gloriare Hippocratem non conuenire cum Galeno. Nolo autem tibi repetere sententias de humoribus & qualitatibus, quas supra citauimus. Vides te causa cecidisse.

Hippocrates Galeni sensus probat contra Paracelsicum, & eis tribuit omne iudicium accuratum.

Migra ergo. Acutus es in interpretanda etiam hac sententia: non est ipsis inuentum (inquit Hippocrates) quid ipsum in seipso calidum aut frigidum aut siccum aut humidum. &c. scholia tua: h.e. sine Alchymia, quam adeo fugiunt & execrantur, nudas rerum essentias nunquam videre aut cognoscere potuerunt. Obstat enim vestitus elegantia, annulorum aureorum vsus, quæ non ferunt lutum & carbones. Hæc tu: Sed satis lutulente

Alia axiomatu falsa interpretatio.

lente & carbonarie. Negat Hippocrates ſcire ille ineptos medicos quid ipſum in ſe ipſo calidum: Tu accipis eſſentiam. Ergo Spagirica eſſentia in ſeipſa eſt calida, vel humida, vel frigida, vel ſicca. Quomodo hoc conſentit cum illis tuis, quibus aſſerebas qualitates cum corporibus abiici & ſeparari? Et quomodo per chymiam ſcire poſſemus quid ipſum in ſeipſo calidum, ſi chymicæ eſſentiæ nec calidæ ſunt nec frigidæ? Imo nos ſine oculis videre non poſſumus. Tu ſi potes; eſto acutus chymicus, qui plus cernat quam ſerpens epidaurius. Et credibile eſt te eſſe lynceum. Nam in Hippocrate vidiſti Spagirum, quem nullus alius vel centum perſpiciliis vſus inuenire potuiſſet. Sed fatuus es. Procede amplius. *Confuſio paracelſici ex eodem loco*

Qui ſenſu æſtimat res, is aut ſine iudicio calida frigidis, & contra adhibet, aut empyricum agit. *Contra iudicium ſenſuum.*

Galenici ſenſu res æſtimant; Ergo. &c.

Connexio patet: Quia cum Hippocratica calida, frigida, humida &c. ſint ſimul tenuia, amara, acerba &c. guſtu eſſent æſtimanda; at huius iudicium eſt ſtupidum: nec vlla linguæ ſubtilitas ſufficere poteſt illis iudicandis: Etſi Galenus guſtu eas qualitates aſſecutus eſt, næ eru-

ditam & lacte asinino probe enutritam linguam habuit. Cum itaque hoc fieri nequeat; relinquitur vel indiscretim quęuis cuiuis adhiberi; vel Empirice agi. Inter hæc adiudicat Galenicorum linguam stercoribus examinandis, satis modeste & pudice, vt decebat nebulonem. Deinde idem comprobatur Dioclis testimonio; qui negauit omnium vires esse easdem existimandas, quia eundem habeant colorem, saporem &c. Si dixeris: at Galenus Dioclem Empiricum confutauit: Respondet; eum id fecisse ex stupore, quem procul dubio cum lacte ASINAE NVTRICIS suxerit: Hoc probare nititur testimonio exorato, vt iudicent quisnam sit Empiricus, Isne qui veras rerum facultates, morborum omnium, atque sanitatis causas, easque latentes vel internas solis vulcani oculis patentes, cognitas habet; an is, qui rusticorum iudicio, Vetularum curationibus & experimentis frequentius vtitur, & sola empiria & autoritate scriptorum vbique nititur. Ipse autem fert sententiam, & Galenum magnum vocat asinum qui non debeat medicinæ monarcha haberi, omissa libertate iudicij: contra illud: amicus Plato &c.

Dioclis iudicium de non iudicando eodem ex colore eodem.

Galeni stupor.

Quis empiricus.

Oculi solius Vulcani.

Rusticum iudicium ineptum.

Galenus magnus asinus.

Hæc

Stoliditas paracelsici.

Hæc eſt Dianœa Neoparacelſi. Sed adeo purulenta & fœtida, vt iures in domicilio illo natam, ex quo Galenicis linguis ille petit lactucas.

Propoſitio tota eſt falſa. Tabe enim ὑχέποντος transmutata eſt ex veritate Hippocratica, in ψεῦσμα Neoparacelſicum. Firmamentum eius prolixum de vno tantum ſenſu atque altero fabulam narrat. Primo damnatur guſtus; quia non poſſit varietates guſtatilium diſcernere. Sed hoc grande eſt mendacium. Nam vnumquodque organum ita a Deo per naturam inſtructum eſt, vt omnes differentias ſubiecti ſui ſeu ſpeciei ſenſibilis ſufficienter poſſit diſcernere, modo ſit ſanum & ſecundum naturam conſtitutum, & legitime applicatum ad ſenſilia. Neoparacelſus æſtimat guſtatum lingua ſua; quæ corrupta vulcanianis eſſentiis, nequeat iudicare de ſaporibus. Galeno ἀναισθησίαν inuidet. Et quia negare non poteſt ipſum cognouiſſe; ſcomma in eum iacit de lacte aſinino. Ecce elenchum ignoratum; & petitum principium. Dicitur ſimia nos guſtu exuperare. Eius linguã optemus ſophiſtæ illi, vt in poſterum ſit ſaperda. Sed vbi reliqui ſenſus? Procedit ille vetus Diocles; & negat ea eſſe æſtimanda iiſdem viribus;

Deguſtus impotentia.

Senſoria naturaliter cõſtituta iudicant omnes ſui obiecti differentias.

Stolida eluſio linguæ Galenicæ.

Simiæ guſtus.

De Diocle.

quæ habent eundem colorem, saporem &c. Nos vero hoc non quærimus. Illud age; Num Diocles sensibus detraxit fidē? Hic obmutescit Neoparacelsus. Interim tamen hoc dicimus non esse plane absurdum, si quis ea, quæ vnius sunt coloris, saporis, caloris & reliquorum similiter, secundum omnes sensus sanos cum sana mente coniunctos iudicet easdem vires habere. Cur enim non ita iudicem, si omne iudicium ex sensibus oritur? Exempli gratia: Sit mihi pomum flauum, dulce, spirans iucunde, tactu calidum, humidum moderate: Sonitu etiam soliditatem quandam & compactam naturam repræsentet. Sit alterius generis simile pomum; aut etiam flos quidam veluti Buglossi, aut Boraginis: cur non pronunciem hæc conuenire viribus? Sed tamen Galenus noster tam stolidus non est, quin etiam communia sensilia in deliberationem vocet, & effecta experiatur. Sensus itaque nudi & per se soli, iudicij initium faciunt, ratio & experientia confirmat. Ita enim inquit in eo libro, quem citat Neoparacelsus: ὅτι μὲν οὖν ἡ πεῖρα διδάσκαλος ἐστὶν τῶν εὐπετῶν, &c. ἅπαντες ἴσας, &c. Item initio eius libri sensum & rationem vocat principia demonstrationis, quorū vel vtroq; vel alterutro sibi

Diocles fidē sensibus non adimit.

Probabile iudicium de viribus conuenientia ex sensiliū conspiratione.

Non tātum propria, sed & communia sensilia consuluntur & effecta spectantur.

sibi sit vtendum, &c. Et experientiam itidem necessariam astruit. Quod autem ait Galenum existimasse Dioclem Empiricorum numero habendum, ego in Galeno non video. Hoc inuenio, Galenum vocare eum δογματικόν: Dicere etiã ꝙ putauerit ἐκ πείρας μόνης ἐγνῶσθαι τὰς ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεις, καὶ μήτε ἐκ τῆς κατὰ κρίσιν ἐνδείξεως, μήτε ἐκ τῆς κατὰ χυμούς, ὅσης δὲ καὶ ἄλλης τῆς κατὰ μόρια τῶν φυτῶν, οὐκ ἐμνημόνευσεν αὐτῆς, inquit. Et tandem addit, multos experientia vti indifferenter, vnde errata eueniãt, sicut & in medicamentis censendis. Video Galenum addere aliquid ad Dioclis sententiam, nempe alimentorum vires, seu quod nutrire possit aut non, etiam patere posse ex discretione partiũ in plantis, &c. & monere alios, ne male vtantur experientia. Accusationem, quod a Dogmaticis defecerit ad Empiricos, nõ cerno. Itaque temere conqueritur Sophista de stupore Galeni: Et grauissimo mendacio auget crimen, dum ei ascribit solam experientiam & iudicium rusticum, quod tamen Hippocrati erat aureum & nobile. Sed audite fumi venditorem, & agyrtam. Ita intonat: Chymici Spagiri VERAS rerum facultates: OMNIUM Morborum & sanitatis causas; easque latentes; & solis vulcani oculis patentes cognitas habent; ad-

Diocles non habitus a Galeno Empiricus.

Errata in vsu experiẽtia.

Nutriendi vis nõ solum experientia, &c. cognoscitur.

Mendaciũ Paracelsici.

Proclamatio circumforanea.

este & iudicate, an non sint dogmatici. Quid dicent boni viri? Delirare illum nugatorem affirmabũt. Quia enim insensatos requirit iudices; & ea profitetur, quę interna sunt, & latent, & SOLIS Vulcani oculis innotescunt, non opus est hominibus sensatis. Vtatur testimonio Vulcani sui. Quis enim alius iudicet, præter eum, qui solus cognoscit? O Ridiculum agyrtam. Non vult homines videre oculis humanis, sed Vulcani. Cum eo ergo dormiat, & vigilet, quoad libuerit, quid nobis cum sterquilino? Ne tamen superbi Neoparacelse. Nam nobis quoque familiariter notus Vulcanus, at non solus est. Eum consuluimus ad nauseam vsque: sanctè affirmat te esse Cumanum asinum, & mẽtiri turpiter. Noluimus nostro Vulcano credere, accessimus Paracelsicum, Dornesium & alios. Illi omnes aliis vident oculis quam tuus. Erit ergo is tam fidus testis, quam tu sapiens medicus. Cur autem Vulcani linguam non affers? scilicet ne possit accusare vitriolatum saporem in sale tuo: & abiecta horrenda medicina clamare; Te dij infernales perdant, hoc non essentia, sed merum atramentum est. Videte viri boni, Neoparacelsus a vobis poscit credulitatem: & si exhibuerit stercus, iubet credere essentiam ambræ esse. Nam

Delirat Paracelsicus.

Solos Vulcani oculos requirit, omnes alios repudiat.

Galenicis non est ignotus Vulcanus.

Paracelsici Vulcanus suo aduersatur domino.

Sal Veneris quem graman facit, est atramẽtum.

vos non poteſtis iudicare, quia Vulcani oculis caretis. Hem aſtutias. Quid autem ſi ille ſal venereus nunquam vidiſſet Vulcanum. Talem enim rem nos poſſumus facere ſine omni igni, qualia multa Chymici cõcinnant, adeo vt cum hic ſolos vulcani oculos requirat, ne Chymicum quidẽ ſe eſſe teſtetur. Noſtrum monarchã vocas magnũ aſinum. Scito nos pro monarcha aſinum non agnoſcere, neq; medicinæ inuentionẽ aſcribere Galeno. Deus.n.medicum creauit. Ad Deum veteres principium retulerunt. Opera autem Galeni in excolenda & propaganda ea, ſicut & reliquorũ, nobis nõ ſordet, quæ rationi & experientiæ rerũ cõſentanea inuenitur. Vbi errauit, nõ parcimus ei. Interim vocamur Galenici, Hippocratici, Aſclepiadæ, Machaonij, Podalirij, Pœonij, Apollinei, Auicenniſtæ, & neſcio quib. aliis ornamur titulis, idq; nõ noſtra exactione, verũ aliorũ iudicio, qui putant nos nomina autorum cum ſententiis, hæreditario accipere iure. Nobis ſatis eſt, ſi a profeſſione nuncupemur medici; & a naturæ ſtudio, Phyſici. Tu vero cum Galenum aſinum vocas, qui lac aſinæ ſuxerit, proſtituis pudorem tuũ, & ingratiſſimus es omnium cuculus, qui in alienum irrumpẽs nidum genuina corrumpis oua, & impurum tuum fœtum ibi relin-

Cur ſenſus hominibus adimat Paracelſicus.

Medicinæ inuentio nõ eſt Galeni.

Galenus miniſter medicinæ.

Medici ab artificibus primarius dicti.

Galenus impudẽter aſinus vocatus.

Paracelſicus cuculus.

relinquis, qui postea grandæuus non vereatur scelerate vorare nutricē suam, quod omen Deus a patria tua & Ecclesia sua auertat. Sed pergis in Hippocratico illo libello insanire. Calidum non habet magnam potentiam, inquit Hippoc. sed austerum, acerbum; Item frigiditatem & caliditatem minime potentes in corpore inesse existimo: Ergo dissentit a Galeno, qui illis vim principiorum eamque magnam tribuit.

Alia sententia Hip. deprauata de qualitatib. simplicibus.

Paracelsicus textum deprauat.

Hic Sophista primum declinauit scopulum humoris. Nam Hipp. non πικρὸν ibi ponebat, sed πλαδαρὸν: quod si retinuisset; iam principium Galenicum calidū, humidum deprehensum fuisset Deinde consequentis elenchum committit. Non enim consequens est, si Hippocrates in diætæ ratione negat calidi & frigidi vim magnam esse, idque etiam in vnguentis, & fomentis asserit; ipsum a Galeno dissentire. Vult istas qualitates primas in medicina artificiosa, & potissimum diætetica, omnis generis facultates sub se habere; non humidum solum sed & siccum. Itaque simplicibus illis nō multum est virium, sed temperatis seu in crasi existentibus, plurimum. Neq; id immerito. Conspirant enim tunc vires plures quibus ministrant qualitates primæ. Et si aliquando

Hipp. in diæta vim magnam simplicium qualitatū negat.

In mistura plures vires conspirant.

excessū

exceſſu ſuo noceant, cum tamen ſolę ſunt, ideo facile ait poſſe corrigi, oppoſito frigori calore, &c. Et hoc ita explicat, etiam aduerſarius, dicens Hippocratem fateri, ſi a ſynceris & ſuperficialibus qualitatibus oriantur morbi, facile eos poſſe corrigi. Sed hæc ne aduerſantur Galeno? Negatve Galenus morbos in intemperie? Craſes non agnouit? Et Hippocrates adhuc agit contra malos medicos, qui non ſapiebant vltra ſimplices illas qualitates, illisq; opponit commiſtas. An inde conſequens eſt ſimplices non eſſe temperaturę principia? An inde negantur humores? Nemo poteſt hoc videre, niſi Vulcani oculi Neoparacelſi. Quæ autem nos de craſi ſeu qualitatibus illis coniunctis cum aliis in miſtione, dicimus: illa videtur iſte accipere Spagirice de eſſentiis, & tincturis. Ita enim ait: ſi morbi oriantur a ſynceris qualitatibus, facile ſanari poſſe contrariis fatetur Hippocrates: Verum ſi tincturas habeant calidas ac potentes, deſperata eſſe omnia, tam Arabum quam Græcorum remedia. Hæc ille. Primum victus a veritate cogitur tandem aſſentiri morbos oriri aliquãdo etiam a ſimplicibus qualitatibus, quanquam & affectiones & ſymptomata interdum gignant. Non ergo totus Galenus eſt falſus, quanquã is nunquam id ſolum ſtatuit.

Paracelſicus inuitus veram ſentẽtiam admittit.

Craſis eſt Paracelſico tinctura.

Falſa interpretatio.

Veritas euincit Paracelſicum.

Contradictio Paracelsici.

statuit. Deinde aduersatur sibi ipsi, dum tincturis adiungit caliditatem, cum tinctura sit quædam res spagirica a corpore liberata, cum quo corpore dixerat simul phantasticas illas qualitates discedere.

Arabum remedia stulte repudiatur.

Insuper Arabum remedia omnia cur abiicit? An Spagiri, ab Arabibus orti, vt volunt, non habent quod opponant? An Hippocrates sciebat in Arabia esse medicos? Præterea quo argumento demonstratur Hippocratem tincturas agnoscere?

Hipp. ignorauit tincturas Paracelsicas.

Ait ille frigiditatem simplicẽ posse facile curari, ἢν γε μὴ παντάπασιν παγῇ τὸ σῶμα, nisi omnino corpus congelascat: Hoc nõ est, remedium negare propter tincturas calidas & potentes: Sed propter victoriã morbi & iam extinctũ calorem, quæ res mors est, aut extremũ periculũ calore, aut prorsus, aut pene toto deleto. Miraculosus erit Neoparacelsus, si auxilio sui Vulcani mortuos vitæ restituet. Sin illud colligit ex calore & frigore, vt sunt in crasi coniuncta aliis viribus, quas ipsæ primæ, & simplices qualitates in materiis vnitis inter vniendum & miscendum actione passioneque mutua effecerunt: mentitur turpiter neque Græcum neq; Arabicum remedium quicquam valere.

Mendaciũ Paracelsici.

Hippocrates eodem in loco curam adhibet in fluxionibus ardore perfrigerato, frigore calefacto

Cura fluxionis.

ctò (de partibus talibus accipio) at fluxionibus ipsis ad temperiem redactis & cócoctis. Reducere ad temperiẽ & coquere sit ne impossibile naturæ a medico adiutæ? Sed quid tandem sint illæ tincturæ explicat verbis Hippocratis: Et his maxime (inquit) homo afficitur (intellige tincturas calidas & potẽtes) quia secundũ Hippocratem: Quæcunq; homo patitur, omnia a facultatum potentiis proficiscuntur. Dictum explicatum est supra. Hic potentiæ seu facultates maxime sunt tincturæ Neoparacelsicæ, quæ corpus lædant. Non dicit Hippocrates maxime id fieri a tincturis, sed simpliciter omnia a facultatib. fieri. Tincturas solent vocare Chymici extractos cum essentiis colores rerum, ad tingẽdum aliud similiter aptos. Inepte ad morbos applicantur, quasi & his sint tincturæ fortes, quę Hippoc. vocentur facultates, quæ vox longe designat aliud. Etsi enim per tincturas accipias humores, habitusq; qui in arquato nigro, ictero & aliis fœdant corpus; Hippocrati tamen hi ipsi neutiquam sunt facultates seu potentiæ. An non illæ quas ante sæpe nominauit, & post subiicit, nempe amaritudo quam ille solitam vocari flauam bilem, ait? Item cum dicit frigiditatem & caliditatem omnium δυνάμιων ἥκιστα δυναστεύειν ἐν τῷ σώματι: mani-

Tinctura quid secundum Paracelsicum.

Tinctura Chymica.

Facultates Hippocratica eius loci.

manifeſtas vna comprehendit. Vt ſic Hippocrates omnia fieri in corpore pathemata ſcribat a qualitatibus ſimplicib. & hoc niſi ad extremū ſit peruentum minime pernicioſe; Deinde ab his, quæ craſin ſequuntur, vt acerbitate, amaricie, & aliis: tertio ab humoribus. Infra Hippoc. ait: cæterum & hæc cognoſcere oportere mihi videtur, nimirum quæ affectiones homini ex facultatibus ac potentiis quæ item ex figuris eueniunt. Quod autem dico tale eſt: nempe noſſe facultatem, eſſe noſſe ſummas vires & robur humorum.

Has ſecūdas vocant.

Noſſe facultates quid.

Suntne hæ tuæ tincturæ Neoparacelſe? Tune tranſires in Galenicorum caſtra? Vide quam turpiter te proſtitueris. Deinde an illa ipſa nequeant curari? Cur Hippocrates amaritudini, quam bilem vocat (intellige aut ſimiliter per dulcedinem ipſum intellexiſſe ſanguinem & pituitam dulcem, per aciditatem bilem atram, per ſtypticitatem pituitam, acidam, aut etiam atram, & æruginoſam bilem, &c. (opponit purgationem (iterum galeniſſat Spagiricus Hippocrates) ſeu naturalem ſeu artificialem tempeſtiuam, & addit, manifeſte ægrotos & a dolore & calore liberari? Ecce deprehenſus es ἐπ' αὐτοφώρῳ. Finge aliquid, nugare, mentire, cœlū terræ miſce, & Vulcanum illum claudum cum forcipibus ad-

Curabilia ſunt ea quæ Hipp. poſuit, citra tincturas Galenica.

bus aduoca, nũ possit oculis suis κρησφύγε-
τον videre. Multũ iam ipse cedis. Non po- *Qualitates*
tes qualitates exhæredare, relinquis eis lo- *primæ Para*
cum secundarium. At ego tibi dico illas *celsicũ tan-*
ipsas esse, quarũ primaria actione illæ oc- *dem vincũt.*
cultæ possunt prodire. Necesse enim est
has pugnam exordiri, καὶ προμάχεσθαι. Cum
his postea se promunt reliquæ. Neq; adeo *Simplices*
extenuãda est earum actio, si possunt cor- *qualitates*
pus destruere, & frigus efficere eius cõcre- *non contem-*
tionem, & congelationem, sicut dicebat *nenda.*
Hippoc: Si vltimum afferre queunt peri-
culum, ergo & id quod paulo abest ab vlti-
mo, & sic deinceps. Ideo ab Hippocrate le- *Cur leues*
uis & ars eius existimatur, quia facile pos- *qualitates*
sunt emendari, nõ quod adeo inualida sit *illæ.*
earum actio. In libro de carnib. assignat eis *Vis qualita*
principalem vim in generatione partium, *tum in gene*
quanquam agant pro cuiusq; materię dis- *ratione.*
positione & natura. Post hęc castrum ana-
tomiæ aggrederis, & ostendis ab Hippoc. *Contra ana*
omnem reiici anatomiã, tanquam nõ ne- *tomiam Ga-*
cessariam medico, imo Sophistã, & picto- *leni.*
ribus potius vtilem, quam medicis. Vnde
consequẽs est, & Galenum & nos damna-
ri, qui ad vanam rem consequendã Italiam
adiimus. Hippocrates Gręcus ita loquitur:
Λέγουσι δέ τινες καὶ ἰητροὶ καὶ σοφισταὶ ὡς οὐκ ἔνι δυνα-
τὸν ἰητρικὴν εἰδέναι, ὅστις μὴ οἶδεν ὅ,τι ἐστιν ἄνθρω-
πος καὶ ὅπως ἐγένετο πρῶτον, καὶ ὅπως συνεπάγη.

ἐγὼ δὲ ὅσα τινὶ εἴρηται σοφιςῇ ἢ ἰητρῷ ἢ γέγραπται περὶ φύσιος ἧσσον νομίζω τῇ ἰητρικῇ τέχνῃ προσήκειν, ἢ τῇ γραφικῇ, &c.

Interpretatio loci.

Falsi quidam medici & sophistæ Hippocratis tempore in ore habebant, neminem posse scire medicinã, qui ignoraret quidnam esset homo; & quomodo genitus primum, quomodoq; cõpactus. His opponit iudicium suum, nõ absolute nec simpliciter, sed de anatomia illorum medicorũ & sophistarum, quã illi de naturæ cognitione habebant, ꝙ minus conferat aut conueniat medicinæ quam pictoriæ. Non negat nihil conferre, sed id parum esse dicit. Et hoc perinde se habet, ac si dicerem de Neoparacelsicis: Gloriatur ille nullũ medicum posse esse sine noticia Chymiæ huius: At ego dico, eam Chymiam, quã ipse profitetur aut describit, ne tantillum quidem prodesse medicinę cum potius inseruiat pictoriæ ad colores depurandos. Talem & illi anatomiam habebant, vt nõ medicis sed pictoribus cõgrueret. Quid ergo, num nulla naturæ noticia & anatomia est necessaria medico? Neoparacelsus supra essatam suam necessariã esse dicebat, materialem seu topicam omnino iam negat autoritate Hippocratis. At inquam ipse Hippoc. multa habet anatomica & tractatus de natura? In lib. de natura pueri expedit

Reiicitur imperfecta & oscitans anatomia.

Hippocrates solers anatomicus.

dit generationem eius. De carnib. membrorum conformationẽ docet: Ita de natura humana tractantur principia. Sunt & tractatus de corde, ossib. locis in homine, de septimestri & octimestri partu, de superfætatione: de corporum anatomia, de glandulis, & de locis ait: ꝙ natura corporis sit principium sermonis in arte medica. Quomodo sui oblitus est Hippocrates tot tractatibus scriptis, & ad posteritatẽ missis; Neutiquam oblitus est, sed Sophista calumniose eius dictum exponit. Ita enim sequitur: Νομίζω δὲ ὅτι περὶ φύσιος γνῶναι τι σαφὲς οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἔσται, ἢ ἐξ ἰητρικῆς. Τοῦτο δὲ οἷόν τε καταμαθεῖν ὅταν αὐτήν τις τὴν ἰητρικὴν ὀρθῶς πᾶσαν περιλάβῃ. Anatomicam doctrinã & notitiã naturæ humanæ, sentit petendã esse ex medicina; siquidem nullibi, quã ex eã aliquid certi & perspicui possit cognosci. Cur ergo medicos illos reprehendit? Quia aliunde, non ex medicina de natura cognoscebant, veluti in circulis sophistarum exiles captiunculas venabantur, putantes se strophis istis arreptis sat instructos de natura esse. Et hoc patet ex Platone. Deinde satis erat illis superficialiter, & quasi canis Nilum in transcursu, hominem inspexisse, vt scirent hoc esse ventriculum, illud epar, &c. actiones autẽ quarum gratia erant instrumenta, & mo-

Eiusdem libri testimonium aduersus Paracelsicum.

Qui anatomici sint reprehensi.

ditam & lacte asinino probe enutritam linguam habuit. Cum itaque hoc fieri nequeat; relinquitur vel indiscretim quęuis cuiuis adhiberi; vel Empirice agi. Inter hæc adiudicat Galenicorum linguam stercoribus examinandis, satis modeste & pudice, vt decebat nebulonem. Deinde idem comprobatur Dioclis testimonio; qui negauit omnium vires esse easdem existimandas, quia eundem habeant colorem, saporem &c. Si dixeris: at Galenus Dioclem Empiricum confutauit: Respondet; eum id fecisse ex stupore, quem procul dubio cum lacte ASINAE NUTRICIS suxerit: Hoc probare nititur testimonio exorato, vt iudicent quisnam sit Empiricus, Isne qui veras rerum facultates, morborum omnium, atque sanitatis caufas, easque latentes vel internas solis vulcani oculis patentes, cognitas habet; an is, qui rusticorum iudicio, Vetularum curationibus & experimentis frequentius vtitur, & sola empiria & autoritate scriptorum vbique nititur. Ipse autem fert sententiam, & Galenum magnum vocat asinum qui non debeat medicinæ monarcha haberi, omissa libertate iudicij: contra illud: amicus Plato &c.

Dioclis iudicium de non iudicando eodem ex colore eodem.

Galeni stupor.

Quis empiricus.

Oculi solius Vulcani.

Rusticum iudicium ineptum.

Galenus magnus asinus.

Hæc

Hæc eſt Dianœa Neoparacelſi. Sed *Stoliditas*
adeo purulenta & fœtida, vt iures in do- *paracelſici.*
micilio illo natam, ex quo Galenicis lin-
guis ille petit lactucas.

Propoſitio tota eſt falſa. Tabe enim
ὑχέϖοντος transmutata eſt ex veritate Hip-
pocratica, in ψεῦσμα Neoparacelſicum.
Firmamentum eius prolixum de vno tan-
tum ſenſu atque altero fabulam narrat.
Primo damnatur guſtus; quia non poſ- *De guſtus*
ſit varietates guſtatilium diſcernere. Sed *impotentia.*
hoc grande eſt mendacium. Nam vnum- *Senſoria na*
quodque organum ita a Deo per naturam *turaliter cō-*
inſtructum eſt, vt omnes differentias ſub- *ſtituta iudi-*
iecti ſui ſeu ſpeciei ſenſibilis ſufficienter *cant omnes*
poſſit diſcernere, modo ſit ſanum & ſe- *ſui obiecti*
cundum naturam conſtitutum, & legiti- *differentias.*
me applicatum ad ſenſilia. Neoparacelſus *Stolida elu-*
æſtimat guſtatum lingua ſua; quæ corru- *ſio linguæ*
pta vulcanianis eſſentiis, nequeat iudica- *Galenicæ.*
re de ſaporibus. Galeno ἐναισθησίαν inui-
det. Et quia negare non poteſt ipſum co-
gnouiſſe; ſcomma in eum iacit de lacte a-
ſinino. Ecce elenchum ignoratum; & pe-
titum principium. Dicitur ſimia nos guſtu *Simia gu-*
exuperare. Eius linguā optemus ſophiſtæ *ſtus.*
illi, vt in poſterum ſit ſaperda. Sed vbi reli-
qui ſenſus? Procedit ille vetus Diocles; & *De Diocle.*
negat ea eſſe æſtimanda iiſdem viribus;

quæ habent eundem colorem, saporem &c. Nos vero hoc non quærimus. Illud

Diocles fidē sensibus non adimit.

age; Num Diocles sensibus detraxit fidē? Hic obmutescit Neoparacelsus. Interim tamen hoc dicimus non esse plane

Probabile iudicium de virium conueniētia ex sensiliū conspiratione.

absurdum, si quis ea, quæ vnius sunt coloris, saporis, caloris & reliquorum similiter, secundum omnes sensus sanos cum sana mente coniunctos iudicet easdem vires habere. Cur enim non ita iudicem, si omne iudicium ex sensibus oritur? Exempli gratia: Sit mihi pomum flauum, dulce, spirans iucunde; tactu calidum, humidum moderate: Sonitu etiam soliditatem quandam & compactam naturam repræsentet. Sit alterius generis simile pomum; aut etiam flos quidam veluti Buglossi, aut Boraginis: cur non pronunciem hæc conuenire

Non tātum propria, sed & communia sensilia consuluntur & effecta spectantur.

viribus? Sed tamen Galenus noster tam stolidus non est, quin etiam communia sensilia in deliberationem vocet, & effecta experiatur. Sensus itaque nudi & per se soli, iudicij initium faciunt, ratio & experientia confirmat. Ita enim inquit in eo libro, quem citat Neoparacelsus: ὅτι μὲν οὖν ἡ πεῖρα διδάσκαλός ἐστιν τῶν εὐπίστων, &c. ἅπαντες ἴσας, &c. Item initio eius libri sensum & rationem vocat principia demonstrationis, quorū vel vtroq; vel alterutro

sibi

sibi sit vtendum, &c. Et experientiam itidem necessariam astruit. Quod autem ait Galenum existimasse Dioclem Empiricorum numero habendum, ego in Galeno non video. Hoc inuenio, Galenum vocare eum δογματικόν: Dicere etiā ꝙ putauerit ἐκ πείρας μόνης ἐγνῶσθαι τὰς ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεις, καὶ μήτε ἐκ τῆς κατὰ κρίσιν ἐνδείξεως, μήτε ἐκ τῆς κατὰ χυμούς, ὥσης δὲ καὶ ἄλλης τῆς κατὰ μόρια τῶν φυλῶν, οὐκ ἐμνημόνευσεν αὐτῆς, inquit. Et tandem addit, multos experientia vti indifferenter, vnde errata eueniāt, sicut & in medicamentis censendis. Video Galenum addere aliquid ad Dioclis sententiam, nempe alimentorum vires, seu quod nutrire possit aut non, etiam patere posse ex discretione partiū in plantis, &c. & monere alios, ne male vtantur experientia. Accusationem, quod a Dogmaticis defecerit ad Empiricos, nō cerno. Itaque temere conqueritur Sophista de stupore Galeni: Et grauissimo mendacio auget crimen, dum ei ascribit solam experientiam & iudicium rusticum, quod tamen Hippocrati erat aureum & nobile. Sed audite fumi venditorem, & agyrtam. Ita intonat: Chymici Spagiri VERAS rerum facultates: OMNIVM Morborum & sanitatis causas; easque latentes; & solis vulcani oculis patentes cognitas habent; ad-

Diocles non habitus a Galeno Empiricus.

Errata in vsu experientia.

Nutriendi vis nō solum experientia, &c. cognoscitur.

Mendaciū Paracelsici.

Proclamatio circumforanea.

este & iudicate, an non sint dogmatici. Quid dicent boni viri? Delirare illum nugatorem affirmabũt. Quia enim insensatos requirit iudices; & ea profitetur, quę interna sunt, & latent, & SOLIS Vulcani oculis innotescunt, non opus est hominibus sensatis. Vtatur testimonio Vulcani sui. Quis enim alius iudicet, præter eum, qui solus cognoscit? O Ridiculum agyrtam. Non vult homines videre oculis humanis, sed Vulcani. Cum eo ergo dormiat, & vigilet, quoad libuerit, quid nobis cum sterquilino? Ne tamen superbi Neoparacelse. Nam nobis quoque familiariter notus Vulcanus, at non solus est. Eum consuluimus ad nauseam vsque: sancte affirmat te esse Cumanum asinum, & mẽtiri turpiter. Noluimus nostro Vulcano credere, accessimus Paracelsicum, Dornesium & alios. Illi omnes aliis vident oculis quam tuus. Erit ergo is tam fidus testis, quam tu sapiens medicus. Cur autem Vulcani linguam non affers? scilicet ne possit accusare vitriolatum saporem in sale tuo: & abiecta horrenda medicina clamare; Te dij infernales perdant, hoc non essentia, sed merum atramentum est. Videte viri boni, Neoparacelsus a vobis poscit credulitatem: & si exhibuerit stercus, iubet credere essentiam ambræ esse. Nam vos

Delirat Paracelsicus.

Solos Vulcani oculos requirit, omnes alios repudiat.

Galenicis non est ignotus Vulcanus.

Paracelsici Vulcanus suo aduersatur domino.

Sal Veneris quem graman facit, est atramẽtum.

vos non pōteſtis iudicare, quia Vulcani oculis caretis. Hem aſtutias. Quid autem ſi ille ſal venereus nunquam vidiſſet Vulcanum. Talem enim rem nos poſſumus facere ſine omni igni, qualia multa Chymici cōcinnant, adeo vt cum hic ſolos vulcani oculos requirat, ne Chymicum quidē ſe eſſe teſtetur. Noſtrum monarchā vocas magnū aſinum. Scito nos pro monarcha aſinum non agnoſcere, neq; medicinæ inuentionē aſcribere Galeno. Deus.n.medicum creauit. Ad Deum veteres principium retulerunt. Opera autem Galeni in excolenda & propaganda ea, ſicut & reliquorū, nobis nō ſordet, qua rationi & experientiæ rerū cōſentanea inuenitur. Vbi errauit, nō parcimus ei. Interim vocamur Galenici, Hippocratici, Aſclepiadæ, Machaonij, Podalirij, Pœonij, Apollinei, Auicenniſtæ, & neſcio quib. aliis ornamur titulis, idq; nō noſtra exactione, verū aliorū iudicio, qui putant nos nomina autorum cum ſententiis, hæreditario accipere iure, Nobis ſatis eſt, ſi a profeſſione nuncupemur medici; & a naturæ ſtudio, Phyſici. Tu vero cum Galenum aſinum vocas, qui lac aſinæ ſuxerit, proſtituis pudorem tuū, & ingratiſſimus es omnium cuculus, qui in alienum irrumpēs nidum genuina corrumpis oua, & impurum tuum fœtum ibi relin-

Cur ſenſus hominibus adimat Paracelſicus.

Medicinæ inuentio nō eſt Galeni.

Galenus miniſter medicinæ.

Medici ab artificibus primarius dicti.

Galenus impudēter aſinus vocatus.

Paracelſicus cuculus.

relinquis, qui postea grandæuus non veretur scelerate vorare nutricē suam, quod omen Deus a patria tua & Ecclesia sua auertat. Sed pergis in Hippocratico illo libello insanire. Calidum non habet magnam potentiam, inquit Hippoc. sed austerum, acerbum; Item frigiditatem & caliditatem minime potentes in corpore inesse existimo: Ergo dissentit a Galeno, qui illis vim principiorum eamque magnam tribuit.

Alia sententia Hip. deprauata de qualitatib. simplicibus.

Paracelsicus textum deprauat.

Hic Sophista primum declinauit scopulum humoris. Nam Hipp. non πικρὸν ibi ponebat, sed πλαδαρὸν: quod si retinuisset; iam principium Galenicum calidū, humidum deprehensum fuisset Deinde consequentis elenchum committit. Non enim consequens est, si Hippocrates in diætæ ratione negat calidi & frigidi vim magnam esse, idque etiam in vnguentis, & fomentis asserit; ipsum a Galeno dissentire. Vult istas qualitates primas in medicina artificiosa, & potissimum diætetica, omnis generis facultates sub se habere; non humidum solum sed & siccum. Itaque simplicibus illis nō multum est virium, sed temperatis seu in crasi existentibus, plurimum. Neq; id immerito. Conspirant enim tunc vires plures quibus ministrant qualitates primæ. Et si aliquando

Hipp. in dieta vim magnam simplicium qualitatū negat.

In mistura plures vires conspirant.

excessū

excessu suo noceant, cum tamen solę sunt, ideo facile ait posse corrigi, opposito frigori calore, &c. Et hoc ita explicat, etiam aduersarius, dicens Hippocratem fateri, si a synceris & superficialibus qualitatibus oriantur morbi, facile eos posse corrigi. Sed hæc ne aduersantur Galeno? Negatve Galenus morbos in intemperie? Crases non agnouit? Et Hippocrates adhuc agit contra malos medicos, qui non sapiebant vltra simplices illas qualitates, illisq; opponit commistas. An inde consequens est simplices non esse temperaturę principia? An inde negantur humores? Nemo potest hoc videre, nisi Vulcani oculi Neoparacelsi. Quæ autem nos de crasi seu qualitatibus illis coniunctis cum aliis in mistione, dicimus: illa videtur iste accipere Spagirice de essentiis, & tincturis. Ita enim ait: si morbi oriantur a synceris qualitatibus, facile sanari posse contrariis fatetur Hippocrates: Verum si tincturas habeant calidas ac potentes, desperata esse omnia, tam Arabum quam Græcorum remedia. Hæc ille. Primum victus a veritate cogitur tandem assentiri morbos oriri aliquādo etiam a simplicibus qualitatibus, quanquam & affectiones & symptomata interdum gignant. Non ergo totus Galenus est falsus, quanquā is nunquam id solum statuit.

Paracelsicus inuitus veram sententiam admittit.

Crasis est Paracelsico tinctura.

Falsa interpretatio.

Veritas euincit Paracelsicum.

Contradictio Paracelsici. statuit. Deinde aduersatur sibi ipsi, dum tincturis adiungit caliditatem, cum tinctura sit quædam res spagirica a corpore liberata, cum quo corpore dixerat simul phantasticas illas qualitates discedere. *Arabum remedia stultè repudiatur.* Insuper Arabum remedia omnia cur abiicit? An Spagiri, ab Arabibus orti, vt volunt, non habent quod opponant? An Hippocrates sciebat in Arabia esse medicos? Præterea quo argumento demonstratur Hippocratem tincturas agnoscere? *Hipp ignorauit tincturas Paracelsicas.* Ait ille frigiditatem simplicẽ posse facile curari, ἤν γε μὴ παντάπασιν παγῆ τὸ σῶμα, nisi omnino corpus conglascat: Hoc nō est, remedium negare propter tincturas calidas & potentes: Sed propter victoriã morbi & iam extinctũ calorem, quæ res mors est, aut extremũ periculũ calore, aut prorsus, aut pene toto deleto. Miraculosus erit Neoparacelsus, si auxilio sui Vulcani mortuos vitæ restituet. Sin illud colligit ex calore & frigore, vt sunt in crasi coniuncta aliis viribus, quas ipsæ primæ, & simplices qualitates in materiis vnitis inter vniendum & miscendum actione passioneque mutua effecerunt: *Mendaciũ Paracelsici.* mentitur turpiter neque Græcum neq; Arabicum remedium quicquam valere. Hippocrates *Cura fluxionis.* eodem in loco curam adhibet in fluxionibus ardore perfrigerato, frigore calefa-

cto

ctò (de partibus talibus accipio) at fluxionibus ipsis ad temperiem redactis & cõcoctis. Reducere ad temperiẽ & coquere sit ne impossibile naturæ a medico adiutæ? Sed quid tandem sint illæ tincturæ explicat verbis Hippocratis: Et his maxime (inquit) homo afficitur (intellige tincturas calidas & potẽtes) quia secundũ Hippocratem: Quæcunq; homo patitur, omnia a facultatum potentiis proficiscuntur. Dictum explicatum est supra. Hic potentiæ seu facultates maxime sunt tincturæ Neoparacelsicæ, quæ corpus lædant. Non dicit Hippocrates maxime id fieri a tincturis, sed simpliciter omnia a facultatib. fieri. Tincturas solent vocare Chymici extractos cum essentiis colores rerum, ad tingẽdum aliud similiter aptos. Inepte ad morbos applicantur, quasi & his sint tincturæ fortes, quę Hippoc. vocentur facultates, quæ vox longe designat aliud. Etsi enim per tincturas accipias humores, habitusq; qui in arquato nigro, ictero & aliis fœdant corpus; Hippocrati tamen hi ipsi neutiquam sunt facultates seu potentiæ. An non illæ quas ante sæpe nominauit, & post subiicit, nempe amaritudo quam ille solitam vocari flauam bilem, ait? Item cum dicit frigiditatem & caliditatem omnium δυνάμιων ἥκιστα δυναστεύειν ἐν τῷ σώματι: mani-

Tinctura quid secundum Paracelsicum.

Tinctura Chymica.

Facultates Hippocratica eius loci.

manifestas vna comprehendit. Vt sic Hippocrates omnia fieri in corpore pathemata scribat a qualitatibus simplicib. & hoc nisi ad extremū sit peruentum minime perniciose; Deinde ab his, quæ crasin sequuntur, vt acerbitate, amaricie, & aliis: tertio ab humoribus. Infra Hippoc. ait: cæterum & hæc cognoscere oportere mihi videtur, nimirum quæ affectiones homini ex facultatibus ac potentiis quæ item ex figuris eueniunt. Quod autem dicto tale est: nempe nosse facultatem, esse nosse summas vires & robur humorum. Suntne hæ tuæ tincturæ Neoparacelse? Tune transires in Galenicorum castra? Vide quam turpiter te prostitueris. Deinde an illa ipsa nequeant curari? Cur Hippocrates amaritudini, quam bilem vocat (intellige aut similiter per dulcedinem ipsum intellexisse sanguinem & pituitam dulcem, per acciditatem bilem atram, per stypticitatem pituitam, acidam, aut etiam atram, & æruginosam bilem, &c. (opponit purgationem (iterum galenissat Spagiricus Hippocrates) seu naturalem seu artificialem tempestiuam, & addit, manifeste ægrotos & a dolore & calore liberari? Ecce deprehensus es ἐπ' αὐτοφώρῳ. Finge aliquid, nugare, mentire, cœlū terræ misce, & Vulcanum illum claudum cum forcipibus ad-

Has secūdas vocant.

Nosse facultates quid.

Curabilia sunt ea quæ Hipp. posuit, citra tincturas Galenica.

bus aduoca, nũ possit oculis suis κρησφύγετον videre. Multũ iam ipse cedis. Non potes qualitates exhæredare, relinquis eis locum secundarium. At ego tibi dico illas ipsas esse, quarũ primaria actione illæ occultæ possunt prodire. Necesse enim est has pugnam exordiri, καὶ προμάχεσθαι. Cum his postea se promunt reliquæ. Neq; adeo extenuãda est earum actio, si possunt corpus destruere, & frigus efficere eius cõcretionem, & congelationem, sicut dicebat Hippoc: Si vltimum afferre queunt periculum, ergo & id quod paulo abest ab vltimo, & sic deinceps. Ideo ab Hippocrate leuis & ars eius existimatur, quia facile possunt emendari, nõ quod adeo inualida sit earum actio. In libro de carnib. assignat eis principalem vim in generatione partium, quanquam agant pro cuiusq; materię dispositione & natura. Post hęc castrum anatomiæ aggrederis, & ostendis ab Hippoc. omnem reiici anatomiã, tanquam nõ necessariam medico, imo Sophistã, & pictoribus potius vtilem, quam medicis. Vnde consequẽs est, & Galenum & nos damnari, qui ad vanam rem consequendã Italiam adiimus. Hippocrates Gręcus ita loquitur: Λέγουσι δέ τινες καὶ ἰητροὶ καὶ σοφισταὶ ὡς οὐκ ἔνι δυνατὸν ἰητρικὴν εἰδέναι, ὅστις μὴ οἶδεν ὅ,τι ἐστιν ἄνθρωπος καὶ ὅπως ἐγένετο πρῶτον, καὶ ὅπως συνεπάγη.

Qualitates primæ Paracelsicũ tandem vincũt.

Simplices qualitates non contemnenda.

Cur leues qualitates illæ.

Vis qualitatum in generatione.

Contra anatomiam Galeni.

ἐγὼ δὲ τουτέων μὲν ὅσα τινὶ εἴρηται σοφιστῇ ἢ ἰητρῷ ἢ γέγραπται περὶ φύσιος ἧσσον νομίζω τῇ ἰητρικῇ τέχνῃ προσήκειν, ἢ τῇ γραφικῇ, &c.

Interpretatio loci.

Falsi quidam medici & sophistæ Hippocratis tempore in ore habebant, neminem posse scire mediciná, qui ignoraret quidnam esset homo; & quomodo genitus primum, quomodoq; cõpactus. His opponit iudicium suum, nõ absolute nec simpliciter, sed de anatomia illorum medicorũ & sophistarum, quã illi de naturæ cognitione habebant, ꝙ minus conferat aut conueniat medicinæ quam pictoriæ. Non negat nihil conferre, sed id parum esse dicit. Et hoc perinde se habet, ac si dicerem de Neoparacelsicis: Gloriatur ille nullũ medicum posse esse sine noticia Chymiæ huius: At ego dico, eam Chymiam, quã ipse profitetur aut describit, ne tantillum quidem prodesse medicinę cum potius inseruiat pictoriæ ad colores depurandos. Talem & illi anatomiam habebant, vt nõ medicis sed pictoribus cõgrueret. Quid ergo, num nulla naturæ noticia & anatomia est necessaria medico? Neoparacelsus supra essatam suam necessariã esse dicebat, materialem seu topicam omnino iam negat autoritate Hippocratis. At inquam ipse Hippoc. multa habet anatomica & tractatus de natura? In lib. de natura pueri expedit

Reiicitur imperfecta & oscitans anatomia.

Hippocrates solers anatomicus.

dit generationem eius. De carnib. membrorum conformationẽ docet: Ita de natura humana tractantur principia. Sunt & tractatus de corde, ossib. locis in homine, de septimestri & octimestri partu, de superfætatione: de corporum anatomia, de glandulis, & de locis ait: ꝙ natura corporis sit principium sermonis in arte medica. Quomodo sui oblitus est Hippocrates tot tractatibus scriptis, & ad posteritatẽ missis; Neutiquam oblitus est, sed Sophista calumniose eius dictum exponit. Ita enim sequitur: Νομίζω δὲ ὅτι περὶ φύσιος γνῶναί τι σαφὲς οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἔςαι, ἢ ἐξ ἰητρικῆς. Τοῦτο δὲ οἷόν τε καταμαθεῖν ὅταν αὐτήν τις τὴν ἰητρικὴν ὀρθῶς πᾶσαν περιλάβῃ. Anatomicam doctrinã & notitiã naturæ humanæ, sentit petendã esse ex medicina; siquidem nullibi, quã ex ea aliquid certi & perspicui possit cognosci. Cur ergo medicos illos reprehendit? Quia aliunde, non ex medicina de natura cognoscebant, veluti in circulis sophistarum exiles captiunculas venabantur, putantes se strophis istis arreptis sat instructos de natura esse. Et hoc patet ex Platone. Deinde satis erat illis superficialiter, & quasi canis Nilum in transcursu, hominem inspexisse, vt scirent hoc esse ventriculum, illud epar, &c. actiones autẽ quarum gratia erant instrumenta, & mo-

Eiusdem libri testimonium aduersus Paracelsicum.

Qui anatomici sint reprehensi.

dos & caufas omittebant, itaque nulla erat vtilitas eius notitiæ in re medica, fed potius in pictoria. Multos tamen ait fibi videri fcientiã eatenus acquifiuiffe, vt hiftoriam hanc calluerint fciuerintque quid fit homo, & ob quas cauffas gignatur & reliqua ἀκριβέως ftudiofe. Sed neq; hoc fufficere putat. Itaque ait fibi videri ἀναγκαῖον εἶναι παντὶ ἰητρῷ περὶ φύσιος εἰδέναι, καὶ πάνυ σπουδάσαι εἴπερ τι μέλλει τῶν δεόντων ποιήσειν. Neceffariam medico naturæ fciẽtiam effe dicit, fiquidem velit fecundum officiũ operari. At quomodo eam fcire debet? Explicat rem exemplo, fcire debet ὅ,τι ἐστὶν ἄνθρωπος πρὸς τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα, καὶ ὅ,τι παρ' ἑκάστου ἑκάστῳ συμβήσεται, καὶ μὴ ἁπλῶς οὕτω δοκέειν ὅτι πονηρὸν βρῶμα τυρός. Πόνον γὰρ φέρει τῷ πληρωθέντι αὐτοῦ. ἀλλὰ τίνα τε πόνον, καὶ διὰ τί καὶ τίνι τῶν ἀνθρώπων ἐνεόντων ἀνεπιτήδειον, &c. vult partes in homine confiderari cum effectis & adiunctis, vt fciat fi quis cibus aut potus ei dandus fit, quomodo affectus inde fuerit, quidq; expectare debeat, veluti fingularis natura cũ perfpecta eft, & crafis, feu vt vocant complexio eius, fi danda fint poma, pronunciandum eft, nocebunt, vel aliter pro natura. Neq; tamẽ hoc in genere; fed & qualis affectio fit inde euentura, veluti ructus, flatus, cruditas, hic ibi, tali cum euentu in vnoquouis. Itaque Hippocrates cele-

Neceffaria medico diligens noticia natura.

celebrat anatomiam, eamq; requirit non secũdum noticiam historicã, seu nudam, sed vt accommodetur ad vsum medicandi &cibandi, vt cognita constitutione partiũ corporis, postea ægrotis possimus dicere non quidem, hic situs est ventriculus, epar est in dextro hypochondrio, intestina vẽtriculo cohærent, &c. Sed talis natura est partis huius, tale habet temperamentum: ita tu dispositus es, ita afficieris ab hoc illo; Hoc caue, illud vsurpa, &c. Hæc est vera expositio textus Hippocratici. Quid autẽ Neoparacelsus? Plane portentosum agit interpretem. Nouo conatu audet transformare Hippocratẽ in Spagirum. Comprehendemus eum syllogismo:

Paracelsicus portentosus interpres.

Aut essatam anatomiam requirit in medico, Hippocrates, aut topicam:

Hanc non: Illam ergo.

Hippocratẽ non Galeni sed Paracelsi anatomiã essatã, quæ non corpus humanũ secat, sed medicinas requirere.

Assumptum probatur: quia 1. lanienam cadauerum Galenicam repudiat, eamque Sophistis, malis medicis & pictorib. relinquit. 2. Deinde quia essatam multis verbis attingit. 3. Requirit internam & vere medicam. Topica non est interna & medica, sed pictoria. Ergo hanc repudiat. 4. Postulat authores morborum & sanitatis & totius liturgiæ humanæ. Hæc nõ sunt topica. Hanc ergo nõ probat. 5. Quæ medico sunt

necessaria ab Hippocrate requiruntur: At hæc in cadauere non sunt: quia teste celso abierunt: Non ergo cadauerum sectionē postulat. 6. Item illā anatomian desiderat, quæ est ex medicina. Topica non est talis; Ergo topicam non desiderat; Et per consequens nec aniles & phantasticas speculationes de humorib. & qualitatibus. Assumtum huius probatur: quia per medicinam intelligit medicamenta (Græca vox est ἰατρικὴ) depromta ex anatomia effata, & debite præparata; quæ spiritus membrorum, autores attractiuæ, retentiuæ, alteratiuæ, & expulsiuæ oculis VISIBILES subiiciunt. Declaratio proleptica: Hanc anatomiam nō in solis vegetalibus ponit, sed & mineralibus, animalibus, metallis & lapidibus. Πᾶσαν: Quia inquit ipsam medicinam totam: vox adiectiua, ipsa, relatiua (Græcus αὐτὴν: non relatiua est, sed demonstratiua vox) ostendit quod non loquatur de libris medicorum, qui dissentiunt de humorum crasi & dyscrasia: Vox TOTA: omnes macrocosmi partes vult sedulo lustrari: hoc est, vegetalia animalia, mineralia, metalla, lapides per Spagiricam præparationem. 7. Aliud argumentum: Vocat topicam anatomian narrationem, hoc est, fabulas, opiniones, concertationes de logica hominis descriptione,

Medica ars Paracelsico est medicamentum.

Virtutes naturales sunt visibiles Paracelsicis.

Vox ipsa demonstrans, Paracelsici Grammatica est relata.

Hippocrates vult omnia destillari quæ sunt in mundo, etiā cælum, &c.

ptione, fine, materia, &c. Ergo hanc non admittit. 8. Aliud Hippocrates requirit naturæ luculentam notitiam, vt proprietates, facultates internas, in homine & cibis, vnde dependet vera ratio diætæ: At hęc in topica anatomia non ſunt. Non ergo topicam commendauit, ſed eſſatam, in qua illa ſunt omnia: quia Vulcanicis oculis omnia videt, quibus caret topica, ſed ſaltem coniectat de natura ignota. Digreſſio hic eſt ad medicos Galenicos, qui Diætam ſtrictam tunc præcipiant, cum aliquid lauti apponitur, vt hoc ipſis vorandum relinquatur. Hactenus Neoparacelſus. Proſyllogiſmi, ſeu potius proparaſyllogiſmi ſunt octo numero. Adeo acutum vidit Vulcanus eius. Diſtinximus eos numeris, vt facilius agnoſcantur a ſtudioſis. Negamus aſſumtum: & ad probationes dicimus, quod turpiter principium petant, & autorem arguant ſtolidiſſimæ imperitiæ in Phyſica tota, & Grammatica & medicina; quin & calumniæ iniuriæque damnent. Prima ratio ſaginata conuitio eſt. Vocat anatomicas ἐγχειρήσεις lanienam cadauerum. Delirat: & a ſectariis ſuis deficit. Dorneſio non fuit laniena, ſed vtile opus ad noticiam corporum, facultatum, actionum, proprietatum, originis, materialiũ prin-

De diæta medicorum & ingluuie.

Confutatio.

Stolida imperitia Paracelſici.

De 1. ſophiſmate.

Anatomia non eſt laniena.

Necessarium esse incidere corpora mortuorum, eorumque viscera atque intestina scrutari, longeque optime fecisse Herophilum & Erasistratum, qui nocentes homines ex carcere acceptos viuos inciderint &c. *Viuorum anatomia a Celso probata.* Neque esse crudele, sicut plæriq; proponunt, hominum nocentium, eorumque paucorum supplicio remedia populis innocentibus seculorum omnium quæri. Ostendit postea necessitatem sectionis viuorum multis rationibus, in quibus & hæc est, quam citat Neoparacelsus. Nihil esse stultius, quam quale quoque viuo homine est, tale existimare esse moriente &c. Quid ergo? Vult ne Neoparacelsus, vt viuos secemus? Nullo modo. Cur ergo obiicit Celsi dictum? Ita insanit; neque quicquam ruboris in fronte habet. Si Celsum probat: pro simplici anatomia topica, duplicem largitur. *Ex Celso duplex anatomia.* Veruntamen ille viuorum sectiones in aliquibus saltem requiri ait, non reprobans etiam cadauerum; quam concedi necesse est, cum vix quisquam viuus duret, vsque dum omnia sint secta. *VI. Paral.* Sextum delirium etiam stulticiam ipsam superat. Assumptum est vanissimum, quod nulla eget probatione. *Ridiculus sophista.* Transformat artem medicam in medicamentum, seu potius in medicamenti materiam. Hui quam Vulcanice? Sed ridendus

tuo conuenit. Sed bonas nobis exhibes fabulas, & ridiculas historias cũ tua Grãmatica. Adeste pueri, & ferulis Neoparacelsi sapientiam castigate. Negat Hippocratem designare per vocabulum ἰητρικῆς, artem medicam, quæ in præcepta redacta libris artificum ad memoriam descripta extat. Quia dic IPSA: quæ sit vox relatiua. At vsitato Græcis & latinis sermone iatrice designat artem medicam, & IPSA, hic est demonstrantis. Ne ergo cesset ferula. Insultat arti libris descriptæ. Quid tũ postea, inquam: Descriptum in charta extare non facit artem, neq; est de eius essentia; modo designet eam quæ continet theoremata medica catholica. Sed neq; hoc concedit. Quid ergo; materias minerales, animales vegetales, metallares, lapideas. Atqui hoc impurum mendacium est nusquã in Hippo. illo sensu extante. O Doctum tamen sectorem. Cur omisisti cœlestes? Nam & hæ sunt pars macrocosmi; Et tu omnes poscebas. Non deuorari hæ possunt; at vsus eorum in medicina per magnus est secundum virtutem. Quidam etiam dicunt cœlum in Imis contineri. Vnde cœlum philosophorum & stellæ apud Lullium, vna cum quinta essentia. Non ergo debuerat cœlestia omisisse. Sed & mirabilis logicus es in cœteris. Cur metalla & la-

Ineptus Grãmaticus.

Quam artẽ designet Hippocrates.

Diuisor paracelsicus duplex committit vitiũ.

Cœlum in imis.

An Galenici mineralia abiiciant.

& lapides ſeiungis a mineralibus? Dignus eras etiam logica ferula. Galenicos pungis; quod metallica & mineralia repudient, in quibus tamen præſtantiſſima pars anatomiæ eſſatæ, & nobiliſſimi membrorum ſpiritus lateant. Si poſſes verum dicere & oculis monſtrare, ego exorarem Galenicos, vt pedibus irent in tuam ſententiam & manibus irreperent. Quæſo te vt tibi habeam fidem, monſtra mihi in quo minerali latet ſpiritus ſophiſtæ; vt eum ſciam, & poſſim excoquere ad purum. Monſtra autem ita, vt oculis cognoſcam, & certo concludam illum ſpiritum tuum eſſe. Caue vero ex ſpiritu mihi facias corpus aliud, quam quod ſua natura eſt. Galenici credunt te potius cerberum a ſolio regis inferni poſſe in luce ſuperna monſtrare, quam promiſſis ſtare. An autem a medicina exulare iubeant mineralia & metallica, teſtantur veterum & recentium ſcripta, quæ te turpiſſimi conuincũt mendacij. Interim tamen adeo dementes non ſunt, vt ſi parabiliora, & ſecuriora ſuppetant ex vegetalibus, animalibus & calore cœleſti; incertas tuas actiones, & mutabilia & admodum ſuſpecta mineralia, non ſine magno labore & precio redimenda, approbent vſurpentque. Non eſt in illis ſolis chymia. Vtentur illis cum commodum

In mineralibus eſſe ſpiritus membrorum nobiliſſimos mirificum paradoxum.

Galenici, non ſunt ambigui mederi, vbi certiora ſuppetunt. cum non ſit neceſſarium curare per mineralia.

dum

dum erit, te inconſulto. Interim cur tu tantopere prædices mineras tuas bene vident, cum enim ſint cothurno verſatiliores, facile potes latitare, & quiduis pro eſſentia venditare, quam verſutiam vegetalia & animalia tibi intercipiunt. Quã velles vt tecum in ſpecus metallicas deſilirẽt? Quod ſpeculationes de humoribus & craſſibus vocas phantaſticas & aniles, maliciæ tuæ eſt. Celſus quem citaſti, ſapientiſſimorum ſententias vocat. Si de iis contendunt medici; id facit ad veritatis inuentionem. Contendunt autem ita; vt interim nullum ſit detrimentum medicinæ. Paracelſica principia non tantũ controuerſa ſunt, anilia & phantaſtica; ſed & ſtulta & impia; dico autem principia ea, quę pro artis pręceptis habet veritati vim facientia, quorum numerum eructauit inſanum. Sed pergamus. In ſeptima inſania ille bonus Græcus & latinus ex ἱϛορίη & narratione facit fabulam. Debent tibi Græci & latini pueri pro hac ſtulticia virgas bene lentas & mordaces. Tune tantus aſinus non vereris ex hiſtoria facere nugas in re ſeria? Non vis nobis permittere ocularem anatomiam; iam etiam rationalem tollis. Si trunci eſſemus, quos Vulcano obiiceres, id malles. Sed trunci in malleos verſi excutient tibi & ſenſus tui & rationis nebulam;

Galenici omnem vim scientiæ excutiunt.

lam; tuamq; vanitatem vel pueris ridendam propinabunt. Si omnem scientiam ex caussis deduxisti; & nostri per sensus & rationem philosophantur de causa efficiente, materiali, formali, finali hominis, quid requiris amplius? Scilicet nemo hominum hactenus quid sit homo cognouit. Sed tu in crucẽ cum tuis deliriis. Octauum τερέτισμα non est melius prioribus. Fallit assumtum κατά τι elencho. Non omnia quæ medicina requirit, sunt in anatomia. Magna tamen portio inest, & fundamentorum pars prima. In tua vero vulcanica sectione quid habes de medicina amplius, quã quod nostri Seplasiarij, & metallorum coctores? Putida enim esse figmenta, quæ blateras de perfecta cognitione omnium per eam, supra demonstrauimus. Diætam melius in fornacibus, & focis coquorum vulgarium quæram, & inveniam, quam in ventribus equinis Vulcani tui. Dignus eras qui per mensem sine alio cibo & potu ibi detinereris, vt a mineralium essentiis viueres. Nos omnia coniectare, vane dicis. Aliquas coniecturas in applicatione præceptorum ad singularia sequi necesse est. Ars habet nullas. Cœtera virulentiæ tuæ testimonium perhibent.

VIII. Sophisma.

Anatomia paracelsica vix aliquã ad medicandum materiam præstare potest, de arte vero omnino nihil.

Coniectura Galenicorum.

Non respondetur stulto ad omnia conuitia.

Adhuc de dissensu Galeni & Hippocratis. Audite nunc etiam dissidium Galeni cum ipso.

cũ ipſo. Monemus in veſtibulo huius diſputationis, medicã artem ad autores ipſos, a quibus collecta & explicata eſt, non ita alligatam eſſe, vt nullum ſibi ius in natura rerum ſeruauerit. In rebus enim ipſis, vſu & experientia, noticia ſenſuum & rationis præcedente, ſpectata confirmataq; cõſiſtit primũ. Inde eminet elucetque. Itaq; & aliquibus partibus per mundi ſecula incrementa capit, dum ſe exerit magis. Ad eam reuocanda ſunt autorum decreta & explicationes, vt ſi conſenſerint, valeant, ſin minus, repudientur. Fatemur veteres multũ præſtitiſſe in obſeruanda, explicanda, tradẽdaq; ea, ita vt certis Theorematis comprehenſa ad artis abſolutionẽ, quantum, ab hominibus fieri cõſtituiq; poteſt, peruenerit opera ſequentium coniuncta prioribus. Sed & hoc non diffitendum eſt, antequã axiomata conſtituta ſint, dũ quædam ex probabili ſecundum nos, fuerunt eruenda, & ſyllogiſtico iudicio firmanda, extra artẽ de multis fuiſſe quæſitũ; & dubitatum, quæ dubitationes immiſtæ ſunt deſcriptioni toti, quæ cõſtat præceptis ſimul, & interpretamẽtis, & his quę aliunde, vt ex phyſicis &c. ad diſputationes fuerũt adhibẽda. Nec mediocriter laboratũ diſceptatũq; eſt de rebus medice enunciãdis, altero cõmodi᾽ altero & acutius de illis diſſerẽtẽ

De diſſenſu Galeni ſecũ met ipſo.

Ars vera eſt etiam errante aliquãndo artifice.

Ars edita eſt cũ interpretamentis & initiis ad inueſtigandum aſſumtis.

In diſciplina vocabulis etiam multa quæſita.

Itaque

Itaque cum verſamur in ſcriptis, quæ de remedica ad nos peruenerunt, inuenimus axiomata, eaque certa & immota, qualia ſunt: medicina eſt ars bene medendi: Bene mederi conſiſtit in notitia ſubiecti medicandi, & medica mentorum; vnde conſequens eſt artificioſa accommodatio vtriuſque ad ſanitatem tuendam vel profligatis morbis reſtituendam: Subiectum id potiſſimũ homo eſt: Huius duæ ſunt conſtitutiones: vna naturalis; altera aduerſa: Ibi integra & ſecundum naturam generatio, nutritio &c. conſideratur; ita vt conſeruatio tandem per ſimile ſeu familiare concludatur: Hic a naturali ſtatu diſceſſio, vitium ſeu affectio, & morbus cum cauſis & ſymptomatis explicantur, tandemque concluditur de medicamento, per quod præſens ſtatus morbidus reducendus eſt ad contrarium. Hæc primæ partis eſt ſynopſis quædam ſecundum exordia. Medicamentum iterum requirit duo; noticiam; & vſum. Noticia ſuppeditat cœleſtia, elementaria; & hæc ſimplicia, miſta; ſeu arte ſeu natura; ſumtis materiis ex animatis & inanimis; ſeu animalibus, vegetalibus, mineralibus; quibus ſingulis tum per ſe cognoſcendis opera impenditur, tum quatenus ad medicum vſum faciunt; in quo

Axiomata medica.

Duæ partes medicinæ delineatæ.

Adumbratio ſecundæ partis medicinæ.

duo

duo iterum sunt; nempe præparatio ad vsum & adhibendi modus &c. Hæc a generibus summis per intermedia ad vltimas species deducta artem constituunt, absoluuntque indubie. Inter hæc autem apud autores occurrunt etiam contentiones de constitutis & firmatis præceptis. Hæ miscendæ illis per se non sunt, siue de rebus agant, siue de rerum nominibus. Iudicio diligenti & exacto inter præcepta, & ea quæ olim fecerunt ad eorum inuẽtionem & firmamenta discernendum est. Sed multi admodum infeliciter in hac parte versantur. Omissis præceptis, reuocant disputationes, & quasi ars nondum esset constituta, incipiunt dubitare, disputareq; de axiomatis, more inuentorum, nec id sine calumniosa interpretatione & iniuria. Licet id academicis quidem, non vt conuellantur theoremata, sed vt adolescentibus monstrentur eorum inuentiones & deductiones, confirmeturq; scientia tota & iudicia instruantur ad constanter sentiendũ iudicandumq;, quanquã & Doctores academici potius debebant incipientibus Theoremata inculcare, quam disputationes de inuentis. At aliis fine peruertẽdi non item, præsertim his qui aliunde illotis manibus in artem inuolant, maleq; intellecto consilio veterum & more artis, portentosa

Iudicio opus est iunioribus vt diligenter discernant inter disputationes quæ sunt gratia præceptorũ, & præcepta ipsa quibus proponitur finis artis.

Infelix artium tractatio.

tentosa quæque contra ipsam inde profe-runt. Non ignotum nobis est in Galeno, Hippocrate & aliis multa occurrere satis controuersa, & per ingeniorũ, acutissimorum iudicia diu agitata, in quo fieri nõ potest, vt quisq; statuat idem. Ita enim non esset controuersia. Quin & sæpe euenit vt idem a seipso dissentiat autor, alio tempore aliter cogitans, aut experientia cumulatiore auctus; id quod pudoris inhonesti non est, imo sapientis est, ita moderari animum, vt quod in præsens occurrit optimum, teneas; sin experientia melius & firmius quid monstret, abiecto isto, hoc astruas tanquam verius. Quod si in aliquibus hæreas; cogites abstrusam esse naturam, & sagacitatem humanam valde obtusam. Itaque illud temporibus relinquendum erit, aut differendum ad vitam alteram. Non ergo offendimur Galeno aut alio a seipso dissentiente interdum (nisi id fiat sine omni ratione & temeraria leuitate) aut disputante. Rationes & argumentorum pondera conferimus, nostramque experientiam cum illius coniungentes, artem quantum fieri potest firmamus, statuimusqúe illa ipsa dubia de artis essentia non esse, sed eius constituendæ prodroma, seu vias modosque consiliorum & cogitationum ad eam

In autoribus ante constituta praecepta, multa dubia.

Idem autor non raro a seipso dissentit.

Modestia sapiẽtis mutare praua melioribus.

Temeraria secum dissensio improbatur.

Dubitationes non sunt de artis essentia.

eam elaborandam. Ita iudicamus etiam de enunciationibus & vocum diſciplinà. At noſtri Paracelſiſtæ pro arrogantia ſua, & ſupercilio inſolente, non intellecto modo artium conſtituendarum, ex illis ſententiis inter ſe collatis, controuerſiſque eliciunt artis noſtræ imbecillitatem & imperfectionem, imo vix vmbram eius nobis relinquunt, clamantes omnia eſſe plena factioſis opinionibus & incertis: nihil habere nos cui innitamur. Se poſſe certam, immotam, firmamque producere & ita ſtabilire, vt remoto omni dubio certiſſima eluceat veritas. Vtinam vero ſtarent illis tam magnificis promiſſis, & non potius fumos vulcanicos venderent. Verum enimuero hoc agunt, illud ommittunt, præſtito hoc ſolo, vt ſententiis quibuſdam conuulſis, & nouis præparationum modis, voculiſque inuentis in admirationem ex aliorum præ ſe contemtu perueniant, id quod ſtudioſe iam præter ſuperiora machinatur Neoparacelſus. Colligit contradictorias Galeni de humoribus ſententias. Sunto illæ tales; quid tum poſtea? Galenus hanc arti operam nauauit, vt illam puram abſolutamque relinqueret. Ad hoc ei per diſputationes de probabilibus fuit perueniendum. Si nos illas ſaltem conten-

Paracelſici artes iudicāt, cū artiū modum non intelligant.

Quid præſtent paracelſici.

Galeni diuerſæ locutiones de hū morbus, nō arguunt artis incertitudinem.

Galenus in medicina vir illustris. tiones haberemus, adiuti plurimum forcmus ad iudicandum enucleatius. At illud non solum. Vsu & experientia nostra secula instruxit ea, vt non immerito in medicina illustrem virum & ornamentum eius artis ipsum statuamus. Sed quænam sunt illa dissidia? Antequam proferantur, prooemium Paracelsica virulentia dignum præmittitur. *Inconstantia Græca.* Græco obiicit inconstantiam: leuem vocat. Notum quidem nobis est Aegyptios, vt refert Plato, Græcos semper pueros appellasse; aliosque credulitatem & fabulas eis exprobrasse; *Græci vigēt laude ingenij.* Veruntamen ingenij industrij, morumque ac legum optimarum laude non parum vigent. Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo Musa loqui &c. Inquit Horatius.

Platonis encomium. Cicero cum Platone errare mauult quam cum aliis vera sentire. *Græcæ leges.* Græcis Romana disciplina refertur accepta. Ingenij præstantissimi corona in vniuersis mundi exemplis, quod attinet gentiles, *Aristoteles ingeniosissimus.* defertur Homero & Aristoteli. Sed & Græca Ecclesia non parum eminet floretque. Non tam inuisi debent esse Græci Neoparacelso, quorum literas didicisse vult videri, passim Græcas voces personans. *Collatio sententiarum non est leuitatis.* Leuitas vero non est, modestia est in dubiis cōferre sententias, & vel peritioribus

ribus & posteris seculis iudicia committere, id quod se facere Galenus ipse contestatus est, vel meliore arrepta sententia priorem relinquere. Veritati cedere, vincere est non vinci. Argumentum leuitatis affertur; quod affirmet sanguinem fieri ex mediocri calore; reliquos succos ex calore immodico, cui sententiæ quæ euidenter sensibus apparent, consentiant: quando & cibi, qui natura calidiore sunt, magis sint biliosi, qui frigidiore, magis pituitosi. Hæc ex Galeno. Parturiunt montes; Putabam Galenum aliquod ex principiis prius confessis negasse, aut aliquod artis præceptum violasse, vt digna proximo leuitas inde consequeretur. Sed exit ridiculus mus. Ita ex hypothesi arguit: *Cur leuis Galenus.*

Si ab immodico calore fiunt humores reliqui præter sanguinem; falsum est ex frigidis cibis produci pituitosos humores frigidos.

Atqui hoc non est falsum, illud ergo:

Et Galenus cum vtrumque confessus sit; negat in posteriore, quod assertum est in priore, id quod est leuitatis.

Putat Sophista certum esse a calore im-

Immodicus calor non intellectus a Sophista.

modico non posse frigidum quid produci: Galenum etiam pituitam a frigore fieri non a calore statuisse, cum Galenus cibum frigidum gignere pituitam dixisset. Ego hic nullam possum videre inconstantiam. Finge enim pituitam dici genitam ab immodico calore: Et materiam eius esse cibum naturæ frigidioris: ab eodem calore gigni etiam bilem vtramq; sed ex cibo calidiore: Dico calorem operari pro naturæ subiectæ ratione; & ex frigido producere frigidum, ex calido calidum, ita vt nata est pati materia. Neque hic absolute frigidum aut calidum accipitur, sed relatum seu respectiuum. Pituita frigida dicitur relata ad humores reliquos &c. Sed & ex calida materia aliquando fit frigidũ quid, vt ex vapore calido aqua frigida. Nã calor extinctus vel deferens rem relinquit frigidam; Ita Philosophus disputat in putrefactionibus euocari calorem connatum & rem fieri seipsa frigidiorem. Quin & æstate ventres & subterranea frigent; quia calor exhalat cum subtili spiritu, frigore quod est in crassiore subiecto restitante. Non autem fit ex eadem parte chyli pituita, bilis & reliqua, sed ex diuerse affectis, postquam totius crasis resoluta est, & omnia in similarem massam contritam redacta. Fit & consequenter mu-

Immodicus seu intemperatus calor & frigidum & calidum potest producere.

Ex calido frigidum.

Subterranea æstiua.

tata

tata in sanguinem pituita. Si hæc saltem obiicerentur Neoparacelso, tanto cum conatu quod molitus est, facilima opera in cineres abiret.

Sed ille Græcorum magister, nondum eorum est discipulus, nec vulgariter Grece loquentem, quin nec latine interpretem sonantem attendit. Quod latinus vocat immodicum, id Neoparacelso nimium est: At in hoc loco signat quid generalius, nempe id quod est Immoderatum, seu peccat vel excessu vel defectu. Immodicus ergo calor est non solū qui nimius est, sed & qui iusto minor. Grecus ita habet. ἀποδέδεικται ἐκείνοις τοῖς ἀνδράσι ἀλλοιουμένης τῆς τροφῆς ἐν ταῖς φλεψὶν ὑπὸ τῆς ἐμφύτου θερμασίας, αἷμα μὲν ὑπὸ τῆς συμμετρίας τῆς κατ᾽ αὐτὴν, οἱ δὲ ἄλλοι χυμοὶ διὰ τὰς ἀμετρίας γινόμενοι, καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ πάνθ᾽ ὁμολογεῖ τὰ φαινόμενα. καὶ γὰρ τῶν ἐδεσμάτων ὅσα μὲν ἐστι θερμότερα φύσει, χολωδέστερα, τὰ δὲ ψυχρότερα, φλεγματωδέστερα, καὶ τῶν ἡλικιῶν ὡσαύτως &c. Veterum sententia primum recitatur; Et hæc confirmatur experientia iuniorum ex rerum natura manifesta. Audax est, qui se opponere his non erubescit, καὶ ἑαυτῷ μόνῳ τὸ σοφὸν διανέμειν. Postea actio natiui & insiti caloris in massam, quæ intra venas (Galeno epar) continetur, indicatur; dicitur que

Paracelsicus haret in Vocula Grāmatica.

Explicatio.

συμμετρίας τῆς κατ' αὐτόν. ἀμετρίας.

turque fieri ſanguis non a calore immoderato vel moderato; Sed a moderatione; quæ refertur tam ad agens quam patiens; ita vt vtrumque ſibi reſpondeat in medio, ſeu proportione temperata abſque vllo exceſſu; ita & de reliquis aſſeritur quod fiant immoderatione, hoc eſt, quod pituita gignatur tunc, cum cibis frigidior iuſto, non reſpondet actioni caloris ita vt poſſit verti in ſanguinem temperatum; Sed dum immutatur nihilominus relinquit ſanguinem pituitoſum. Sed & calor gradu diminutus eſſe poteſt, aut non adiutus natura membri in quo fit coctio. Nam ad id officium non facit calor ſimplex, ſed calor is, qui parti inſitus, eius vim & facultatem obtinet, robur & auxilium accipiens a ſpiritu & calore cordis, ſine quo non valet. Itaque duplici nomine pituita ab immoderatione prouenit. Simile iudicium eſt de reliquis. Galenus comprobat id experimento ciborum, ex ratione materiæ ſubiectæ, vnde notare debuiſſet ſophiſta, eum non tam reſpexiſſe ad caloris vim, quam ad patientis diſpoſitionem. Additum tamen exemplum ætatum, etiam calorem comprehendit. Itaque cum petiuerit ille a Galeno ſe doceri, quomodo conſentiant illa; expoſitionem dictam grato, ſi poteſt, (Diabolus

Calor inæqualis.

Calor coquens non ſimplex.

Galenus nõ tam ad calorem quam materiæ potentiam reſpexit.

bolus enim non corrigitur; qui eius ingenium sequuntur, vix redeunt ad frugem) accipiat animo, discatq; se errasse homonymiæ elencho, & ignorationis, quanquã assumtum quid est etiam ab accidente.

Aliud inconstantiæ syn bolum:

Galenus in eodem paragrapho Quatuor humores scribit vtiles esse ad generationem morum necessariorum; sed paulo post negat pituitam facere ad ἡδυποιΐαν, id quod est inconstantis:

Galenus ergo inconstans est.

Omnes humores cõferre ad mores & pituitam crudam non conferre an contradictoria.

Hic non amplius doceri Neoparacelsus cupit, sed exultat & pene triumphat, agyrtarum, circumforaneorum & μετεωρολεσχῶν scurrili excitato clamore. Hippocrates scripserat; εἴπερ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκλίποι τι τῶν συγγεγονότων, οὐκ ἂν δύναιτο ζῆν ὁ ἄνθρωπος. Galenus explicat de humoribus quatuor ex quibus in sanguine materno, existentibus primam διάπλασιν augmentum & cibum nactus sit conceptus, quorum vno vel aliquibus perditis omnino in corpore nõ possit viuere homo, quia crasis & contemperatio pereat, vnaque cum illis qualitates. Deinde ait, cum faciant etiam ad mores illi ipsi in contemperatis existentes, aut etiam in corpore abundantes; si aliquis pereat, mores & vires inter

Si quid elementorũ vel humorũ deest, non posse viuere hominem.

Nota autores hos nõ intelligere per humores substantiales, et alimentarios illa excremẽta de quibus Erastus putabat, etc.

ciderent, ſine quib. homo in viuis eſſe nō poſſet. Et quidem tribus illis, nempe ſanguini, & vtriq; bili aſſignat certos expreſſoſque ſeu notabiles effectus in moribus,

Pituita non tribuuntur effectus notabiles in moribus.

pituitæ non tribuit, propterea quod abeat in ſanguinem, atque ita ſub huius effectis ſuos habeat, niſi tunc cum in prima generatione vberior facta eſt. Vnde patet quatuor quidē humores in corpore mores variare; ſed tres conſtanter ſeu perpetuo, pituitam non perpetuo, quia ab-

Attende diſcrimē inter excrementa & elemēta.

Pituita non facit diuerſos a ſanguine mores vſque adeo, etſi excellat in generatione, quia proxime ad ſanguinis naturam accedit &c.

iens in ſanguinem id præſtet quod ſanguis per ſe; At dum gignitur in epate (Galeno etiam in ventriculo fit) nec dum in ſanguinem mutata eſt; appareat aliquid ad γένεσιν τῶν ἠθῶν facere. Notandum autem eſt illam variationem non tam eſſe ab illis in corpore nondum in ſubſtantiam mutatis, quam mutatis. Sed in hac ſententia tripliciter aberrat ſophiſta a ſcopo Galenico; primum quod ex eo loco ſententiam eius certam ſumit, in quo non per ſe & proprie, ſed obiter eſt tractata. Si in proprio diſcrepantiam il-

Error ſophiſtæ triplex.

lam deprehendiſſet, non temeritatem incurriſſet. Non attenti ſumus ad res alienas quas obiter attingimus. Etſi ergo non exacte eas definiamus, loco alieno nō refert. Fortaſſis occaſionem diſquirendi dare voluit dum dixit, φαίνεται? Nec illa

ratio

ratio per ſe ſatis valida eſt ad id arguendum. Sanguis enim ipſe ſiue alimentum, ſiue elementum,& ſeu ſit proprie ſanguis, ſeu bilioſus, ſeu pituitoſus ſeu melancholicus alteratur & inpartium ſubſtantiam abit. Itaque & hic nil faceret ad mores. Deinde errat elencho κατὰ π. Etſi enim pituita per ſe parum facere ad mores dicatur,& primum, annon ex accidente & conſequenter poſtquam in ſanguinem ſui generis, hoc eſt, pituitoſum abiit? Bilis autem vtraque multum valet etiam per ſe. Quin & ſequi debebat integritatem ſententiæ.

Cum enim de moribus effectis loquutus eſſet; etiam poſtrema verba eodem erant referenda: Ita enim ait: Τῆ δὲ φλέγματος φύσις (quæ erat frigida humida) εἰς μὲν ἠθοποιΐαν ἄχρηστος (quia nempe immoratos potius ſeu priuationem morum facit, quã mores, hoc eſt diſpoſitionem ad babitum moralem laudabilem, interim tamen naturæ neceſſarium eſt, ad eam nutriendã & ſeruandam ſicut principio etiam materiæ pars fuit) ἀναγκαίαν δὲ φαίνεται τὴν γένεσιν ἔχειν ἐν τῇ πρώτῃ μεταβολῇ τῶν σιτίων; quibus verbis nos putamus duo deſignari, ꝙ ſi mores variet, ſeu generationem præſtet, aut generationẽ morũ habeat neceſſariã ſcopo primę mutationis ciborum, quod facta ex cibo

Quæ ſit Galeni ſententia ex profeſſo: Vide in lib. quod

etiam mores seq. Temp. vbi Ar. Plat. & Hip. sententias recenset. Item 2. de Temper. & alibi.

ex cibo etiam ob mores fit, quanquam nihil admodum notabile efficere possit, nisi in sanguinem abierit pituitosum, quo facto gignat phlegmaticos; Deinde quod voluerit Galenus anteuertere obiectũ de necessaria eius generatione. Videbatur enim consequens esse, si nõ conferret moribus seu facultatibus ad mores, neque esse inter humores primores numerandam, cui occurrit, quod etsi hunc finem aperte non videatur habere, tamen necessitatis alterius gratia, de qua ante dictum, sit generata in prima ciborum mutatione, &c. Sed de hac sententia non multum pugnãdum est. Etenim medica quæstio non est, sed physica, a qua Ethicæ fundamentum exurgit. Si vellemus artem medicam talibus seu exotericis disceptationibus suspectam reddere, id longe felicius præstare ex Galeno possemus disputantes de anima, de visu, de aceto, de elementis simplicibus & aliis multis. Quod caput materiæ est, considerandum est. Volebat Antagonista Galenum in numero humorum, vt Hippocrati, ita & sibi aduersari. Hoc comprobandum erat. Sed contra se res habet. Nihil hic præstitit aliud Neoparacelsus, quam quod κακοήθειαν suam prodiderit, & malam humorũ contemperationẽ, dum ex re leuicula tragœdiam excitat, & exclamat;

Quæstiones exoterica dubia apud Galenum multa medicina nihil derogant.

Tertius error quod argumento nõ offendat Galenum nec arguat thesin.

mat; proh summe Deus,&c. quasi ex musca factus esset beneficio artis Spagiricę elephas. Sunt autem eiusmodi animi in re leuicula commotiones reuera leuis hominis indicia; quibus constat Sophistæ nihil esse melancholicę constantiæ, quæ potuisset eum continere ab immoderatione illa. *Stolida exclamatio Sophistæ.*

Discipulos Galeni appellat Sophistas, quos fingit afferre quoddam κρησφύγετον de malis moribus. Quasi defensuri sint Galenum distinctione bonorum & malorū morum. Finge eos ita facturos. Humanum erat non sat considerate loquentem magistrum defendere, & verba, quod etiā in Decalogi explicatione, & Iureconsultorum commentariis præcipitur, estq; inter aphorismos Damasceni, optime interpretari. Succensere eis, aut nefarie insultare Neoparacelsus nullo potest iure. Sed & dicere possunt perfunctorie eam materiam ibi attigisse autorem, nec tractasse ex instituto, tantumque problematicā quærendi ansam dedisse, alibi ex professo illud ipsum accuratius tractantem. Præterea negasse ad Ethopoeian facere stabiliter, & eadem manentem facie, facere vero plurimum in sui generis sanguinem mutatū, iam in partis naturam admissam, imo etiā abundantia: quo pacto & reliqui humores excrementicij indignantes faciunt super- *Discipuli Galeni.* *Discipulorū est optime interpretari præceptorū dicta.*

perfluitate, &c. Satis esse si ꝙ ex instituto ibi egit, recte explicauit. His & similibus viri alias non monstrose sentientis dictum exponere poterant. Neq; vero εὐήθειαν etiam acciperent de stupiditate stoliditateve, quanquam simplicitas vulgo sæpe male audiat collata cum sceleratorum versutia, sed dexteritatem morum, candorem, placabilitatem, animumq; sedatum interpretarentur. Galenus quid alias senserit ex Hippoc. Platonis & Aristotelis sententia satis aperuit alibi. Sed ille impos homo & imperitus ex sua pituita æstimat aliorum contemperationem. Vacet ergo omnibus moribus, viuatque vt truncus Vulcanius, quandoquidem his non vult quicquam tribuere. Quærit quomodo id quod nõ est amplius possit efficere mores vitiosos? Quasi vero in pituitosum sanguinem abiens, nihil habeat virium: nec fiat vnumquodque ex determinato, cuius postea effecta quodam tropo ascribuntur ei quod ante fuit. Ita Scammoniũ dicitur in lacte purgare, etiã si in lac abierit. Et vulgare est rhabarbaro vacuare per infusum; in quo tamen minimum inest de eius substantia. Ita Chymici postquam millies corruperunt res, & transmutarunt, effectum ex mutatione ortorum ascribunt integro modo quodam loquẽdi, quia

εὐήθεια non est semper stupor ingenij vel stoliditas.

Iniquitas Paracelsici.

Antes mutata effectus habeat nullos.

Scammonium. Rhabarbarum.

Chymica.

quia non quoduis abit in quoduis, sed in determinatum. Sed & superfluitas relicta multum habet virium. Facile ergo poterant Galenici hoc Neoparacelsi cõmentum dissipare, si ipsis liberet eo modo Galenum tueri. Studiosi notabunt aliquos Galeni locum ibi de chylo interpretari. Quod si est, facile videre est cur negauerit pituitam non facere ad mores. Item cũ ante 4. humores considerauit in διαπλήσεως ex sanguine materno; huius respectu omnib. vim ad mores tribuit: postea vero in nutritione, excipit phlegma seu chylũ, eumque non prius efficacẽ tradit, quã in sanguinẽ mutatus sit, reliquis humoribus ante non existẽtibus, nisi ex sanguine materno, &c. Et sic plures possunt esse eiusdem sententiæ. Tertium argumentum non minus est futile: Ita habet:

Pituita notat interdũ chylum.

Pituita ex ordine humorum sublata.

Qui quatuor humores numerans, ex eorum postea ordine pituitam tollit, is incõstans est. Galenus id fecit. Ergo, &c.

Assumptum probatur prima parte, quia ipse apertis passim verbis habet 4. in quibus nominatim est φλέγμα. Alterius firmamenta afferuntur quinque: 1. Ait se quæ hic de pituita disputat ante firmis rationibus demonstrasse. Delet ergo ex albo humorum pituitã. 2. Quia fit in ventriculi saltem coctione. 3. Quia in sanguinem muta-

mutatur in epate. 4. Quia nullum ei peculiare instrumentū datum est ad expurgandum sanguinem. 5. Quia reliquum pituitæ per ventrem egeritur.

Assumptum falsum est. Firmamenta eius nodum in scirpo quærunt. Non enim docent tolli humorem istum; sed mutari in sanguinem id quod idoneum est, quod excrementitium est, seu primæ seu vltimæ coctionis, expelli. Eodem modo possem & sanguinem tollere ex omni homine, &c. Prima πίσις inutilis est, caretque elencho probandi; Dicit se demonstrasse pituitam gigni in ventriculo, non tollendam esse ex numero humorum. In hac autem re dissentiunt inter se medici. Quidam volunt in epate fieri illam, quidam in ventriculo. Sed hæc disceptatio non affert vim medicis Theorematis. Itaque non magni est momenti. Secunda ratio petit quidem principium ex parte Galeni, ex parte vero aduersarij nihil arguit. Non enim tollitur id quod in ventriculo gignitur, sed stabilitur. Alias & reliqui humores essent negandi, quorum primum fundamentum in ventriculo est; quanquam actu fiant in epate, indeque segregetur, si quid excrementi molestioris est. Nota autores loqui non raro indiscretim de elementis, alimētis, & excrementis, &c. Neque tamen excluden-

Pituitæ generandæ locus in controuersia.

cludenda & tertia coctio eſt. Cum autores de generatione in epate loquuntur; de primaria ſentiunt, non negantes etiam in habitu corporis vel venis poſſe gigni bilem vel melãcholiam, aut etiam ſaniem, &c. Tertia probatio non arguit non exiſtere vnquam, ſed tandem abire in ſanguinem ſuum, fieriq; alimentum partium, quarũ natura eſt pituitoſa. Ita tolle & ſanguinem, vt diximus. Quarta nihil itidem probat. Nullum habere certũ inſtrumentum, nec expurgare ſanguinẽ non negat humorem. Nam & naturales humores alimentarij omnes ſanguinẽ non expurgant. Et in corpore eſſe, idq; nutrire vna cum aliis, ſatis eſt etiamſi nullum certum ei foret receptaculum, quo congererentur excrementa. Diſſentiunt tamen a Galeno alij, quorum quidã pancreas, & alias glandulas præſertim ſublinguales, & quæ ſunt in œſophago; meſaræo ad irriganda inteſtina; fœmoribus: ad humectanda corporis mẽbra, cui officio aptiſſimus eſt humor ille, vt ita neceſſitate quadam membrum eius proprium, ſit diſperſum per totum corpus; aſſignarunt, quidam cerebrum & totum neruorum & vinculorum genus, quibus humectandis ad modum itidem inſigniter prodeſt; præſertim circa articulos; vnde euenit vt tam cerebrum

De loco pituitæ excrementitiæ.

Pituita excrementitia videtur non habere proprium receptaculum vnum, ſed multorum vſibus inſeruire vt glandulis & articulis, &c.

quam articuli tam crebro periclitentur ab ea eidem aſcripſerunt. Vt vt ſe habet res, diſpenſum oportuit humorem iſtum, ad irrigationis finem præſtandum, quod non bene ex vno certo vaſe ſuppetiſſet. Et huius gratia non incommodem dicetur etiam venas ingredi, quanquam non mutetur omnino. Accidere autem ei mutationem in bene habentibus magna ex parte, ita vt ſanguine pituitoſo poſſint ali etiam ſuæ partes, ſeu ſuam portionem ex generali nutrimento haurire, non eſt abſurdum. Langius hydrargyro aſcribit proprietatem occultam qua per os purget pituitam.

De Hydrargyri vi qua ad os & articulos pellit pituitam, quin & ad pancreas, &c.

Nos putamus glandulas faucium, os & articulos eſſe receptaculum vel emunctorium proprium huius humoris. Cum ergo hydrargyri vi in corpore concitatus eſt, a natura ad ea loca pellitur vt ſecernatur, aut vſum ſuum præſtet. Et hæc cauſa eſt, cur etiam articulos affligat mercurius. Quintus proſyllogiſmus plane eſt inanis. Quid enim tum poſtea, ſi quod inutile eſt ad officia corporis, cum fecibus expellitur? Ideone Galenus negauerit ſanguinem in mulieribus, quia pars eius per menſes ſecedit? Aut bilem, quia per inteſtina exit, aut etiam cum ſero excernitur? Minime vero. Nugatur ergo inſi-

Ad quintã probationẽ.

insigniter Neoparacelsus, dum scurrilibus dictis exprobrat Galeno inconstantiam.

Pergit in Galeni leuitate arguenda hoc modo:

Qui statuit quoduis medicamentum trahere humorem peculiarem, & nihilominus eidem tribuit etiam aliorum non familiarium purgationem, imo & carnis colliquationem cum detrimento patientis, cum illud fieri doceat cum eius adiumento, is inconstans esse videtur:

De purgantium virtute qua dicuntur & noxia pellere, sicque iuuare & interdum etiam innoxia & sic nocere.

Galenus id statuit:

Ergo est inconstans.

Propositio patet: Nam peculiarem familiaremque cum salute patientum trahere, est alienum cum eorum detrimẽto; sibi aduersantur & asserentis arguunt inconstantiam.

Assumtum probatur, quia Galenus nõ tantum in pharmaco id asserit, sed & venę sectione; & ipse detrimentum illud declarat verbis apertissimis, in Expli. aph. lib. 1. aph. 2. & 3. &c. & in lib. de atra bile, de nat. hum. &c.

De facul. nat. 1. aph. 22. & 23.

Vult hic etiam doceri Neoparacelsus quomodo quodlibet purgatiuum trahat humorem peculiarem, & interdum etiam naturalem: arguitur ita:

Aut naturalis trahitur humor, aut vitiosus, aut vterque:
Si ille; purgandum non est; si hic: naturalis erit liber: si vterque non erit purgatio:
Ergo non sibi constant illa Galenica de purgatione ista, &c.

Sophista hic iterum nodum quærit in scirpo. Galenus satis superque se declarat; ita vt omni quæstioni ansam præciderit. Ostendit autem aduersarius, verum esse istud Terentij de homine imperito. Sed paucis ei satisfacere annitamur. Propositio nihil habet necessitatis, peccatur elencho κατά τι. Videtur enim sibi talis aduersari, at in re nulla est contrarietas. Sophista is est, qui ex apparentibus concludit aduersus quempiam.

Quomodo idem prosit & noceat. Res autem explicatur facile. Purgantia tam familiaria naturæ non sunt, vt cibi; nec, qua talia, possunt in substantiam partium mutari. Si itaque valent viribus, & in actum a calore sunt vocata, agere necesse est & stimulare naturã, id quod satis concitate fit, si sint maligniora, aut excedant robore.

Deprehensum autem vsu & experientia est certos humores euacuari post certa pharmaca sumpta, quia aliud, pro crasi sua, aliter naturam commouet, humo-

res

res agitat, partes afficit, vias adornat, &c. nisi tamen quid in procliui sit positum, vt quæ in inteſtinis leuiter adhærent, aut alias facile ſequuntur: vnde omnia purgantia conſecuta effectum ſuum, exturbant ſtercora, & plæraque ſeroſum humorem, bilem & elutum inteſtinorum phlegma: quædam etiam ſudores mouent, & quædam vniuerſalia ſunt, quædã particularia purgantia. Cum ergo illi purgans datur, quem nullus humor nec quali, nec quanto moleſtat (quanquam qui ſola qualitate nocet, non ſemper expurgari debeat, ſed plurimum alterari) naturam concitatam, eiicere ea, qua alioquin ceſſiſſent in eius commodum, manifeſtũ eſt, quin & pharmaci calorem & alias vires reſoluere multa vtilia, & partibus nutrimenta ſubtrahere vna cum ipſa natura irritata ad praue agendum. Sin vero detur medicina cacochymico quidem, at ea, quæ non vacuet certum illum, qui exuperat humorem, veluti ex bilioſo non bilem ſed pituitam; illa relicto noxio, innoxium qui ſimul reſiſtebat illi, exiget, & ſic maius malum creabit. Quod ſi etiam immodica quantitate purgans fuerit iniectum; (eſt autem cuiuſque certa doſis, quæ æſtimatur variis ſcopis medicinæ, corporis, loci affecti, virium, &c.)

Vnde certũ pharmacum videatur certum purgare humorem modoque certo.

Humor qualitate ſola nocens alterandus non purgandus.

Purgãs perverſè datũ.

Purgantis nimia quantitas ad vires.

apertum eſt, ſi vltra ſcopum egerit, eodem modo noxam inducturum eſſe, ac ſi naturæ non moleſtatę copia praui humoris fuiſſet obiectum quin & tunc magis nocebit, duplici moleſtia inducta. Non enim ex delectu ſeu proæreſi agit medicamentum, verùm natura quousq; ſuppetunt vires. Hoc ſi intelligere non poteſt Paracelſicus, redeat ad Vulcani ſui regimina, & experietur eundem ignem illa in re prodeſſe, in altera nocere, & aliquouſque bene agere, vltra quod ſi ſinatur, corrumpat id quod argenti excoctoribus in officinis metallicis non eſt abſconditum. Quod autem de attractione dicitur, id non admittitur ab omnibus, & ſane credit fabuloſum eſſe magna ex parte. Eſt autem phyſica diſceptatio potius quam medica. Nihil enim refert ad curam ſiue per attractionem purgatio fiat, ſiue per ſtimulatam naturam certo medicamenti modo, vt nauſea facta, concitatis vellicatisque fibris, dilatatis viis, dilutis humoribus, & mutata qualitate alimentoſa in aduerſariam & nauſeabundam, quod fieri per diuaporationem & alia ſolet, item compreſſione, calore attrahente & reliquis. Conſtat tamen certo diuerſimode moueri naturam a diuerſis medicinis. His ita ſe habentibus facilis eſt quæſtionis

De vi purgantis attractoria.

ſtionis expoſitio. Medicamentum vitioſum humorem prouocat, ſi id præbeatur, quod experientia docuit, ineſtq; vitioſus. Si nullus ineſt, & natura domat illud, vimque eius extinguit, nihil admodũ formidabile ſequitur. Si contra agit fortiter partibus vim affert alterando, colliquando, incidendo, &c. & ſi quid humidi adeſt, illud infectum & nauſeabundum factum excutitur. Stimulata etiam excretrix paſſim trahit ad inteſtina, non ſecus ac calẽfacti renes in Diabete, attracta humiditas corrupta extruditur, ꝙ non raro in diarrhœis & Dyſenteriis experimur, adeo vt nonnunquam ob violentiam tractionis, mordicationis, & acredinis ſecedat ſanguis ſatis copioſe effuſus. Pro diuerſitate tamen medicinæ diuerſa ſequũtur effecta. Sunt enim alię lenes & benignæ, aliæ malignæ, aliæ mediocres. Et quædam comprimuntur ſomno, cibis, vel medicamentis domantibus, aſtringentibus, & ſiſtentib. naturæ impetum, id quod tamen non facile fit in magnis furorib. Ideo circumſpecti medici eſt dare pharmacum, qui nõ ſedeat domi quietus, minimeque ſolicitus quid fiat, ſiquidem, (vt Neoparacelſus) ſibi perſuaſum habet omnia acturam naturam recte. Nouimus quædam a Paracelſicis polliceri tam dextra, vt ni-

Diuerſa purgantium diuerſorum effecta.

Pharmacũ purgans dare eſt circũſpecti.

Medicina Paracelsica nihil nisi hostem aggredientes. hil in corpore nisi hostē, seu id quod præter naturam inest, aggrediantur, amoliriquę tentent: sed id videtur esse cum electu agentis; & experientia testatur non admodum verum. *Stibium.* Antimonij puluis certo modo p:ratus non sentitur in vlla corporis sana parte agere, sed saltem in affecta. Sed inde non licet concludere, quod non tentauerit etiam integras. *Pretextus Paracelsicorum homicidiorum.* Notum etiam est isto prætextu agyrtas, homicidia sua excusasse, quia suum medicamentum saltem quærat hostem absque læsione naturæ, quod si quis moriatur inde, volunt constare, morbi violentia periisse, *Siue moriatur quis siue non moriatur vi medicinæ latere recto abeūt.* non medicina, quorum ratio est falsissima. Neoparacelsus in eadem est sententia dum per similia & familiaria promittit sanitatem, & exemplo exercitus auxiliaris ostendit idem. Nos scimus cathartica pharmaca esse instar eorum, quos male contentos, seu latrones prædonesque vocant. *Pharmaca purgantia sunt instar latronū ad opem ferendam accersitorum.* Hos si cogaris aduocare in auxilium, etiamsi vicerint, non tamen contenti facile discedent. Ita sunt pharmaca integræ naturæ plerunque hostes, male affecta vero patroni ex accidente, perinde vt toxico mercurius aduersatus salutem attulit, cum alioquin vtrumque infestum sit naturæ.

Phlebotomiæ remedium per se opponi-

mu[s]

mus plethoræ non cacochymiæ, quæ si non alterari potest, medicinis conuenientibus aut inedia, purgatione profligatur. Itaque etiamsi vtilis ille sanguis sit qui exit dum secta est vena, non minus curatur, ac si natura eum per nares expelleret, vel hæmorrhoides, aut menses. Copia erat molesta. Alias non vrgente necessitate euidente, aut spe maioris commodi minus incommodum negligatur, non solet temere incidi vena, id quod non latet Neoparacelsum. Sed ne quid veneno suo non afflatum relinquat, intactum non omisit. Galeno postea conuitia dicit propter mẽdacia & impietatem. Sed eæ sunt multorum deliciæ. Quis turpi mendacio se contaminauerit, vere patuit hactenus satis. Si quis Philosophus in rerum noticia aberrat, eum erroris insimulamus; si pertinax est aduersus veritatem, falsitatem euincendo obiicimus; mendacium raro nisi improbus simul est. Neoparacelso ea autoritas non est, vt statim mendacij ignominiam impingat, vbi quis errat. Nos ipsum mentiri sæpe diximus, propter falsitati & errori coniunctam contumeliam & improbitatem, Est & modesti in eiusmodi conflictu argumentis respondere, personæ integritate seruata, nisi aliis vitiis conspurcata simul sit, & insaniat importune.

Phlebotomia.

Cacochymia.

Galeni crimina multorum deliciæ.

Philosophi vt arguendi.

Hactenus de dissensu Galeni & Hippocratis, deque eiusdem illius contradictione. Reditur ad euersionem quatuor humorum, formato tali syllogismo.

Denuo contra humores quatuor.

Quibus nutrimur, ex iis compacti sumus,

Dulci tantum nutrimur;

Ergo dulci tantum compacti sumus. Et per consequens nec bilis nec Melancholia initium corpori nostro dederunt, contra ac Galenus voluit cum Hippocrate. Tollitur & pituita, quæ est insipida. Inde concluditur ita.

Eo alimur quo constamus:

Elemenris seu quatuor humoribus non alimur:

Non ergo constamus ex illis.

Propositiones demonstrantur communi sententia Aristotelis & Galeni. Assumptum prosyllogismi habetur apud Galenum in 4. de simpl. med. facul. cap. 14. Syllogismi assumptum patet per prosyllogismum. Verum prosyllogismi (vt respondeamus) assumtio ab ipso Galeno explicatur eodem in loco; quod Scilicet dulce sit in aliqua latitudine. Nam & signat id quod per se dulce statim est; vel quod transmutatione abit in dulce; aut quod dulce habet commistum. Hic enim

reuera ſapor alimentarius eſt; reliqui ſunt potius condimenta. Verba Galeni: ὅσα μὲν ἐστὶν ἀκριβῶς ὀξέα καὶ στρυφνὰ καὶ πικρὰ καὶ ἁπλῶς ἥντινοῦν ἄλλην ἔχοντα ποιότητα παρὰ τὴν γλυκεῖαν, ἄτροφα πάντ' ἐστὶν &c. vbi non omnis acetoſitas nec amaritudo nec acrimonia nutrire negatur, ſed quæ ſimpliciter, abſolute & exacte talis eſt. Inquit enim τρέφει δὲ ἅπαντα τὰ τοιαῦτα μετὰ γλυκύτητος· αὐτὸ δὲ καθ' αὑτὸ τῶν εἰρημένων οὐδὲν ἱκανὸν τρέφειν ἐστίν. Quomodo a. fiăt nutritiua ita explicat: ἐπίμικτα δὲ γίγνεται κατὰ τρόπον διττόν· ἢ ἀνομοιομερῆ ταῖς οὐσίαις ὑπάρχοντα καὶ διαφερούσας κατὰ τὰ μόρια ποιότητας ἔχοντα; ἢ ἁπλᾶ μὲν ὄντα καὶ ὁμοιομερῆ, κατὰ δὲ τὴν εἰς ἄλληλα τῶν πολὺ διαφερόντων γιγνόμενα μεταβαλήν &c. Itaq; nō eſt conſequens quod concludit de tribus humoribus Neoparacelſus, illos non alere. Etſi enim per ſe non alerent; cum dulcedine tamen coniuncta, vel alterata nutrire, nihil obſtat. Deinde excrementitiorum & præter naturalium humorum qualitates ſapidas accipit pro alimentariis: non attendens Galenum & reliquos nolentes nos excrementis inutilibus & præter naturalibus genitos eſſe, ſed ex naturalibus nutritiuis, quanquam Ariſtoteli & ſemen & ſanguis maternus ad vterum & mammas confluens vtilia excrementa vocari ſoleant, relatione

Dulce quid ſignet.

Sapores alij nutritiui ſunt cū dulci, aut trans mutati.

Paracelſicus qualitates excremētorum tribuit alimentis.

tione

tione tamen seu certo cum respectu, cum constet sanguinem illum syncerum esse nutritiuum. Vnde & nati alimur sanguine seu massa sanguinea in qua insunt illi humores omnes, actuque obtinent omnes saporem eundem. Ex eo tamen communi nutrimento quæuis pars sumit id, quod conuenit, & hoc illi gratum & dulce. Est & homonymia in voce DVLCE. Etenim id dulce cuiquam est, quo delectatur maxime quodque appetit; vt capræ salices amaræ dulce suaueque sunt edulium. Ita in salsis quoque locis nascuntur herbæ quædam, quas consentaneum est nō solo dulci nutriri; quod est tale secundum nostrum gustum. Et de piscibus genitisque aliis in pelago quid est dicendum? Ventriculus non auersatur chylum, quanquam non admodum dulcem. Sanguis in venis non raro deprehenditur salsus & biliosus. At illo partes ali necesse est. Nil iam dicimus de porcorum deliciis &c. Mista in illis dulcedo, aut alterata qualitas ad naturam cuiusque nutrimentum præstat, quod postea lingua diiudicat in lacte, carnibusque animalium, sanguine & reliquis; quæ tamen salsis vel amaris sunt enutrita, at eiusmodi qualitates nō habent amplius. Quāquam autem linguæ nostræ in nutritis ita substantiis etiam deprehendant sapores

In massa sanguinea vnus est actus sapor ergo idem &c.

Dulce æquiuocum.

Herbæ nutriti humore salso.

Pisces pelagij.

tales

tales: sunt enim quædam herbę salsæ; quędam amaræ; insipidæ, &c. Et ita de pomis & quibusdam animalibus: in aliquibus tamen locum habet transmutatio illa Galenica aliorum saporum in dulcem qualis etiam nobis sentitur. Explicato ita hoc modo assumto & consectario, nullo negotio cadit syllogismus, cuius assumtum est falsum.

In prolepsi vesaniam suam prodit Neoparac. dum mistum idem, quod impurum esse fingit. Simplici nos non nutriri quis non videt? misto ergo. At hoc cum impuro non est idem. Si est; quid de essentiis chymicis tantopere nugantur, quod non sint res præter elementa? Quorsum eadem resoluunt, denuo in res diuersas? Paracelso nec elementa sunt immista. Quæuis enim iterum in elementa soluit. Nec verum est quod scripsit Dornæus. Quintam essentiam esse spiritualem quandam materiam corporaliter ex omnibus vitam habentibus extractam, & ad summum subtilitatis gradum adductam per separationem ab omnibus elementis & impuritatibus; quæ alias vocetur rerum forma specifica, quæ si a specie remoueatur, ad suum genus accedat &c. Et explicat eam symbolis Paracelsicis, quod per abiectionẽ confusionis & impuritatis imparitatisque elemento-

Dornæus de quinta essentia.

mentorum quatuor perueniatur ad duplatam quintam essentiam &c. Fieri non potest vt mistum sit separatum ab omnibus elementis. Nam elementa sunt eius principia; quæ si tollantur, perit mistum, redeunte vnoquoq; corpore ad sui generis materiam. Mistione corrupta, formam misti interire necesse est. Qua stoliditate glorientur se eam retinere posse? Si materia est, corpus est, nec forma specifica. Imo si tam simplex res esset quinta essentia misti neutiquam haberet vires misti, quæ pendent a crasi. Impuræ ergo sunt essentiæ quintæ; si mistum & impurum idem signant. Corpus etiam corpore nutritur. Si essentiæ quintæ sunt specificæ formæ, aut spirituales materiæ, quæ naturali anatomia separantur a fecibus, & alunt, in quod tandem redigemur? Homogeneum omnino homogeneo nutriri necesse est, ad identitatem substantiæ. Spirituales & aerei non sumus. Spiritualibus ergo essentiis illis nutriri non possumus. Quod si nutrimur, vt de auri essentia Paracelsus, & capi extracto B. Porta dicũt; necesse est essentias illas non esse tam simplices. De menstruo sanguine imperitiæ suæ figmenta non verbis sed verberibus ferularum, fustibus, lorisque vt de nobis loquitur, coercenda reponendaque

Mistum non est separatũ ab omnibus elementis.

Ridiculum est corporeas chymicorũ essentias vocare formas specificas.

Nutriens & nutritum homogenea.

Sang. menstruus.

que eructat. Quis illi malus genius persuasit menstruum sanguinem per se esse venenatum? Naturam eum destinasse conceptui gignendo nutriendoque sole clarius est. Vnde post partum etiam ad mammas reuocatur; ibique in lactis nutrimentum infantibus salutare transit. Imo etiam in multis, in quibus menses vel non, vel non tam crebro & copiose fluunt abripitur ad nutriendum, vt in virginibus immaturis, vetulis, & aliis quibusdam. Id autem natura molitur non in homine solum, sed & in bestiis quarum lac dum bibit editue Neoparac. væ illi si ex veneno factum esset. Citius ex eo periret, quam illi quos Sultanus Cambaiæ sputo masticatæ nucis Faufel, conspersos e vestigio occidit, ab ipso a cunis intoxicato infectis statim cibis. *Menses per se non sunt venenati.*

Non negamus tamen in cacochymicis multum commisceri impuritatum, a quibus fit deterior; quin & alienorum mistura malignus non raro fit; & interdum etiam mora corrumpitur. Quod corruptum ita est, segregari dicimus, nec uenire in materiam aut nutrimentum corporis, quanquam & corruptionis & sanguinis illius sit latitudo aliqua. Vitiosus solet copiose

effundi

effundi a partu. Quod syncerum purumque est; id appetitur, pari modo quo in intestinis per mesaræum & Epar, partesque singulares, fit conuenientis appetitus & attractio. Quod si in arboribus & terra nascentibus fit, cur non in conceptu, embryoneque humano? Quod si etiam ex penuria boni succi, aliquid praui arripiatur (nam natura egena & auida potius quam nihil petat assumit obuium quoduis) quæ vitia inde soleant euenire notissimum est.

Dedictis Veteris testamenti de menstruo. Sed in arguendo menstrui veneno tandem ille Theologiæ desertor aliquid residui ex lege diuina arripit, ne totum Euangelium cum lege excoxisse videatur. Procedit ergo in medium.

Qui docet menstruo ali infantes, seu ex eo gigni, nutriri & augescere conceptum in vtero, is filio lapidem vel scorpionem obiicit:

Galenici quidam id faciunt. Ergo &c.

Item? Menstrua in sacris repudiantur, & abominabilia esse docentur variis de menstruata concludenda, nòn tangenda &c. interdictis. Sunt ergo venenata: Et per consequens mendacium Diabolicum est, quod aiunt nutriri foetum menstruo.

Prior paralogismus explosione dignus est.

eſt. Propoſitionem enim ex Diaboli a quo plurimū artis calumniatoriæ didicit Neoparacelſus, gremio petitam habet.

Poſterior fallit conſequente.

Multa ſunt in Leuitico miniſterio, quæ tangi prohibebantur: at conſequens non eſt ea fuiſſe vel eſſe venenata. Sacrarium ingreſſuri, aut victimam oblaturi; ſanctos panes eſſuri &c. Cogebantur vitare mulieres, nec cum vxoribus eſſe: Tunc ne illæ erant venenatæ? Cui ſperma præter voluntatem ſeceſſit, ſiue id ex copia, ſiue retentrice labefactata, ſiue alia cauſa factum eſſet, idem impurus pronunciabatur. At ſemen non venenatum ſemper fuit. Pudori natura conſuluit, & quaſdam res voluit occultas eſſe. Deus naturæ autor eandem præcepit reuerentiam abhorrens abuſum. Sanctum requiſiuit populum &c. Non deſunt ei cauſæ aliæ grauiſſimæ, vt taceam ciuili quadam verecundia in talibus dicto populo ſe accōmodaſſe literas ſacras. Si propter venenum abominatus fuiſſet iſtud, cur in nouo teſtamento lex illa ſilet? Cur non omnium venenorum contractus prohibitus eſt? Caſtimoniam, pudorem, animique ſynceritatem poſtulauit. Iuſſit itaque abſtinere illis, a quibus tanquam obiectis

vlla potuiſſet eſſe impuritatis anſa. Et ſi quid impuri polluiſſet hominem, prohibuit eum ſacris; veluti ſi cadauer tetigiſſet, ſi animal impurum &c. Et quam multa ſacerdoti tangere erat nefas? Illane omnia fuerunt venenum? At nos non pauca etiam in cibum vertimus. Sanguinem comedere, ſerio interdixit. Is ne venenum? Animum ſpectauit non corporis maculam. Alioquin dic Neoparacelſe cur leproſos conſummatos pronunciare puros iuſſit? Nolo tibi in os tuum impurum ingerere naturæ ἀποχωρήματα. Extra caſtra infodiebantur telluri impuritates. Venenum non eſſe eas per ſe, ſagina porcorum oſtendit. Arguis porro.

Bilem vtrāque & pituitam nō poſſe eſſe principia, quia excrementa.

Si ſolo ſanguine nutrimur, & reliqui humores ſunt excrementa, non erunt illa quatuor principia corporum noſtrorum.

Verum autem illud; Ergo & hoc.

Aſſumtio probatur dictis quibuſdam Galenicis vnoque Platonico; quibus dicitur, quod bilis & melancholia nullum corpori præſtent nutrimentum. Philippus Melanchthon hic diſtinxerat in libello de anima; humores quoſdam eſſe incorruptos, quoſdam corruptos: Platonem loqui de corruptis.

Melanchthō ab ingrato diſcipulo vexatus, ſeu flagellatus abſque merito.

Hanc

Hanc distinctionē Neoparac. repudiat, & callidam vocat, quæ eludat philosophi grauissimi sententiā. De Galeno ait quod idē faciat cū Philippo, paulo post tamē inquit, quod refellat distinctionē eius asserēs purgari ab iis sanguinē &c.

Paracelsicus est deprauati ingenij.

Apparet vnde ille suam notitiam de corpore humano sumserit; nempe ex lacunis putri laginosis, non ex puritate scaturiginum ipsarum. Et licet sæpissime citet Galenum; ex indicibus tamen & compendiis id facit quorū aliqua extant. Iudicat ergo vt cæcus de pictura, & in ignoto mari versans destitutus eruditionis veræ cynosura; nihil aliud agit quam nebulosum & obscurum sophistam, qui quamuis fallacem vmbram pro vero portu apprehēdit, ratus se in tuto nauigare. Notum est medicos statuere ex rei natura in corpore, dum nutritur, cibum demissum in ventriculum cùm potu verti in chylum qui ad intestina delatus purissima, aptissimaque ad alendū sui parte per mesaræi venulas ad iecur vel analogum membrum attractus, materia fiat chymi; a quo rursus in epate conformato, excrementa quædam segregentur, quorum nomina sunt bilis flaua; atra pituitaque. De his dicit Galenus quod sanguinem suo discessu purgent; quanquam in tertia co-

Segregatio excrementorum secunda coctionis

tia coctione itidem aliquid gigni soleat; quod tamen cum sero vel per sudorem vel transpirationem occultam, vel etiam hæmarrhoides, menses aut relapsum ad communia vacuationum loca, vt de pituita apparet a cerebro destillante & ad cutem detrusis humoribus pro pilis secedit. Hæc autem excrementa naturalia vocantur, & præstant aliquos vsus naturæ inter exeundum. In ipsa massa sanguinea, nihilominus restant humores quatuor, illique alimentarij dicti nutriendis partibus destinati secundum substantiam, a quibus omnibus simul cum fiat semen; non immerito ab Hippocrate dictum est; in semine portiones illorum humorum esse. Insunt autem potentia, & nominantur modo elementa, modo nomenclaturis excrementitiorũ propter analogiam quandam. Solet autem vitio quodam interdum tum ipse sanguis, tum humores excrementitij degenerare in peius. Vnde vocari solet sanguis biliosus, pituitosus, melancholicus, saniosus, prout mutatus est vel mistus, licet hæ ipsæ voces non raro etiam naturales sanguinis partes discernant, a quibus nutriuntur; quæ substantiæ analogia respondent, vt pituitosæ & frigidiores, parte frigidiore. Imo quæuis pars mista omnibus simul

Quatuor humores alimẽtarij.

Sanguis biliosus, pituitosus &c. bifariam vocatur.

ſimul alitur pro natura tamen ſua ea parte magis, cuius ſubſtantiam ſortita eſt copioſiorem. Illi vero præter naturales appellantur, quia ſunt plurimarum affectionum & morborum cauſæ. Sed & cum excrementa illa in corpore detenta corrumpuntur, aut qualitatibus noxiæ fiunt; itidem præter naturalia vocari aſſueuerunt. Hæc diſtinctio ex natura ipſa petita facilis eſt, & ſomnia imperitiamque aduerſarij facile confutat. Propoſitio enim connexa nihil habet neceſſitatis, nec conſequentiæ, propter homonymian ſanguinis, vt etiam intelligunt tyrones artis. Vnde vtrumque non diſſentit. Sed conſentit in hac ipſa cauſa. De firmamento ex Galeno iam dictum eſt. De Platonis autem ſententia quid dubitat? Elementa & humores quatuor in corporis conſideratione eſſe idem conceſſit: Plato ait ex quatuor elementis corpus eſſe fabre factum; nempe terra, aqua, aere, igni. Ex iiſdem aperte dicit etiam ſanguinem eſſe genitum, licet alio modo concreuerit: ex ſanguine ſecundum naturam gigni carnes, ligamenta, oſſa &c. Vnumquodq; ſecundum propriam rationem. Si hæc Platonica ſunt: Vt in Timæo extant, quid opus eſt iſtis Sophiſmatis? Bilen, cruorem, pituitam gigni tradit; cum præpoſtero

Sententia Platonis.

modo caro eliquata tabem mittit in venas. Vnde ſanguis vna cum ſpiritu multus variusque emergit; quæ res ſit morborum cauſa. Quid manifeſtius, quam illa nomina apud Platonem hic eſſe preter naturalium, & excrementitiorum? corrumpi enim ea viciſſim tradit, & inficere ſanguinem &c. Nominat & cruorem, qui ſit ſanguinis defluxus mitis & lenis. Omnino ex Platone nihil ei eſt adiumenti.

Morbi intẽperiei eueniunt partibus totis, at ratione certi elementi, aut etiam omnium ſeu totius &c.

Negauit hactenus humores eſſe principia materialia corporum noſtrorum, atque adeo temperiei & ſanitatis, verum irrito, inaniq; conatu miſere eſt debachatus. Dictum autem etiam hoc erat, quod ſicut in cõtemperatione iſtorum naturali ſanitas eſſet; ita in intemperie preter naturali primum figeretur morbus; quod qua ratione dictum ſit, facile aſſequũtur etiam hi, quibus primis ſaltem labris deguſtata rerum natura eſt, nempe, quod, cum compoſitio prima in corporibus animalium ſit ex elementis, quæ nominibus humorũ deſignantur & qualitatum, & forma eius compoſitionis naturalis vocetur craſis ſeu temperamentũ, quanquã hoc nomine etiam qualitatũ harmonia, quę ſequitur ſubſtantialẽ miſti formã, deſignetur, vnde exiſtunt partes ſimilares vocatæ; cum afflictũ hoc ipſum tẽperamentũ, & pars ſimilaris,

omni-

omnibus vel aliquo humorũ, & qualitatũ immoderata fuerit reddita, morbus primus existat intẽperies dictus, qua voce nõ simplex qualitatis excessus indicatã, de quõ Hipp. dicebat quod negligeretur a medicis, siquidem affectio, & nõ morbus esset, eaq; facile emendabilis; sed similaris substantiæ noxa secundã aliquam contemperatorũ partem, ita vt totũ affectũ sit quidẽ at natus affectus ex determinatis principiis, interdum vero etiam ratione totius. Impossibile autẽ est mutato substantiali temperamento, non mutari partem cuius est; id tamen pro ratione mutationis, quæ interdum corruptio est; interdum alteratio &c. Itaque hic morbus tum ad humores reuocari solet, & qualitates, tum ad similares partes ipsas. Non autem intelligendæ sunt saltem qualitatum primarum constitutiones præter naturales, sed & secundarum, de quibus Hippocrates mentionẽ fecit, nec humores excrementitij, nec corrupti. Hi enim morborũ causæ esse possũt; nõ morbus ipse. Nec in his morb' est vt in subiecto, cũ contẽta sint salsẽ, & neutiquã corporis partes. Quin & sine vitio illorum humorũ potest in membris intẽperies esse, vt quæ alias fit cum humore, alias sine eo. De morbis organicis, & cõmuni, tanquã consequentibus ex dispositione organica

Intemperies quid signet.

Morbus intemperieinõ tantum complectitur primas sed & secundas &c. qualitates.

Intemperies potest esse humoribus alimentariis & excrementitiis saluis.

& vnione partium seu ad integrum similare, seu ad continuum organicum hic primum non agitur. Quæ contra hæc Erastus disputauit cum aliis; satis solide refutata sunt a comite Montano Vincentino. Quæ vero dicta de illis similaribus morbis sunt, in quibus affectus præter naturam dicitur inesse, modo titulo humorum seu materialium principiorum, modo qualitatum, modo substantiæ eiusque interdum secundum totam; interdum secundum principia certa, siue corruptiue seu alteratiue: Hæc sophista noster conatur euertere, & negare, humores seu elementa seu qualitates esse morborū principia per se; idque Galenico axiomate, vt pateat hunc sibi aduersari etiam in hac artis parte ita colligit.

Paracelsicus euidentem doctrinam priorē euertere conatur.

Omnis morbus per se lædit actiones. Sanguis salsus & salsa pituita non lædunt actiones per se; Sanguis ergo & pituita non sunt morbi, seu morborum principia.

Propositio certa est ex definitione morbi Galeno consueta, in qua nominatim excluditur τὸ κατὰ συμβεβηκός. Assumtum firmatur; quia per se dicuntur esse dulcis sanguis, pituita insipida. Si per se læderent; quatenus dulcia sunt & insipida læderent; quod non est. Relinquitur ergo quod

quod per accidens;& ſic morborum principia non poſſunt eſſe. Cupit ſibi explicari aduerſarius a logico vero,non ab Ariſtotelico Sophiſta, quomodo humores poſſint dici per ſe principia morborum, ſi ſalſedo gignit per ſe morbos. Quanquam Ariſtotelici, quorum principis ſententia ſupra eſt vſus ſæpius, non debebant ei eſſe adeo inuiſi; gerat tamen ei morem Ramæus aliquis. Aduerſarius attendat. Craſis naturalis in ſimilaribus eſt ſanitas earum; Dyſcraſia ergo morbus. Et eſt hoc Ramæum principium, contraria contrariorum eſſe conſequentia. Iam ſicut ad craſin bonam faciebat bona humorũ ante miſtionem,atq; etiam in miſtione,& conſeruante ſubſtantiam nutritione, conſtitutio: Ita mala ad malam, quanquam in miſto humores iam non ſint actu, ſed δυνάμει: neceſſeque ſit, ſi vnius bona κατάστασις lædatur, etiam alterius læſam eſſe. Vnum enim iam ſunt,id quod Ramus dicebat effectum eſſentiale, & ſpeciem confectam ex materiarum miſtilium ad ingenerandam formam vnione. Veruntamen ita ſunt vnum, vt non æquali ſemper lance, ſed exuperante ſeu eminente modo vna, modo duabus qualitatibus, modo etiam ad iuſtitiam omnibus conſpirantibus coierint. Pone iam ſimilarium eam contem-

Ariſtotelici Dialectici ſpreti Paracelſico, qui tamen nec Ariſtotelem nec Ramũ aſſequitur.

Nutritionis ratio.

perationem, vt extiterit crasis mediocriter calida humida, & secunda qualitas emerserit grata quædã dulcedo cum odore & reliquis inculpatis: nos autem ex iisdem nutrimur, ex quibus sumus geniti: Sicut iterum Ramus docet de consensu caussarum cõseruantium cum effecto substantiali conseruato. Nutrimentum ergo erit conseruandis partibus secundum naturam simile (Ramus etiam idem nominat symbolo essentiæ) & ita dispositum, vt & ipsum alteratum mutatumq; in substantiam eius partis, eandem acquirat crasin, quod fiet, si sit naturale, hoc est, sanguis mediocriter calidus & dulcis, aut non longe ab his distans, siue id sit actu, siue potentia, vt in pituita sanguinea. Caussa enim arguit effectum, & hoc vicissim illam. Detur sanguis præter naturam constitutus, vt est salsus & pituita salsa: Et hæc qualitas eo gradu, vt satis sit ad exuperandum: Nam si exuperari possit facile & mutari, aut etiam quod alienum adhæret separari, parum aut nihil inducet morbidi, sed concordi consensu in partis substantiam ibit. Fortis itaque si sit, ita vt nec segregari possit exuperans, nec alterari aut transmutari, dum pro nutrimento assumitur, dulcedinem naturalem partis, salsedine sua vitiabit, & calore excedente,

Caussa morbifica.

dente, ſiccitateque, craſin mediocriter calidam & ſiccam, ad immoderationem deducet, quod fit modo minus, modo magis. Itaq; morbi in intemperie erit cauſſa efficiens ſimul, & ex parte etiam materialis, quia nutrimentum eſt, quod quale eſt, tale euadit nutritum, cum in nutritione per mutuam actionem & paſſionem, euincentis qualitas gignat in altero ſibi ſimilem ſpeciem, eamque impreſſam relinquat. Cauſſa autem non erit eius intemperiei per accidẽs, ſed prima & per ſe, quia effectus ex ea exiſtit primo & proxime, & nec violente nec fortuito, ſed naturaliter (intellecta tamen hac voce generaliter,) vt determinat illas cauſſas Ramus, quanquam alio modo violentia ſit (accepta voce Ariſtotelice nō Ramæ) ſiquidẽ naturę primæ vis infertur mutatione ad craſin alienam. Calor enim exuperans cum ſiccitate, immodicum calorem & ſiccitatem in diſpoſito ſubiecto gignit, & ita ſimiliter ſecundæ qualitates propter materiam inhærent. Non potes dicere quod per accidẽs genitus ſic morbus talis a tali cauſſa; quia ſua vi & facultate, eaq; duplici actiua & paſſiua, nullo alieno interueniente effecit, quo pacto alioquin nos ſolemus per ſe cauſſam ab accidentali diſcernere, & tu Sophiſta ex ipſo Ramo, ſi bene intelligis diſcre-

Humores alimentarij morbi cauſſa efficiens poſſunt eſſe atque etiã materialis ſeu ſubiectiua modo quodam.

discretionem caussæ per se & accidentaliter efficientis, iudicabis. Iam quod concludis, si sassedo per se est causa morbi, nō posse humorem esse causam, id sophisticum est. Notum est formas inseparabiles esse a materia. Si quid agit per formam: in materia agere necesse est. Hæc itaque subiectum patiens præstat, cum calor in frigus separatim nullam possit habere efficaciam. Cum ergo humor dicitur caussa efficiens morbi, manifestum est, qualitatum gratia seu formarum efficacium vocari efficientem. Et tunc ita simpliciter per humorem intelligitur virtus eius, sicut supra diximus, humorem, elementū, qualitatem, pro iisdem in hac doctrina vt plurimum solere sumi. Attamen ratione materiæ, etiam essentialis caussa esse potest. Nam corporis gratia fit in corpus transmutatio, eaque ex potentia determinata, cum non quoduis fiat ex quouis. Itaque & qua humor est morbidus, & qua formas efficaces alterātes habet, sibi simile constituit eodem modo, quo etiam generatio erat facta. Nam sicut pars ex sanguine, bile, pituita, &c. non est genita, qua sunt illa ipsa, sed qua disposita materia, & ad agendum patiendumque ad finem certæ craseos, apta in certo genere, cuius vim obtinet communis motus & plastica facultas:

Humor elementarius est causa essentialis morbi, alimentarius potest esse efficiens. Sumimus autem quod est subiectum morbi, alia consideratione pro eiusdem materia physica, &c.

cultas: Ita nec morbus a sanguine est qua sanguis, sed qua immoderata qualitate est. Non autem sententia autorum est omnẽ plane morbum generatim, ex illis immoderatis valde existere, sed saltem illos qui sunt intemperies. Neque etiam humores semper sunt caussæ efficientes, quanquam in similaribus potentia existentes in omni intemperie necessario afficiantur. Si quis nõ potest discernere inter illa principia, qua ad generationem contulerunt, & iam non amplius insunt actu, sed potẽtia: (vnde etiam perinde est siue humorem vel humores dicas in similari affici siue ipsum similare, modo substantiam designes secundum materiam, quæ affici potest) & humores in corpore iam constituto ex alimento genitus, vt conseruẽt partes in suo statu, & hos iterum seiungit ab illis, qui ob abundantiam segregantur, eiiciunturque (vnusquisque enim humor facile excessu suo nociturus, dum in communi massa fit suum excrementũ deponit suo ordine, & modo vt natura constituit citius, tardius, pro noxæ euenturæ ratione:) & deinde considerat vtrosq; secundum naturam, & præter naturam, is in toto hoc negotio plane cæcutit. Neo-paracelsus pro suo ingenio facile eadem videret, ni & odio in Galenicos, & falso Paracel-

Morbi primi saltẽ ortum habent ratione elementarium partium.

Paracelsus in lib. de tartaro quosdã humores facit naturales, vt sanguinem phlegma, &c. quosdã minerales ex quib. tartarus dicitur gigni morborum causa, &c. Hos humores autẽ ita nominat: 1. humor salis. 2. humor aluminosus. 3. humor calcis. 4. humor vitriolatus. Inter naturales etiam glutinẽ ponit, re ipsa coactus subscribere veteribus pene.

racelsicarum nomenclaturarum supercilio deceptus Glaucoma pateretur. Iam soluamus illum nodum Gordium gladio Alexandri Rami Galenice physice vereq; vsurpato. Assumtio amphibologa est. Humores isti aut accipiuntur pro efficientib. causis, aut pro materialibus morborū. Ibi per se quidem lædunt actiones, at nō proxime, sed interuentu morbi sicut omnis caussa efficiens alia in hoc genere. Hoc autem ex accidente appellant aliqui suo modo loquentes quidem, at recte nihilominus sentientes. Hic autem cum sunt materia morbi, etiam proxime actiones lædunt, oppugnata facultate, quæ est ex substantiæ talis ratione. Conclusio itaque ex ambiguitate illa fit anceps, per se in sententia, alias autem neutiquam sequitur. Etsi enim sint caussæ efficientes, & materiales, tamen morbi nō sunt, cum morbus totius partis sit affectus continens materiā simul & formam, itaq; etsi vera sit, non tamen ex antecedente sequitur. Ramus dicebat esse sophisma ἀσυλλογισίας. At principia esse nihil obstat. Causæ enim sunt. Ita distūrbata est illa textura. Principiis morborū similarium vetustis opponuntur Paracelsica figmenta de salibus & mineralibus, idq; aliqua ratiuncula vt apparet:

Solutio Paralogismi.

Morbus videtur esse facultas læsa, aut immediate ei cohærere.

Humores nō sunt morbi ipsi sed principia quadā quorundā.

De paracelsicis morborū causis.

Salsum (inquit) per se est causa morbi:

Salsum

Salſum eſt minerale:

Mineralia ergo cauſſæ ſunt morborũ.

Propoſitionem arripuit ex Galenico dicto de ſalſa pituita, & ſanguine. Aſſumtio roboratur argumento coniugatorũ, quia ſales ſunt res mineralis: ergo & ſalſum ſeu ſalſedo. Diximus ſupra Paracelſum ſymbolicis nominibus plæraſque veterum res extuliſſe comparatione inſtituta inter hominis corpus,& res externas.Ferri potuiſſet,ſi id feciſſet iudicio integro,&in explicatione ſine calumnia &deprauatione verorum artis præceptorũ. Non enim ignotum nobis eſt hominis corpus ab elemẽtis originem remote habere,& tãdem mutari viciſſim reſoluique in eadem, vt dicitur: Terra es, & in terram redibis. Cum ergo potentia materiæ in nobis ſit, fieri facile poteſt,vt eadem in corpore noſtro eueniant, quæ foris, præcipue cum foris alimenta & condimenta, quin & medicinas petamus. Inde lapilli naſcuntur intra nos, gignuntur ex vaporationibus quaſi fontium ſcaturigines, & dum humores & alimenta feruntur per loca caua, deponunt ſabulum, & alias ἀποκείσεις; obſtructiones faciunt, ſtagna & confluxus,cum ſimilib. Ita degenerant quædã intra nos, & putrefacta vermes gignunt, ſicut in terræ viſceribus, quædam ſalſugi-

Paracelſus veterũ præcepta ſymbolis corrupit.

Eadẽ in corpore aliquatenus euenire poſſunt quæ foris.

noſa

nosa euadunt, calore agente in humidum terreum, aut humore per exusta percolato, aut misto, quanquam ex ciborum salsorum immoderato vsu contingat idem. Acida, amara, flaua, virida & similia, vt cuique potentia est, ita ad exemplum exteriorum intra nos generatur, maxime si neque vtilia esse corpori possunt, neque etiam exterminari ob aliquod incommodum; neque tamen, vt in stagnantibus, calor agens cessat, etsi quæ alia coincidunt. Ob hanc harmoniam ferre poteramus facile, salem esse salsarum affectionum causam, quanquam sali coniunctæ sint facultates plures, vt siccitas, acredo, amaritudo, &c. Perinde vt & in externis salibus ex concursu variorum succorum, aut agentium qualitatum diuersitate & gradu vario, item eorum per quæ colantur succi, varietas enascitur magna. Sed ea assertione non tollitur veterum axioma, salsum sanguinem esse in corpore præter naturã, eumque si hæreat in eo, & vim adhibeat, morbos gignere. Quod enim alius diceret dilutum salem; id liceat muriam vel humorem salsum appellare, secundum cuiusque naturam & genus, salsum sanguinem, salsam pituitam, amaram bilem, &c. Et hoc eo melius, quia diuersitas simul humoris, in quo hęret ille sal, indicat, & ex

Symbolicis explicationibus nõ euertuntur veterum præcepta.

quo

quo per mutationem factus eſt. Vnde facilius etiam ad cauſſas alias licet peruenire, quia conſtat vbi & quo modo naſcantur humores iſti. Poſſunt idem expedire etiam ſymbolici, ſed obſcurius. Longe enim maior varietas eſt in externo mundo, quam in homine. Itaq; ad cauſſas tam facile perueniri non poteſt, quin & incertitudo relinqueretur, ex ſymbolis externis non parua. Nec cura veterum appellationibus, & loquẽdi modo diſcedendum ſit, apparet ratio. Inſuper etiam varios varie ſentire, & applicare mineralia, animalia, vegetalia, cœleſtia deprehenſum eſt. Ex quo diſſenſu quantæ turbę in vniuerſa natura excitarentur? Adde quod quadrupliciter omnia eſſent exponenda; quandoquidem quatuor fontes ſunt, ex quib. oriuntur illa ſymbola, cœlum ſcil. planta, animal & minerale. Nec ſtulticia inſigni carent metaphorę quædam, vt quod eodem nomine appellarent aurum, ſolem & vinum, & leonem quo cor hominis, &c. pręterea quod, vt vt omnia forent redacta ad ſymphoniam quandam, nihilominus tamen adhuc dubitandum foret de idioſyncraſiis, quę ex generib. non patent, ſed ſingulari notitia ſunt deprehendendæ. Non leo ſaltem & aurum aliquid confert cordi, ſed & alia multa, quorum tamen tem-

In ſymbolicis obſcuritas & incertitudo.

Non diſcedẽdum a ſermone comprobato.

Ne ruſtici quidem tuliſſent Paracelſum ſi voluiſſet diſciplinã & linguam eorũ adeo immutare.

peramenta singularia tantum distant, quantum ipsa. Et manifestum est in affectionibus contrariis contraria adhibenda esse remedia. Si essentiæ externorum conspirant cum naturali cordis statu, parum efficient in præternaturali: Non enim certi essemus morbone, qui in hexin abiit, & temperamentum proprium de statu deiecit, accessurum foret istud, an naturæ partis labefactatæ. Est autem & illa ἕξις non plane extra constitutionem cordis, cum non possit fieri vt quiduis a quouis patiatur. Neque etiam essentia iudicio prædita est, vt ad cor potius quam ad aliud aduolet, nihil obstante illa ἰδιότητι vel συγκρασία cum cordis vis per arterias sit in multis partibus, quibus respondens βοήθημα similiter se accommodaret, aut non patiatur se prius alterari, & in actum duci, quod si fit a magna corporis intemperie, nescio an nō oppressura potius sit naturam quam adiutura. Sed & cōcedimus aliqua grata esse cordi, quæ ei appropriata dicuntur, quæ vt secundo statu consentiunt eius crasi, ita aduerso a dyscrasia dissentiant, iuuentque cor, virtutem eius natiuam augendo ad morbi depulsionem. At hic nihil est veterum præceptis dissonum. Medicina enim pro natura cordis est, at morbo aduersa. Hoc

Familiaritas medicinæ cum parte parui est momenti, cū nulla medicina differat vires quousque partem attingat, sed & prius expendat, &c.

Appropriata cordi.

saltem

ſaltem accedit, quod non ſemper moderata, ſed non raro immoderata ſit vſurpāda medicina pro magnitudine morbi, itē non ſemper ſpecifica illa adhiberi poſſint, ſed & non raro alia, vt in vacuationibus & aliis. Hæc & ſimilia multa vetant mutari conſtitutionem artis vetuſtæ, nec vulgare argumentum eſt in ipſa præparatione, & eſſentiarum explicatione, propter inſtrumentorum quæ adhibentur efficaciam tranſmutatoriam, adeo vt etiamſi certus ſis de omnibus prædictis, nihilominus tamen quæſtio hæreret vtrū eſſentia rei extracta eſſet, an corrupto priore generatū nouum, idq; vtrum ex eſſentia, an ex eſſentiæ adhærentibus, & gradune conueniente an excedēte, &c. Tanta mutabilitas eſt in rebus, vt comprehendi humano captu plane nequeat, id quod etiam Dornæus agnouit, cum ſcripſit: tam vaſtus eſt graduum in qualitatibus Labyrīthus, vt non ſine maxima fallacia quantumvis exercitatus hac via tranſire valeat ad ſcopum verum recuperādæ ſanitatis in medicina: & paulo ante: Non parui refert phyſico, probe cognoſcere naturā & complexionem rerum, cum ex ſuis parentibus tum ab externis accidētibus, in cōpoſitione acquiſitis. (Nota Neoparacelſe) Hæc etiam in artificialibus ſolutionibus &

Præparationis modus Paracelſicus dubius.

Dornæi confeſſio de immutatione craſeon.

congelationibus immutari solent, &c. His ergo se ita habentibus assumtum negamus, quia elencho κατά τι fallit. Propositionem paralogismi de aliquo morbo accipimus, non de morbo absolute. Non omne salsum minerale est. Quædam etiam sunt plantalia, vt Alcali, quædam animalia seu in his genita quæ proprie competunt animalibus, vt salsedines intra hominem ex immutato seu alterato aliquo humore, aut per mistionem vitiato. Minerale salsum illud saltem est, secundum proprium significatum, quod in Mineris terræ genitum est, vt marinum, lacustre, fontanum, metallicum, fossile, natiuum, & excocta per artem, vt alibi differitur. Quod si similitudinem afferas, præter sophisma nihil effeceris.

Solutio Paralogismi.

Alcali.

Minerale salsum.

Similitudo gignit sophismata.

Reponimus autem Neoparacelso proprium Paracelsistarum principium de sale partium animatarum, quod id specie distet a partium inanimatarum sale. Nam si principium proximum est; necesse est, vt speciei sit singularis. Iam autem si similia similibus sunt curanda, animalis sal non iuuabitur sale minerali, sed animali alio, eoque virtutis integræ, vt possit succurrere ei quod est labefactatum. Alioquin ex non animali, in corpore animalis debebat prius fieri animale ante-

Sal animatorum specie distat ab inanimatorũ.

Sal animalis iuuãdus animali.

antequam iuuet. Omne enim externum dissimile est, & requirit vt ad similem naturam deducatur, nō per principiū externum, sed internum id quod iam naturam habet. Vbi enim natura non est, ibi mutatio ad idem & simile fieri nequit. Neq; est vt ad Vulcanum confugias. Tantum ille abest a crasi & natura partium animatarū, ne dicam humanarum, quantum mistum animatum a simplici elemento, licet ignis elementum non sit, ne is quidem qui in summo aere fingitur, nedum flamma, quæ est feruor accensus, qua vtuntur Chymici vt plurimum. Ita nec ventrem equinū, aut balneum mihi obiicias, cuius calor dicitur esse contẽperatus, & cōuenire cū temperie humana. Non id perpetuū est, nec si ꝓportio quædā est, ꝓpinqua & eadem est. Animalis calor & virtus simile facit, isque internus. Non alius; id quod videre in putrefactionib. licet. Non enim caseus corrumpitur in caseos, nec partes putrefactæ abeunt in similes partes, &c. sed victus ille internus calor cum suo humido euolat, destituitque subiectum, in quo alienus calor ex eo quod de vitali principio inest, aut id concepit, gignit viuum.

Dissimile fit simile nō per per Vulcanū sed partis internam naturam.

Ignis non est elementum.

Venter equi-

Putredo & gignat bestias.

Corrigis Galenum, monesq; Erysipelas ex sale vitriolato gigni non ex bile. Si tu salem vitriolatū vocas eam rẽm quam alij

Erysipelas ex sale vitrioli.

bilem (si quidem Erysipelas exquisitũ intelligitur) in vocabulo nõ in re erit dissensus. Quærẽdum ergo quo nomine illa res sit potius designanda, vetere & consueto, an nouo insuetoq;. Apparet, cum vsus sit loquendi magister, & valeant vocabula ex pacto per significándi cõsuetudinẽ, non esse mutandum genus sermonis vetus, nisi forte nouæ res oriantur. Insaniæ condemnatur, qui tot linguis existentibus novam fingit, aut rerum nomina peruertere, veluti noua Babylone cóndita, absque graui quærit necessitate. Paracelsus vt sanguinis vocem & phlegmatis, ita & bilis, seu fellis retinuit, hoc saltem discrepans in lib. de tartaro, modo constanter sentit (quæ res valde desideratur in eo) quod fel sit res stabilis, quæ non expurgari egeat, siquidem natura superfluitas eius secedat. Quod si attractum a stomachi tartaro fuerit, vrere ibi dicit, tabemque dolores & vomitus excitare. Si Paracelsus quoque iudicauit non in totum omnia perturbanda fuisse, quid nos impellat ad mutationem, cum constet res ita bene intelligi? Sed tu Neoparacelse in eo libro inuenies quatuor humores Hippocraticos & Galenicos, nempe sanguinem, qui ad cor ducatur, atrum succum qui ad lienem, fel quod ad vesiculam suam, & phlegma.

Consuetis vtendum.

Insanit qui inter teutonas teutonice loqui annititur verbis Arabicis vel omnino metaphoricis.

Nota Paracelsum elementarios alimentariosque humores retinuisse.

Intellige

Intellige ergo noſtros humores vobis nō adeo debere eſſe inuiſos, cum princeps veſter eos naturales fecerit & fixos, quanquam alibi aliter interdū loquatur. In eodē volumine leges tria eſſe in quouis cibo ſalem, ſulphur & mercurium: ſulphur ſeparari in inteſtinis ad ſeceſſum, ſalem in epate ad renes, & hūc itidem expelli: mercurium ſolum eſſe ſanguinis materiam. Si credis noſtram ſubſtantiam ſimili nutriri & conſeruari, ei ex quo genita eſt: vide quam bene iſta ſint dicta. Conſidera etiam quam bene iſta tria principia ſint inuenta. Duo ſecedunt. Tertium nihilominus eſt compoſitum. Nam ſi in ſanguinem tranſit, & ſanguis quatuor iſtos humores confeſſos Paracelſo habet. quod delirium eſt, pro elementis iſta vendere niſi quiuis cibus elementum eſt & quoduis excremētum. Lepidus autem es cum tua noua lingua. Pro felle morbifico, ſeu bile flaua ſalē vitriolatum ſubſtituis. Sacræ ergo literæ non ſat circumſpectis deſcriptæ ſunt verbis, dum Chriſtum felle potum pronunciant. Moſes & Dauid, & Euangeliſtæ non vſi ſunt caſtigato ſermone, niſi peccarunt interpretes. At ita etiam Galenus euadet. De cancro non ex melancholia orto, ſed ſale mēſtruo, & repreſſo hęmorrhoidū ſanguine nos item doces. Neſcio an hæc

Tria in quouis cibo.

Cancer ex qua cauſa.

Ridiculum in mineralibus esse menstrua sanguinea & hæmorrhoides. sint in mineralium genere. Valde dubito de hæmorrhodibus, nec dum ab vllo metallico cognoui, mineras pati menstruas purgationes. vt sicut sal vitriolatus est in illis, ita etiam sal mẽstruus & hæmorrhoidalis repressus. Mendacia dixisti cum Paracelsicis. Vobis tamen credendum est ita esse, quia expeditissimi estis in omni transmutatione naturali, sententiali, & verbali, ita vt si quis premere & vrgere vellet, actũ ageret. Non enim vobis pudor est cœlum terræ miscere, & non tantum a tota secta aliena, sed & vobis contraria affirmare inducto aliquo colore chymico ex gradationibus Paracelsi. Sed quæso te quando illa symbolica tam bene calles, profer nobis ex Spagiria tua artem illam æternam, ita præceptis suis constitutam, vt nõ tantum conuenientiã membrorũ omniũ & totius corporis secundum essentiam videamus in mineralibus, sed & statim agnoscere possimus, si quid naturam molestat, & quomodo noceat, & reliqua. Inde procul dubio etiam ex anatomia essata habebimus certum remedium, quod locum affectum ad vnguem tangat, nec noceat vlli parti, nisi hosti suo morbum facienti.

Impudentia Paracelsicorum.

Eluditur Sophista.

Nam cum in mineralibus mirifica sit natura, ita vt non quiduis soluatur destruaturve, tingatur aut corrigatur per quod-

quoduis; ſed vnum quodque per certam quandam rem: ſtatim videbimus oculis ipſis facientes ſyllogiſmos, non ratione, ſed organo viſus, in hunc modum: tartarus in minera externa colliquatur per hãc rem in corporis minera interna eſt talis tartarus, qui morbum facit; Ergo hæc res ei eſt opponenda. Nec ſolliciti erimus de loco affecto. Iam enim ex catalogo noſtro ita examinata ſingula patebunt, vt ſtatim ſciamus quid tartaro capitis, quid cordis, quid veſicæ, quid renum, epatis, venarum, ventriculi &c. ſit proportionatum. Neque etiam ſoliciti erimus de corrigente, deuehente, ventriculum defendente &c. vnaquæuis medicina in atannore ita informata eſt, vt ipſa puncta tangat, nec dignum iudicet ventriculũ vt in eum agat, ſi in inteſtinis eſt tartarus; & fiet perinde ac paracelſus narrat; quod, ſi ſal in Epate eſt bitumen vel thus vel maſtix in ſales redacta & pota, nihil in ventriculo operentur, quia ibi ſal non eſt; ſed procedant ad epar, ſicut Alexander magnus Perſicum exercitum non in mari profligauit, ſed ad Arbelas; quia in mari non erat &c. Iucunda omnino eſt hæc phantaſia. Quæ de methodicis & Theſſalo ſcripta extant, pari modo artem medicam admodum facilem & breuem reddunt. Sed qui fit, vt hacte-

Mirum paradoxũ quod medicina non agat in ventriculũ niſi is affectus ſit, & quidem affectum proportionato.

Ars illa paracelsica nusquam est nisi in febrili somnio. nus nullus sit inuentus qui tam dextre curet? Noster Lauinganus Rulandus expeditissime sanat in suis centuriis. At ille non est paracelsicus. Hippocratem cum Galeno non abiecit. Vestram artem tandem experientia comprobate.

Martinus Rulandus chymicus at non paracelsicus.

Purgantia melancholica in talibus affectibus. De effectu purgantium in melancholicis affectionibus multũ declamas quidem; sed ne verbulo quidem tuam experientiam confirmas. Non omnia in purgantium sunt præsidio quidem; carere tamen iis cacochymicos non posse certum est. Nec solum purgat Galenus: alterat etiam & roborat, reliquaque agit, pro indicationibus præsentibus, tum pharmacis, tum diæta. Quando chirurgia opus est; ne hanc quidem omittit. Nouimus autem perquam bene, quod purgatio cancrum, præsertim confirmatum, vt & lepram, & morbum gallicum non tollat. In prouentu tamen humorum perniciosorum magno, causa fit, sine qua ad curam perueniri non potest. Ea peracta & repetita vt decet, non adeo sunt stupidi nostri, vt non etiam reliqua auxilia tentent, si quomodo curabile sit malum. Paracelsus dicitur felix fuisse in eiusmodi sanandis per præsidia in cancro quidẽ potius externa; in aliis per interna, quo pacto & ille ipse præscribit ad lepram Elem. & quint. eff. auri,

Cancrum purgatio per se non tollit.

Paracelsicu ra in melancholicis &c.

ol. auri,&c. eſſ. myſter. & Elē. antimonij. &c. eſs. Ellebori, chelidoniæ, meliſſę valerianæ, croci, mannæ, bethonicæ, iuniperi, Ambræ, quæ omnia ſunt interna. Thurneſius ad cancrum, ſalem phaſeol. lupinorum, lunariæ magnæ, ol. tartari & veſicariæ, quæ plurimum externa. Et commendat Bodenſtenius aurum ſuum Diaphoreticum,&vitę,mirum in modum in Gallicana lue. Thurneſius eſs. mercurij, elleb. nig. ol. Guaiaci ol. ſaturni, ophyrizj. Turbit ſolis. magiſt. ſalſæ, Butyrũ Hermetis, quæ partim ſunt externa. Sed cum omnia luſtrauerimus; nec abſq; purgationibus proficitis; nec omnes curatis. Quid enim ſibi volunt hæc in lepra: Ellebori quinta eſſentia; mannæ, Antimonij, auri, chelidoniæ, meliſſæ, Bethonicæ, iuniperi, Ambræ, Croci; valerianæ, perlarum; deſtillata aqua ex fungis pipereis cum aqua ardente & ſimilia; quorum quædam purgant vomitu & per ſeceſſum; quædam per ſudores malum eiiciunt; quædam alterant & roborant, quos omnes ſcopos habent etiam noſtri? Nec deſunt nobis item chymica, vbi illis vti licet. In Gallica lue, æque ac Bodenſtein adhibere poſſumus aurum vitæ, Diaphoreticum, & alias purgans, æque poſſumus ſolis mercurium, oleum Guaiaci, Antimoniũ, Turbit. minc-

Turneiſerus.

Aurum diaphoreticum.

Etiam Paracelſici purgant.

Galenicis nō deſunt chymica.

minerale, & similia inuenire; nec desunt nobis Sambuci, tædæ, & alia ex quibus extractæ vires morbo opponantur. Nec in quartana spiritum vitrioli ignoramus, nec tartarum, nec essentiam Lazuli, Ellebori, sennæ &c. Ita in cancro tum illis vti possumus internis, tũ externis, ol. plumbi, aq. Sulphuris; aq. antimonij, arsenico præparato; ol. æris & aliis. Sed nec desunt mitiora, minusque operosa, vt & pręsenti necessitati; & volũtati ægrotorũq; fortunis respõdere medicina possit. Si vos nulla vtimini purgatione in illis, quorsum præscribitis purgantia, eaque sæuissima? Si a te id fieri neges; a Paracelsicis deficis, & te non illum esse, quem ambitiosi illi tituli designant, ostendis. Admonendi tamen hic sunt etiam nostri, vt sua supina negligentia, fastidioque turpi nolint prostituere medicinam.

Ad medicos Galenicos quosdam nimis delicatos, & superciliosè insolentes.

Eo enim vitio euenit vt triobolares homines, agyrtæ, fugitiui nebulones, & alij eius fecis, melius calleant chymiam, quã ex Galenicis quidã, sæpe ignorantes quomodo aqua rosacea destillari debeat, nedum aliud grauius scirent. Vnde etiam illud incommodũ est, vt Summates de Galenicis non admodum honorifice sentiant, & non solita in aliis artibus alacritate liberalitateque in academiis ordinem medicum

Galenici quidam ventres suam dignitatẽ prostituũt apud plebẽ & optimates,

dicum complectantur. Eſt autem hoc quoque valde culpandum in iſtis ventribus pigris, quod nihil addiſcere curent, contenti præſcriptis ex veterum & plerunque male intellectorum commentis. Hoc cum ſciant aduerſarij, exultant triumphantque impune, medicis illis ne hiſcere quidem in eos auſis, niſi aliquid conuitij excidat rurſum. Sed hoc eſt pene cõmune artibus malum. Ego illos aqualiculos potius quã medicos, Galeni pyretum & nomen præ ſe ferre agnoſco; a laborioſo vero Galeno tantum abeſſe puto, quantum ab induſtria inertia, ab alacritate ſegnities. Boni & ſeduli poſtremas tenent; induſtrij paratique mendicant. At pingues omaſi, quibus autoritas ex ventre petitur, prima occupant ſubſellia: in quibus illud teterrimum & vitioſiſſimum falſariorum genus eſt, quod omnem damnat chymian, & ad viuum depictum eſt a Neoparacelſo noſtro. Eiuſmodi fuci adeo procaces ſunt, vt chymicã medicinam etiam veneni nomine infamare auſint. Sed illi viciſſim iuſte accipiuntur, irriſi a quouis furnario miniſtro. Porro Neoparacelſus ait mercurij auxilium omnibus infidelium medicorum libris incognitum eſſe. Si de morbo Gallico vſum eius intelligit; vere quidem ſit locutus. At ſimpliciter

Falſi Galenici infamant etiam veram chymiam.

De hydrargyro.

ita

ita non est. Galenus facit eius mentionem. At quantum prosit aut noceat ignorat. Meminit & Dioscorides; sed is noxiū saltē tradit. Aeginetha quidem deleterium esse scribit; de quibusdam tamen docet, quod calcinatum in mistura aliqua dederint colicis & Iliacis. Illa calcinatio quid aliud est quam chymica præparatio? Notent studiosi etiam Galenicos quosdam non omnino damnare interni vsus hydrargyron; & potiss. Fallopius & Massaria aperte negant eum per se venenum esse, siquidem salubriter detur iumentis & infantibus ad vermes. Sed de hoc alias. Videat Neoparacelsus ne minus sit catholicum id quod posuit. Debacchatur autem satis atrociter in eos, qui Gallicanis curandis operam nauant, quasi post frustra adhibitas purgationes ægros mittant ad carnifices chirurgos. Non debuit istud conuitium commune omnibus fieri, & toti arti ignominiose obiici, si qui fuci inter Galenicos male tractant ægrotos. Nouimus multos, qui feliciter in illo morbo curando versantur, adeo vt a Paracelsico tantum non possit præstari. Verum illi non purgationibus & sudoribus tantum macerant ægrotos. Non desunt eis etiam specifica sua, quanquam vix vnquam ille morbus impuritatum copiosissimus

Mercurius negatur per se esse venenum. De Gallica luis medicis.

Malorum medicorum culpa non obiicienda arti.

Gallica lues vix curabilis sine sudoriferis & purgātibus.

fissimus autor, sine diaphoresi, & purgatione, per sola alterantia possit tolli. Turbitum minerale, & aurum præcipitatum cum oleo Guaiaci creduntur præstantissima remedia esse, post auri sulphur & essentiã seu lapidem philosophorum. At nullum ex illis saltem alterando sanat. De titulo vtriusque medicinæ non succurrit, quemquam nostrum eo vsum esse; nec is solet in academiis, nisi fallor, conferri. De Neoparacelso vero constat, quod aliquando calendarium ediderit, cui inscriptus erat titulus plane nouus; nempe vtriusque medicinæ Magister. Videat quo iure sibi hunc tribuerit, siquidem Galenica ei adeo foetent, quanquam & per se ridiculum erat medicinæ magistrum sibi affingere; cum non soleant tales creari. Stultitiæ argumentum id est eximium. Sicut & alterum, quo se Philosophum, Theologum, Medicum, tanquam alter trismegistus nominauit. Nunc didicit se Philosophum & medicum Erfordensem nominare; verum omnia rapta, non accepta. Forsignoscendum est. Prodeunt enim iam etiam DOCTORANDI in vtroque iure, ne desit etiam infantibus honorarium nomen.

Vtriusque medicinæ titulus.

Mag. V. Med.

Paracelsici rapiunt titulos.

Sed

Ex humoribus non posse esse de morbis scientiã.

Sed ex humoribus scire Galenicos nihil posse ita tandem arguitur.

Quo quid prius datur, ex quo causa verius possit assignari, ex eo non potest oriri vera scientia.

In humoribus semper aliquid datur prius ex humoribus; Ergo nõ potest vera scientia acquiri de morbis.

Propositio probatur Aristotelico testimonio, quo dicitur; Scire est, quando non fuerit aliud, aut hoc aut quod sit, aut ens, (quod est) cum non alia potest reddi causa, quam quæ data est: Item tunc maxime scimus, quando non amplius extiterit hoc aliquid aliud; (quod est,) quando nulla præterea rei causa existit. Assumtum firmatur, quia semper aliquid datur prius humoribus salsis & acidis &c. Cui causa morborum asscribatur verius: Et Hippocrates etiam infinita esse asseruit. Est & alius paralogismus talis.

Qui sophistice & secundum accidens scit, Sophista est & veras causas ignorat.

Galenici Sophistice &c. Quia humorum noticia accidentalis est.

Veras ergo causas in morbis ignorant Galenici.

Complexio hæc consectariis luculentis illustratur, congeruntur enim conuitia in Ga-

in Galenicos: quod tales non admittantur ad artẽ medicam, sed sint Bacularij Triobolares: quod infeliciter propterea curenti quod fortuito curent, id quod vetuerit Hippocrates; quod Palingenius pridem tales medicos exagitauerit: Plinius in eos inuectus sit, & potissimum in Græcos vna cum Catone: quod sint Empirici, autoritatibus vetularum & Doctorum dediti: pixides eorum contineant venena, titulis promittentibus remedium: fato sanauerint, non scientia: violentas & exitiosas manus adhibeant ægris: a Iureconsultis & magistratu notandi & condemnandi morogalenici: monstra medica ex vrbe eiicienda; quibus praxis sit interdicenda: quos Cato verberibus ad necem multatos eiiceret & exulare ad poenos, Gades &c. cum libris iuberet: qui alienis pedibus ambulent, alienis oculis videant, aliena memoria salutent: Eodem pharmaco Gallos, Italos, Germanos curent, ignari eius, quod dicitur, lex & regio: Item querelæ Symphoriani Campegij de exoticis & alienis aceruantur. *Conuitia Galenicorũ plaustralia.*

Verum respondendum est ordine. Primi paralogismi propositio ita enunciata, ferri potest. Nam de veritate exactiore loquitur: Vnum verum est in vno:

Duo itaque quorum alterum verius altero; non ſimul ſcientiam gignunt; ſed prius abolet poſterius. Neoparacelſi tāmen πίστεις non ferunt hanc ſententiam. Volūt enim ex poſteriore non exiſtere veram ſcientiam, ſed ex priore. Fallitur autem turpiter. Ariſtoteles vult primam ſcientiam eſſe ex im̃ediatis; non negans etiam tunc ſciri, ſi quis per ea cognouit, quæ ex primis dependent, veluti per definitionem quæ ex cauſis eſſentialibus primis extructa eſt. Id quod in metaphyſ. lib. 3. tex. 10. eſt, cum ſingula cognoſcamus per definitiones: Principia vero definitionum ſint genera: neceſſe eſt definitorum etiam principia genera eſſe. Vbi ſcientiam per definitiones eſſe docet, at nihilominus definitionum ſunt alia principia &c. Sententia quam ex philoſ. allegat non repugnat dictis. Ita inquit: μέχρι τούτου ζητοῦμεν τὸ διά τι, καὶ τότε οἰόμεθα εἰδέναι, ὅταν μὴ ᾖ τι ἄλλο, ἢ τοῦτο ἢ γινόμενον, ἢ ὄν. τέλος γὰρ καὶ πέρας τὸ ἔσχατον οὕτως ἐστίν. Quærit demonſtrationes inter, quænam ſit melior, vniuerſalis an particularis; dicitque quod illa & inter alia argumenta affert modo poſitum, quod ſcilicet quando ad vniuerſale peruentum ſit, porro, inquirere ceſſemus, & putemus nos tunc rem omnino ſcire, cum non ſu-

Scientia vel ex primis vel dependentibus ex illis.

Explicatio ſententiæ Ariſt.

per est aliquid aliud. Noster antagonista hanc rationem ita deprauauit, quasi statuat, illam solam scientiam esse, quæ est ex vltimo & vniuersaliter primo, & quasi causæ posteriores non sint veræ, quod manifestum est ab Aristotele non dici. Scientia oritur etiam ex secundariis, at non prima, quæ non est nisi ex primis. Prima autem illa & vniuersalia in vnaquaque intelligit arte, quibus in ea ipsa nihil est prius; non quod iis absolute prius nihil sit: Veluti Arithmetica est bene numerandi scientia: hoc axiomate in ea arte nihil prius est. Itaque est principium ἄμεσον. At nihil obstat, quin quod in hac arte prius est; id in alia sit posterius; sicut medicorum axiomata in sua arte sunt principia; quæ in Physicis sunt posteriora, & ex aliis deducta. Ita philosophus vniuersale quidem primum & ἄμεσον ponit; at nihil ominus id conficit inductione singularium.

Deprauatio dicti Aristot.

Prima scientia.

Prima quæ.

In vna arte prius, in priore arte potest esse posterius.

Nouit Neoparacelsus Philosopho scientifica illa esse axiomata & protases. At hæc oriuntur ex argumentis. Argumentorum notiones dependent a sensu. Nihil enim in intellectu est, quod nō prius fuerit in sensu. Sensilia porro principia

Principia sunt axiomata artium.

Yy 2 habent

habent vlteriora; vsq; dum ad materiam formamque primã & efficiens seu mouens primũ peruentum sit; Sic Geometria suas essentias ex physica accipit, in qua sunt demonstratæ. Eam autem ita tractat vt gignat axiomata prima immotaque. Ita de reliquis est. Poteramus hæc testimoniis & sententiis philosophi satis superque roborare. Sed verum per se αὐτόπιστον est, etiam absque testimonio. Et Neoparacelsus non tantum in præfatione mortuis literis reiectis ad viuum vulcanum confugerat, sed & paulo ante Dialecticos Aristotelicos, vocauerat AristotelicosSophistas. Saltẽ hoc ad medica applicemus. In hac facultate posteriora axiomata dimanant ex prioribus, sunt tamẽ scientifica nihil minus. Quæ etiam prima sunt; vt medicina est bene medendi scientia: ea ortum ex physica habent, in qua mederi effectum est in subiecto, scientia vero adiunctum alicuius in quem cadit. Et ipsum bene mederi catholicum, exurgit ex singulis axiomatis eius artis vsque ad species indiuiduas; quarum hæ vicissim per inductionem, quæ attingit sensum, patẽt. Ita cum definitio artis medicæ in ratione sit prima & vniuersalissima; nihilominus tamen natura posterior est, cum vniuersale aut nihil sit, aut posterius sit, teste philo-

Praracelsicus repudiatis testimoniis & Dialecticis peripateticis abutitur.

Medica præcepta.

Vniuersale in natura posterius.

philoſophica veritate. Iam quæſtio ſit de morbis, quomodo ſciantur. Dicit philoſophus ſciri poſſe ex proximis cauſis; at non tam perfecte ſicut ex vltimis, ſeu præceptis medicis catholicis primis. Atqui ex his & diſcuntur & docentur medice. Quorſum ergo ſophiſta nobis illudit? Sed proponantur illa præcepta. Dicimus intemperiem naſci, cum naturalis ſimilarium craſis labefit, quod tunc fit, cum aliquod, aut omnia principia præter naturaliter ſunt affecta; principia autem materialia erant quatuor elementa ſeu humores. In hoc ſtatus eſt. Negat aduerſarius; quia aliquid detur prius. Nos vero viciſſim dicimus quod quanquam detur aliquid prius; id tamen quia vt genus ſe habet ad ſpeciem; non tollit ſcientiam: At in medicina neutiquam datur. Si enim pergas vlterius; medicinæ ſubiectum deſtruitur; quo neceſſario collabitur ars ipſa. Hic ergo ceſſandum eſt. At ille aſſumtum probat; quia ſal, vitriolum &c. ſint humoribus ſalſis priora & acidis &c. Dicimus hominem delirare. Cum humor ille, medici ſubiecti ſubſtantia debeat manere, nec mutari in ſubiectum aliud; nec medicus circa ſalem in morbo occupetur, aut vitriolum dum eſſentiam eius cognoſcit *De aſſumti probatione.*

impoſſibile eſt ſalem & cætera eſſe priora in arte medica. Eſt & elenchus κατά τι Etſi enim ſalſedine ſeu ſalſa affectione ſal prior ſit; non tamen ſubiecto medico prior eſt. Aſſumto ergo negato, & probationibus repudiatis paralogiſmus collabitur. Hippocrates cum infinitarum mentionem facit de ſingularibus loquitur, non de præceptis quæ ſunt catholica; neque etiam de humoribus & elementis; ſed his quæ ex illis varie ſunt miſta; quorum craſes reuera nemo poteſt numero comprehendere. Attendant ſtudioſi (nam horum gratia hoc ſcriptum eſt concinnatum) Propoſitionem ſophiſmatis huius affabre retorqueri in Paracelſum poſſe. Ante enim oſtendimus Paracelſum docere, quod cibus in tria chymica principia diuidatur, ex quorum vno quod eſt mercuriale fiat ſanguis, & ex hoc humores fixi. Debet autem principium vltimum eſſe, nec amplius diſtribui in heterogenea. Aſſumamus ergo ad propoſitionē poſitam; quod in principiis Paracelſicis ſemper detur aliquid prius, ſicut oſtenſum eſt; Conſequens ergo, Paracelſicos vera ſcientia carere, ſi quid roboris eſt in paralogiſmo. Sed ad noſtra.

Retorſio paralogiſmi in Paracelſicos.

Nemo cum de axiomatis medicis, quæ agunt

agunt de principiis, loquimur, putet nos illos intelligere humores omnino, qui post hominem genitum ex cibo fiunt, aut excernuntur, aut etiam euidentes existunt morborum vel affectionum causæ, dum in corpore vel quali vel quanto, effectiue præter naturam sæuiunt; sed primum de his sentimus, qui sunt similarium elementa in prima generatione, quique arguuntur postea in nutritione. Harum status præter naturam primo morbos dicitur causare materialiter, aut etiam subiectiue vna comprehensis ipsis elementis, a quacunque etiam causa læsio extiterit. Et hoc apertum est in discrasijs præternaturalibus, quas & curamus; item in soluta vnitate per putredinem vel vim externam; & quia ad easdem crases primas reuocantur etiam actiones quædam organicæ, & sint partes similares organorum seu organicarum constitutionum principia; licet illæ habeant suam formam separatam ab illis; sicut in argumentis logicis definitio ex causis, ex his existit quidem, at suam per se notionem primam nudamque obtinet: Ideo radix prima & origo itidem spectatur in principiis ad quæ redeunt tandem omnia, sunt enim vniuersalia maxime, sicut in arte inuenta definitio, ex qua

Explicatio sententiæ de humoribus elementariis.

oriuntur omnia reliqua; & ad eandem redeunt, quanquam quodque per se suum habeat præceptum.

Responsio ad posterius sophisma. Sophisticum quid. Ita se habet prior paralogismus. Posterior propositionem ex Aristotele distortam habet. Vocat ille sophisticum id quod elenchis sophisticis peccat, & potissimum cum fortuitæ & accidentariæ causæ pro per se causis sumuntur; veluti cum quis spretis aut negatis propriis principiis artis cuiusque exoterica assumit. Item cum ignis virtute res corrumpuntur; & postea id quod emergit natura & essentia rei dicitur, sicut paracelsici. *Accidentis & non causæ Sophisma.* His duobus modis accidentalis causa pro vera solet sumi, si aut a fortuna & casu; aut vi externa, ad quam pertinet etiā ars, naturæ accommodata, quæ non est principium naturalium sed artificialium. *Opinio.* Philosophus omnino scientiam esse negat, sed opinionem vnde oritur Sophisma, si quis accidens pro substātia sumat cum ex illo non possit esse scientia, vtpote mutabili & fortuito; *Accidens.* Ita enim definit, quod sit id, quod nec semper nec plerunque sit, sed contingens. Vide 10. Metaph. In Græco Cap. 6. *Ex arte pronunciare de natura Sophisticum.* Qui ergo ex arte pronunciat de rerum natura, cum ex accidente id sit; is sophistam agit. De Galenicis non curo. Nam fieri potest, vt Galenicus cū Galeno invi-

inuiſus ratione deliret. At de medicis, qua tales, aſſumtum nego. Perpetuitas axiomatũ artis, ex eius eſſentia exſtructa eſt, nec ſecũdum accidens, id eſt, ex arte Vulcania, fortuito motu, &c. Sed propriis cauſſis eſſentialibus & finalibus in primis, inde etiam efficientibus, effectis, ſubiectis, adiunctis, &c. ſcientiam parit. Aſſumpti probatio friuola & inanis eſt. Axiomata enim de humoribus neutiquam a medico per accidẽs ſciuntur, ſed per ſe ex artis ſubſtantia. Omnia autem illa medicis noſtris aſcripta egregie cõueniunt Paracelſicis, vt partim facile patet, partim a nobis dictum expoſitumque eſt. Nunc ad floſculos & fructus conſectarios, Neoparacelſi virulentia & procacitate dignos. Omnes redeunt in ipſum autorem vnico ſaltem axiomate, nempe hoc: Qui artis medicæ ab initio mundi vſque huc comprobata principia interna repudiat, & exotica quærit, is ab arte tantum abeſt, quãtum ab eius principiis, quantoque pertinacius in exoticis hæret. Iam aſſume de Paracelſicis, & nominatim de nouo ſeu recens nato Paracelſo, & conclude, quod ab arte longiſſime abſit, conſectaria illa purchre emergent, nẽpe quod vt immundus canis & amica luto ſus, aut anguis & vipera ſacrario medico ſit arcendus & reliqua.

ſic vt ars ſit externum principium.

Axiomata medica de humoribus.

De conuitiis in paracelſicos repercuſſis.

Canis.

Bacularius Triobolaris. Nunc ergo Neoparacelsus ille triobolaris Bacularius est, vt qui principia medica scit quidem aliquatenus, at, sicut pastoratum suum, abiurat, & pernegat constanter, quo grauius omnia illa, quæ in alios iecit, in ipsum impingenda sunt *Forte curãs.* crimina. Qui autem fortuito & infeliciter curent, si ignorat Neoparacelsus, consulat historias suorum, & noscat se ipsum, videns quid sibi manticæ intergo sit. Cum vera medicinæ axiomata neget, neque etiam physicam teneat veritatem, & remotissimus ab arte in tenebris palpitet, si curat, quid aliud, in quo confidat, *Aliena pro essentiis porrigens.* habet, quam fortunam, & fatum? Essentias rerum putat se dare, & ne vllo quidem digno argumẽto ostẽdere potest id, quod præparauit essentiam rei esse. Salem Veneris porrigit: at id est vitriolata ærugo; præbet spiritum vitrioli, at est phlegma. Comedit arsenicum sicut butyrum, at in*Ens arsenicale.*terim stercus eius & cadauer offert, cum ens arsenicale non sit nisi purum putum venenum. Sicut autem in medicinarum materia errat, ita vagatur fortuito in *Morbi ex salibus.* morbis, quos ex salibus mineralibus, vitriolatis, aluminosis, tartareis, &c. confìcit, cum hæc nihil sint nisi symbolica vocabula. Itaque pro re vmbram rei arripit. Ex his duobus necessario sequitur etiam

tertium

tertium, vsum sc. & applicationem esse fallacissimam. Fortuna ipsi conciliauit aliquam experientiam per multorum mortes, & acerbas cruces. Huius fiducia exultat, &c. Itaque si omnia lustres, seipsum egregie depinxit tot conuitiis. Ne autem de suo grege negare infelices euentus possit, tot virorum fide dignissimorum connotatæ historiæ euincunt. Aliquas adduxisse forte non videbitur extra oleas esse.

Vsus medicinarum Paracelsicarū.

Bernhardus Dessennius Coloniensis medicus, integrum librum olim de curis Paracelsicis & historiis edidit, in quo iucunda extat quædam narratio de quodam Paracelsico medico, quem miris modis sæpius excruciauit Epilepsia. Interrogatus cur non vteretur suis illis certissimis & mirificis medicinis ex cranio humano, sanguine, chelidonia, vitriolo, auro, & reliquis essentificatis, salsatis, mercuriatis, sulphuratis, &c. respondit, nō ꝙ olim Mahomet ille callidus, se non Epilepticū sed Enthusiasticū esse, & rapi ad colloquia deorū ad montē Veneris, vel antrū patricij, &c. sed simpliciter. Nolle curari, sed suo oblectari malo: ꝙ est incredibile, modo sana fuit mēte, & nō instar illius q liberatus melancholia ab amicis, Pol me occidistis amici, nō seruastis ait. Dicit Hubnerus ꝙ podagra frequenter molestetur etiā Neoparacelsus:

Historia curarum Paracelsicarū.

Paracelsicus medicus Epilepticus curari non vult.

Nostri Paracelsici podagra.

racelſus: Interroges eundem, ſi adeo ſcientificus eſt, & Apodicticus in re medica, cur nō podagra ſe ſua liberet, & tartarum illum ſalemq. inimicum colliquet & expurget? Reſpondebit forte ex Paracelſo, tartarum iſtum ex glutine eſſe, cui acceſſerit ſal minerale, ita firmatum compactūq. vt ſolui nequeat; At his ipſis tollere nodoſam didicit medicina podagram. D. Zuingerus in præfatione Santis Ardoyni de venenis, refert illud vulgatum de his, qui laudano opiato vſi, tandem contrario morbo interierint, id quod nos non multum vrgemus quidem; eſt tamen notatu dignum propter periculum. Magnus ille vir Crato in Epiſtola ad Eraſtum commemorat hiſtoriam integram de Theophraſto Paracelſo ex D. Bertholdo a Leipa Barone, & Marſchallo regni Boemici acceptam, cuius pater cum laboraſſet podagra intermittente, & ex Heluetia Paracelſum, podagrarum alexipharmacum, euocaſſet, dicitur ille medicus in tantum nihil profuiſſe, vt Cromauiæ agentem ægrum totum artrithicum reddiderit, lectoq. continuo affixerit. Deinde cum ipſe Bertholdus, illius filius, parum oculorum altero læſus fuiſſet, ſeu vt verba habent, leuiter affectus; Paracelſus ita ſanaſſe, retulit idem patiens, vt iſto oculo in poſterum vti non potue-

Libr. 4. de tartaro c. 1.

Cratonis hiſtoria de podagra exaſperata a Paracelſo.

Paracelſus ex læſo oculo cæcum facit.

rit. Eſt & tertium in eadem narratione exemplum, quod ſ..tormina leuia coniugis D. Baronis Ioan. a Zerotin, ita depulerit, vt epilepticam factam eodem die occiderit, ipſeque profugus in Hungariam cucurrerit quantum potuerit. Sed & pater Bertholdi curatus grauiore malo inducto, paulo poſt doloribus maximis cōfectus obiit. Imperator fertur eum nominaſſe mendaciſſimum & impudentiſsimum impoſtorem, hoſtem & oſorem omnium doctorum. In Auſtria & Hungaria additur, paucos eum aut nullos curaſſe. Hæc Crato ibi. In epiſtola ad Monauium, mentionem facit idem Turpethi mineralis, quo vſi ſint quidam Gallici ſatis commode initio, at qui breui poſt perierint. Meminit etiam alterius qui puero puluerem Epilepticum ex viua cinabari dederit, de qua experientiæ ſuæ teſtimonium affert, quod in robuſtis ea excitet, vt vix ferre poſsint. Ex Xenechdo Paracelſi exulceratum pectus retuliſſe Creckhouium afferit. Alia ad Monauium epiſtola commemorat Vvoyſelium ſeniorem ſibi recitaſſe, Epiſcopum Vvratislauienſem Caſparum Logium, a Paracelſico quodam ſumſiſſe magiſterium perlarum, cui mortuo tunicæ ventriculi nigræ & corruptæ apparuerint: eodem euentu vſam eſſe cō-

Paracelſus tormina leuia vertit in Epilepſiam lethalem.

Cæſaris iudicium de Paracelſo.

Turbith minerale primo iuuat poſt occidit.

Cinabaris viua datur puero.

Noxa Xenechdi.

Magiſteriū perlarū corrodit ventriculum.

iugem

venæ in pectore, aut pulmonibus ruptæ ſint, quique phthiſici perierint. Pharmacopœi etiá noſtri famulus ſumſit ipſe grana, opinor, quinque. Paulo poſt erumpẽte ex ore & narib. ſanguine ſenſu & mente amiſſis, tertio die animam efflauit. Huius generis hiſtorias multas recenſere poſſem, ſi res poſceret. Hæc Eraſtus imo ſi nos medicorum paſſim experientiam vellemus coaceruare, in iuſtum volumen excreſceret oratio. Audires hunc periſſe nigris globulis ex mercurio, & animam excacaſſe; illum per turbidum minerale, alios per margaritarum & coraliorum eſſentias, alios per ſpiritum vitrioli, quem vidi digitos cuidam præroſiſſe, &c. & ita in aliis. Clamabit hic Neoparacelſus ſuas præparationes eſſe alias & felicio-res; ſe non teneri pro aliis reſpondere. At quorſum iactitat artem Paracelſicam, ſi ipſe primus eſt, qui præparet? cur non oſtendit & iudicio omnium exponit illa ſua adeo innoxia? Vnius experientia non conſtituit ſcientiá. Nos etiá illa exempla non ob hoc attulimus, vt nobiles medicinas damnaremus, ſed vt temeritatẽ in vſu, argueremus, oſtenderemuſq; Paracelſicos illos nihil habere penſi, quomodo & qua ratione, quove euentu quid porrigant, ſedentes & expectantes, abſque dubio quin natura

Vide lib 3. conſil. Cratonis conſil. 13. Lib. 4. epiſt. pag. 406. lib. 3. pag. 434. & vltima. Item Andernacum de vet. & noua med. comm. 2. Dial. 7. &c.

natura ſit omnia recte actura, vt noſter ſcripſit. Vnde conſectaria illa omnia inurenda forent frontibus Paracelſiſtarum, ipſique relegandi non ad Pœnos, Gades, Arabas, ſed ad coruos & cynoſarges, & gyaros, aſtypalæos, anticyras & alia loca ſtultæ infamiæ, ſi quomodo genus humanum a ſtercoribus illis expurgari, ſegregarique impurum a puro poſsit. In carmine Palingenij ſpeculum eſt Neoparacelſi, cui vrina res eſt gratiſsima. Plinius de erroribus ſui ſeculi, quod aliquot annis Galenum anteceſsit, conqueſtus eſt. Poſt Galenum eiuſmodi iniuriæ non niſi per Paracelſicos ſunt reuocatæ. Singula autem Plinij verba tam accommodate depingunt ſectam Paracelſicam, vt ne Theſſalo quidem ſimilior ſit Paracelſus, aut ouum ouo. Quam multi impellantur flatu Neoparacelſico, in Thuringia circa Erfordiam, & Rhodolphopolin notum eſt; Sed metuendum, ne ibi ſero ſapiant Phryges.

Carmen Palingenij.

Plinij querela.

Omne nouum gratum eſt, & facit ipſa auiditas interdum auſpicia, qua exoleſcente, medicina illa noua nullius eſt momenti, adeo vt fortuna potius, & ægrorum fiducia abeat, aut abſcondatur morbus, quam tollatur ſcientia, & actione medicamenti felici. Catoni par fides eſt, ac cuiuis medicinæ hoſti. Ex affectu ſcripſit, nec ſatis

Nouus medicus noua que medicina non ſua ui ſed hominum fiducia proficit miraculoſe.

potuit

potuit præ indignatione animi sensum exprimere. Quid enim volunt sibi illa verba: Vincam nequissimum & indocile genus,&c. Sed & vaticinio non respondit euentus. Nam Romani adeo Græcos sunt imitati, vt eorum etiam sputa linxerint, putauerintque se non corruptos,sed meliores factos. Galenicos esse Empiricos,& ab autoritate vetularum,& doctorũ pendere,improbum mendacium esse, supra diximus, salua tamen experientia rationali. Quid habeant Galenicorum pixides, vulgo notum est. Neoparacelsus perfrictam frontem adeo habet, vt mentiri non erubescat. Quid contra sit in pixidibus Paracelsicis, ostenditur euentu. Spiritus vitrioli nullum lignum non erodit, ne dum parcat metallicis. Crato scribit misterium ceu magisterium margaritarum a Paracelsicis factum vix vllo retineri posse vitro: nec id mirum, quia acetum radicatum per quod fit, corrodit vniones,& coralia, quam vim erosoriam illi nebulones venditant pro essentia. Ita purum ab impuro segregant, vt longe impurius addant, pristinæ impuritati relictæ. Nihil dico de vitro antimonij, sale Gramani, &c.

Cato delirus in Græcis reprehendendis.

Cato malus Vates.

Galenici Empirici.

Pixides Galenica.

Pixides Paracelsica.

Magisteriũ margar.

Separare purum Paracelsicis est addere impurius.

Lepidus est cum alienis oculis, pedibus & manibus. Si quis scire velit, in quos ista

Alienis oculis qui videant.

 sint

ſint dicta, legat ſcriptum Neóparacelſi, vbi extat, non noſtris oculis, ſed Vulcani oculis patere eſſentias, noſtros ſenſus ineptos eſſe, & ruſticos nimis ad artem. Repetit autem iſta aliquoties. Itaque temerarius ille, dum effutit quicquid in buccã venit, non attendit ſe ſuæ artis ſpecimina proferre, & propriis ſe coloribus & penicillo egregie depingere. Quod eodem medicamento curemus Gallos, Germanos, Italos, &c. κατά τι poteſt eſſe verum, Sed Neoparacelſico ſenſu a vero tantum abeſt, quantum mendacium. Nos non raro miramur facilitatem medicamentorum, quibus Galli, Itali, Belgæ vtuntur, quæ non reſpondent noſtris votis inter nos. At materia eorum eſt vtrobique eadem, pluri mã ex parte. Quid in cauſſa ſit, & quomodo ea adhibenda, hic quoque, a Neoparacelſo non expectabimus. Symphoriani querela in eos competit, qui nõ ſuis ſed Vulcani vtuntur ſenſibus. Sed ſatis aduerſus iſta ſcurrilia conuitia.

Idem medicamentum ad plures.

Galli et Belga in libris ſuis facile curant.

Materia medica eadem in India, Gallia, Germania, &c. Symphoriani querela.

Generalem ſupra paralogiſmum poſuimus. In cuius multi membri aſſumto probando laborat Sophiſta; Et hactenus vix vnum pertexuit membrum. Sequuntur reliqua, vno cumulo coaceruata. Attendendum autem eſt, illum nugatorem prouocaſſe quidem Vulcani famulos, ſed nullius

Paracelſicus diſputauit abſque Vulcano.

nullius opera vſum, ſaltem lingua futuli inaniter more agyrtarum declamaſſe. Quod artis tuæ ſpecimen propoſuiſti, in quo per Vulcanum elaborato fiduciæ tuæ periculum facere poſſemus?

Ita arguis:

De peritia rerum phyſicarum.

Qui principia artis medicæ ignorat, rerũ phyſicarũ peritus eſſe nequit, &c.

Hoc enunciatum fallit elencho κατά τι. Nam poteſt aliquis didiciſſe medicinæ axiomata, & phyſica, tanquam alienæ artis, ignorare. Sunt enim artes diſcretæ. Secundum quid, tamen ſcit etiam phyſica, quia illis conſequens & conformis eſt medicina. Vnde hi qui medicam exercent artem, coniungunt phyſicen, citra tamen confuſionem, ſicut orator tres artes generales vna adhibet, cum interim ſingulæ ſint diſcretæ. Sed & ignorare aliquis medica poteſt, non ignorata phyſica arte, idque longe magis quam illud, quandoquidem phyſica ſine medicina eſt, medicina ſine phyſica non admodum.

Ariſtot. inquit Vbi phyſicus deſinit ibi incipere medicũ, etc.

Iterum:

Qui phyſicorum imperitus eſt, is ex naturæ fontibus ſe bibiſſe non poteſt affirmare.

Hoc vere dicis. Sed ꝙ aſſumis in vtroque falſum eſt. Galenici enim & phyſicen callent, & medicinam veram in ſua natiuâ

facie & lingua, non symbolice & fucate vt Paracelsici.

Iterum:

Qui principia medica ignorat, eum necesse est errare in morborum causis & adiunctis.

Verum & hoc est. Sed assumtum iam refutatum ante est.

Porro:

De Vrina. Qui medica principia ignorat, is vrinæ iudicium pro nihilo putat.

Hic toto erras cœlo. Tu nullum principium medicum scis, attamen iucunde tibi sapit vrina. Et notæ sunt ambulaiæ & sagæ, quæ cum nullum medicinæ calleant principium, nihilominus tamen vrinas inspiciunt, & iudicant, quarum similis tu es probe. Quatenus autem vrina sit medicæ contemplationis, & quem vsum præstet, medicos non latet, quanquam non multum ei tribuant. Mirum paradoxum: in vrina sunt euidentissima morborum principia. Quæ in vrina sunt, ex venis & vasis vrinariis proxime segregantur, suntq; partim excrementa abrasa inter eundum, partim effecta quædam, quæ caussam naturalem aut præter naturalem arguunt, &c. morborum principia vere dici nequeunt, nisi forte ad notitiam ex effectu respicias. Principiũ morbi vnum

In Vrina morborum principia.

mate-

materiale est in ipsa partis substantia, alterum formale, est ipsa ratio dyscrasiæ præternaturalis, vel organica deprauatio vel solutio vniti.

Essentialia morborum.

Efficientia principia sunt caussæ a quibus producuntur morbi, quas & ipsas vel in partibus esse, vel eas attingere aut attigisse aliquo contactu necesse est. Finales caussæ patent. Si omne principium est caussa, in vrina nullum principium morbi esse potest. Mirabile tamen est, cur vrina adeo delectentur Paracelsici, cum illam saltem pro sale cibariorum habeant. Omnesne ergo morbi ex sale saltem prodeunt, & sal partium tantum laborat? Aut hoc necesse est esse, & sic essentiæ aliæ erunt inutiles, aut vrinæ iudicium magna ex parte cadet. Sed de vrina commentaria & epistolæ extant plurium, testaturque experientia aliquid iudicij de morbis & affectibus, quin & symptomatis & caussis ex ea capi, at neutiquam perfecte, certove, nec omnia quæ scire medicum necesse est.

Vrina Paracelsicis habet salem ex cibis segregatum, quomodo principia morborum?

Repetit Spagiricos seu Vulcanicos oculos, secundum antecedens axioma de alienis oculis. Arguit autem nos non posse de vrina iudicare, quia non vtamur alienis, sed nostris oculis, quod turpissimum adeo est sophisma, vt vix nominan-

Oculi Vulcanij.

Nos nō posse de vrina iudicare, quia nostris oculis videmus.

dum sit sophisma. Omne enim sophisticum habet speciem veritatis, at hoc ne micam quidem habet. Itaque purum putum erit mendacium & incongruum.

Pergit:

Qui vrinas non potest reuocare ad fontes, & vera physicæ principia, is variis doctorum opinionibus iactatur.

De vrina ad fontes reuocanda.

Tametsi hoc sit absurdum enunciatum & falsum, siquidem non necesse est quempiam agitari opinionibus doctorum, qui nescit illa de vrina: tamē malumus potius cum doctoribus vagari, quam cum Neoparacelso vrinam ad fontes suos & physica reuocare principia, atque ita re & facto ἐξεντόπως fieri. Libenter committemus aduersario omnem de illa re certitudinem, modo bibat, & rebibat vrinas, & vel; &c. atq; ita ad principia naturæ & fontes epatis & vesicę & intestinorū ea reuocet. Quid nostri de istis excrementis, tanquam iudiciis & signis annotarint, notum nimis est. A Neoparacelso, Thurneusero & aliis, neque potationes neque destillationes illas fabulosas desiderant. Addit:

Opium pro apio.

Qui tot erroribus implicatus est, illum necesse est opium pro apio dare, merdam pro balsamo, opprimentia pro confortantibus, &c.

Nihil

Nihil hic nisi mendacium est. Videre aliud non possum. Excoquendum illud Neoparacelsi scriptum in posterum igni est,& Vulcani oculis obiiciendum. Disponuntur hic heterogenea & dissentanea pro homogeneis & consentientibus. Ramea virga opus erat. Sed hic quoq; cuculũ agit Sophista. Opium pro apio dare, cuius est, nisi eius, qui vitriolum pro sale porrigit? Qui arsenici cadauer, pro eius essentia vendit? qui aquam vitrioli pro eius oleo? Nolo de aliis dicere.

Vitiosa dispositio Sophistæ.

Tandem minitatur Galenicæ disciplinę vltimam fauillam. O quam trepidamus? Quam pallemus? si in viuis sunt illi tui Philosophi & medici, noris in viuis etiam esse philosophos & medicos nostros, quorum Deus longe erit validior, quam ille Chaldaicus. Facient hi medici, vt totus tuus Vulcanus non tantum suos amittat oculos, sed & tuos tuorumq; omnes profundis immergat tenebris, quas, vt Ægyptij, etiam palpare possitis. Sed qui sunt illi medici tui? Tu ipse nempe. Cum enim scribas illos nobis manifestaturos errores de purgantibus: tu autẽ mox tractatũ satis luculentũ & virulentum de iis edideris, tu tuam cecinisti cantilenã, teq; ipsum panoniis coronasti pennis sine arbitro honorifico? Sed quos censores requiris? Tui sci-

Vltima mina in Galenicos.

Medici Paracelsici sunt ille ipse Graman pastor fugitiuus.

Censores Paracelsici.

licet ſimiles, ſartores, & ſutores, quanquam forte nullus eorum abiecto cucullo paganus ſeu profanus factus eſt, ſicut tu deſerta profeſſione Theologica e pagano paſtore in ſcurram abiiſti. Gloriaris & de mecœnatibus tuis. At tu nullum inuenire poteras, cum tuum purulentum vomitū eructares aduerſus medicos. Repente extiterunt prorepētes ex parturiente monte, ſicut mus ille ridiculus, aut ſeminatis draconis dentib. enati id quod fieri poteſt. Nam tu hic Medeæ auxilio adiutus bonā feciſti ſementem. Sed pari fortuna, qua conciliati ſunt illi tui patroni euaneſcent, teq; proſtituent ſolū. Nicolaum Maium, quem multi boni viri norunt, eiuſque ingenium & liberalitatem & experiuntur, & quam te, maioris æſtimāt, quiq; cum Galenicis medicis non raro ſolent cōuerſari amice & familiariter, nō puto adeo demētem fore, vt approbet illa tua virulenta ſophiſmata, ne dum defendat. Si volueras quæſtione veritatem cognoſcere, cur non theſi & problematice egiſti, atq; ita prius exploraſſes, quam ſtatuiſſes adeo veſane? Scit ille neq; Galenicos omnes cōſentire de mineralium vſu, at interim abiectis totius medicinæ præceptis, neutiquam digladiari. Ego plurimum tribuo minerali notitiæ, & recto vſui: plurimum Chymiæ: atque

Mecænates Paracelſici.

Nicolaus Maius bonoris gratia nominatus.

Chymia vera honoranda.

atque vtinam omnes mecum pari & ſententia & labore experirentur, breui politiorem haberemus pharmacorum præparationem. At interim a principiis medicinæ ne latum quidem vnguem diſcedam. Obiicis nobis dignitatis noſtræ honorarium nomen, & priuilegia & alia. Doles tibi ademptam eſſe facultatem eo aſpirandi. & ob id rapis tibi ipſi titulos philoſophi & medici, quaſi ignoremus te magiſtrum artium creatum concionatorem egiſſe, & abiecto cōcionandi munere irrepſiſſe vulcaniam; in qua per mortes & pericula multorum experimenta feciſti. Nunc aſſurgis. Solent Paracelſici ad nobilitates aſpirare, & gratuitos ſeu bullatos doctores, qualis etiam in Boiemiæ finibus eſt organicen, qui pari arte ad iſta inſignia euectus eſt. Si non fugitis lucem; ſi verorum tam eſtis periti, cur non legitima doctorum promotione vtimini? Cur non docetis in Academiis? Aulas occupatis, vbi credo vos adulando proficere plus, quam vera dicendo; & mendicando amplius, quam medicando. Vnum fortuitum exemplum atque alterum plerunque ab his, qui plebeio feruntur iudicio extra artem, tanti æſtimatur, tamque mirabile cenſetur, vt ſtatim vos titulis vberrimis obruant. Et reuera mirificum eſt, ſi quid boni

Vide Zuingeri iudiciũ lib. 2. Epiſt. med. Cratonis pag. 272. & lib. 3. pag. 347. lib. 2. pag. 357. Vbi Crato nihil detrahit chymicis &c. Vide & Andernacum & alios &c.

Paracelſici venantur nobilitatem.

Paracelſici ſe diuite aulas irrepũt.

Ab aulicis & honor & ignominia praeceps.

agitis. Malo enim assueuistis sed illi aulici nobilitare vos possunt, possunt etiam exaltare, & diminuere breui manu; sicut suspensorum, decollatorum, & aliorum exempla testantur. Tu tibi ab aula caue, si sapis.

Pompa paracelsici ficta.

Sequuntur asseclæ, qui veluti in pompa triumphali, victas & triumphatas pixides sint portaturi, & contra, breuia remedia Paracelsistarum ostensuri quibus conualuerint. Pictorem egisses Neoparacelse, aut poetam. Hypotyposin tui triumphi bene repræsentas.

Contraria hypotyposis.

Quid vero si nostræ pixides sint solidæ, vestræ vero cum manibus erosæ, & in calces redactæ? Quid si addent ventriculos laceros, & exesos a margaritis vestris, loco vexillorum? Si venas ruptas, mentemque expugnatam, & pulmones euomitos, intestinaque excacata humeris portabunt, clamantes miserum; O nunquã vidissem illum medicum paracelsicum; & meum ventriculum haberem sartum tectum. Mirũ ni ille, qui sale tuo conualuit, olim nigre factum & veluti atramento inscriptum exhibiturus sit omasum.

Verissimum tutissimumque quoduis quod experientia vetustissima mõstrauit.

Vtinam vero resipiscerent illi nouarum medicinarum & curationum auidissimi arreptores; & cogitarent id verissimum esse, tutissimũque quod tot experientiis comprobatum publice sit receptum; publice fiat, examinetur, & prostet emendum vnicuiq;, pro

vt fides

vt fides eius est spectata. Artem quoq; eam esse crederent, quę ingeniosissimorum virorum industria & experientia sit constituta; quam sacri codices non vituperant, sed laudant; quam & saluator ipse pronunciauit ægrotis necessariam, non sane intelligens hanc Paracelsicam; sed eam quæ tempore ipsius adhuc visibili conuersatione inter homines agentis fuit exercitata; Tandem etiam sibi persuaderent, non posse eam bene nisi a medico administrari & huncad morbos sanandos, non agyrtas, mulierculas, iudæos, fugitiuos pastores &c. esse consulendos. Sed hallucinantibus meliorem mentem precâmur. Adhuc de scripto apologetico. Nam Galeni conuitia in DEVM &c. medicinæ nihil derogant; vt quæ ab ipso inuenta & constituta non sit; sed dono DEI peruenerit ad homines. DEVS autem suas diuitias non inuidet vlli; vt & Plato ait: Bonus est, bonum nullius tangit inuidentia: & Euangelista ex ore saluatoris; Solem suum mittit bonis & malis; cui sit gloria in æternum.

FINIS.

ANATOME

Tractatus Neoparacelsici,

DE

PHARMACO CATHARTICO,

SCRIPTI ADVERSVS GAlenicos veteris veræq; Medicinæ Professores.

IN QVA

Vicissim ostenditur vanitas & odiosa Neoparacelsi calumnia, & detergetur veræ medicinæ macula.

SPONGIA

ANDREÆ LIBAVII M. D. P. C. Physici Roteburgotuberani, e Salinis Sax.

A. Saluatoris M. D. XCIIII.

DE CATHARTICIS GALENI ET VERORVM medicorum.

MVLTIS iisque variis virorum ingeniosissimorũ scriptis industriis hactenus decertatum est, de vi illa quarundam medicinarum, qua videmus e corpore potissimum nostro exigi humorum turbam, idque ea cum varietate, vt nõ immerito hinc cõstet, quantum in natura absconditum sit miraculorum, quamq; longe se interdum illa a cognitione humana proripiat. Etenim quædam per os assumta, commouent naturam in plerisque hominibus, & per secessum exigunt, quod abundat. Quædam non hac, sed per vesicam resolutam materiam deducunt. Alia vomitu; alia sudore euacuant. Quædam foris illita; aut manu versata præstant idem. Aliquibus sola intuitio impetum attulit; alius odor. Non defuerunt quos abunde vacuauit, id quod in aliis talem effectum vix vnquam præstitit. Quædam etiam indiscretim humores quosuis purgant; Quædam vnum atque alterum saltem; idque valde diuerse. Causæ indagantur. Affertur modo familia-

Varietas effectus purgantium.

miliaritas quædam, qua simile quod est, trahat ad locum communem expulsionis naturalis sibi determinatum & analogon: Modo horror & nausea naturæ certo modo a certis stimulatæ. Interdum crasis & tota substantia; interdum calor, humiditas, amaritudo, lubricitas, acredo, astrictio, quantitas & alia tam manifesta quam occulta in iudicium deferuntur; atque omnino aliis visum est aliud. Audiuimus autē in apologetico Neoparacelsi tractatu, hunc virum beneficio Vulcani omnia sibi in medicina promittere, ita vt essentias rerum cum specificis proprietatibus, modo agendi, vtendi, dosi & aliis vel oculis ipsis possit luculente demonstrare. Putabamus titulo de pharmaco purgantis, Sisyphium tandem disputandi de vitali laborem nobis exemtum iri, & erroneas opiniones penitus ad tartarum ablegatas nunquam nos perturbaturas. Sed ingenti spe decidimus, nosque ille, vt coruum hiantem delusit. Etenim perlecto tractatu nihil artis, nec quicquam de re tanta demonstrationis calumniæ & conuitiorum abunde damnationis plurimum, vesanæ vero arrogantiæ vel integra occurrerunt plaustra, eaque eleganti illo tautologiæ odiosæ, & crambes millies co-

Causa purgationis.

Paracelsicus beneficio anatomiæ suæ sibi omnem scientiam policitus est, & nequit vim purgantem expedire.

Contenta tractatus de pharmaco purgantis.

ctæ recoctæq; tragemate per belle exornata, & veluti emblemate singulari illustrata. Omnia vesaniæ dementissimæ arma in apologia absumsit. Nihil hic ei erat reliquum. Tautologia vtendum fuit, vt rabies in Galenum hac potius satiaretur, quam in se uersa autorem suum corroderet. Negat Galenicos posse salua conscientia vti purgantibus suis. Nouum hoc non est. Coccismus est. Ante idem inculcauerat. Negati argumenta affert; quia sint corrosiua; deleteria venenata. Quia cruda & spagirice non digesta: Quia exotica: Quia auaricia mercatorum, & pharmacopolarum sophisticata varie, corrupta & mutata: Quia dosi certa careant. Quia in pharmacopoliis commista & conturbata adeo vt vis exoleuerit; nec amplius agnosci possit quibus postea argumentis sua non desunt consectaria vipereo halitu probe saginata. Si quæras istorum omnium prosyllogismos: Vulcanus est; Spagiria, anatomia essata, ars signata & aliæ stultorum hominum escæ, & plausibilia condimenta ex Paracelsi culina & fimo equino collecta & ad rauim vsque non secundum formam & modum suum, sed titulo saltem tenus inculcata. Nec opus est ista cognituro, vt totum euoluat tractatum; in vestibulo eius paucis lineis, & epilogo verbis

Galenicos vti purgantibus non posse, & cur Synopsis breuis totius scripti.

Argumentorum prosyllogismus.

bis

bis paucioribus tota ingenij vis extat. Reliqua nihil aliud habent quam verba expletiua, & interiectitia loquacitatis stolidæ nugamenta. Nos, vt breuiores simus, in pauca omnia contrahemus, respondentes stulto quidem ita, ne sibi sapere videatur, ei tamen similes in malis artibus non fiamus.

Principio causam affert cur refutanda Galenicorum cathartica sumserit. Promptum erat respondere immensitatē artis; Vnde parum abfuit, quin venter displosus sit, & caput ruptum: Deinde inuidiam & maliciam comites. Ita enim minitatus nobis fuerat in epilogo apologiæ suæ; fore Medicos & philosophos, qui istud facerent. Ecce, hic ille medicus & Philosophus. Verum aliud promit: Fatuitates Medicorum, inquit, sunt pestilentes & exitiosæ adeo vt manibus palpari possint; Item Methodus curandi a purgantibus apud Galenicos incipit. Oportuit ergo me de purgantibus agere, idque primo loco.

Cur Galeni cathartica refutanda.

Saluatorem mundi auditis. Parum aberit quin Herculem agat, aut Bencochab illum Iudæum. Non poterat peccatum Medicorum agnosci, nisi per fugitiuum Pastorem; quem vesania coe-

git medicos conuertere, cum in vertendis ecclesiastis suis operam olim luserit. Si manibus possunt palpari fatuitates nostræ, quantum operæ precium fecisti in tam operosa confutatione?*Si pestilentes sunt, & exitiosæ, cur te non primum confecerunt, & istud impurum monstrum ad orcum demiserunt, antequam irreperes Paracelsicam officinam? Vsus enim illis es ante istud tempus. Neutrum est verum, id quod ex collatione nostrorum cum Paracelsicis abunde patet. Fatua enim & pestilentia non sunt, quæ sensu & ratione cognita, magistra vero experientia per tot secula sunt comprobata, & adhuc per maximam orbis partem sine pestilentia & fatuitate sunt in vsu laudatissimo. Non autem mirum est insulso palato videri ista fatua. Fascinata lingua & fauces totæ sunt, fumoque exiccatæ Paracelsico, vt sapere bene, vt decebat, non possint. Deinde a purgantibus aliquando quidem incipiendum esse, res ipsa cogit: at id raro. Neque enim artis præceptum ignotum nobis est; concocta medicari; non cruda nisi turgeat; Et sæpe alterantia, roborantiaque solum requiruntur, & symptomatum violen-

Ridiculum fatuitates manibus palpandas tam operose refutari.

Galenicorũ purgantia in vsu medico extra noxam.

A purgante non semper initium curæ.

violentia alio vocat &c. Sed nec immemores ſumus præcepti alterius de neceſſitate euacuationis, in qua procraſtinatio non abſque præſentiſſimo futura erat periculo, vt in acutis de quibus dicitur: φαρμακεύειν ἐν τοῖς λίην ὀξέσιν, ἢν ὀργᾷ αὐθήμερον. Χρονίζειν γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοισι κακόν. Et quid ſuadeat Sophiſta aliud, cum plethorico videt imminere apoplexian; quam vt ſubito depleatur corpus vena ſecta? In Epilepſiis, & apoplecticis a magna humorum illuuie, poſtquam excitati ſunt ægri, quid aliud ſuſcipiendum? Si dederis diaphoretica, inciſoria & alia, augetur periculum a colliquatione, & violento humorũ motu, quomodo Paracelſus ille, licet nobilia habuerit remedia, tamen non raro peccauit. Illa enim confertim aggrediuntur hoſtem, & ſubito perturbant omnia; inter quas turbas anima diſturbata non raro corpore turbulento excedit. Aliquando niſi præpurges alterantia tantum valent, quantum ſi in ſterquilinium, aut ſtagnum putridum proiicerentur. Non adeo inuiſa debebat Neoparacelſo eſſe purgatio aliquando curam auſpicata, quanquam id non fiat temere.

In acutis mora pericnloſa.

Paracelſus nobilia remedia ſtulte dando peccauit.

Interdũ purgandum vt alterantia vires exercere poſſint, ſi ſcilicet humorũ abundantia prohibeat.

Hoc prooemium eſt. Sequitur quæſtio ipſa cum ſua tractatione. Hic oblitus eſt methodi ſuæ, quanquam in Rami Schola videri vult enutritus. Quomodo diſputabimus Neoparacelſe? Non patefeciſti nobis per definitionem, purgantis ſeu cathartici ſignificatum. Num catholice καὶ καθ' αὑτὸ, καὶ κατὰ παντὸς ἂν κατὰ μέρος, καὶ καθ' ἕκαστον differendum eſt? Sumemusne purgans, qua tale; an qua aliud? Per ſe enimuero. Nam alioquin errabimus in magno pelago, & errorum ſcopulis crebro impingemus conſtat alios materias ſingulares reſpicere, & rhabarbarum, colocynthin & reliqua oſtendere.

Paracelſicus amethodicus.

In diſputatione purgans ſumendum qua tale, & non qua rhabarbarū vel elleborus.

Nos iſtis vtemur cum æger ſub manu eſt certus & ſingulariter definitus. Nunc de purgante, qua hoc, diſceptabimus, cui nempe facultas eſt ad euacuandum, id quod in corpore viuente potiſſimumque humano, præter naturam eſt, aptum ad expurgandum medicina. Non iam policemur exactam definiendi artem. Contenti ſimus deſcriptione aliqua, ad effugiendam incertitudinem. Hoc tu negas poſſe ſalua conſcientia vti Galenicos. Quo argumento? Quia, inquis, ſunt venenoſa purgantia. Hic tu mihi

Purgans quid.

Theſis adverſarij.

tu mihi statimin casses incidis. Si enim quæram; Ergone Paracelsici purgantibus non vtuntur? ἀπὸ τοῦ καθόλου statim resilies πρὸς τό κατά μέρος, & dices; Imo vtuntur: Sed Paracelsica non sunt venenosa; Galenica sunt.

Si purgans qua tale, venenum? etiam paracelsici sunt venefici.

Forma Syllogismum:

Venenatis nemo potest vti salua conscientia. Galenicorum purgantia sunt venenata, Ergo his nemo potest vti salua conscientia.

Proba mihi propositionem. Quid? taces? Euge bonus es disceptator. In prima acie terga vertis. Primum hic dicimus falsum esse propositionem. Siue enim venenum accipias simpliciter pro medicamento; ita vt signet venenum non malum; seu pro veneno malo, si vsus sit medicus, ex præscripto artis, non malignus: dicimus nos venenis bona conscientia in medicina vti posse. Non tamen ex causa finali definitum. Hoc enim venenum veneficorum est, non medicorum; sed materialiter more passim vulgato: quanquam si Logicus rigor attendendus esset; id χρησφύγετον foret. Condonabunt autem Logici vsum hunc, propter autores, qui ita accipiunt. Ita Paracelsus adhibuit

Venena possunt vsurpari salua conscientia.

Venenũ proprie id vocari solet, quod occulta vi infestum est homini. Quod manifesta nocet, vt euphorbium. Opium &c.

Xenechdon suum foris; ita idem fecerunt alij bona cum conscientia. Opio, cicuta, mandragora in multis vtimur externis &c. Hæc autem habentur pro venenis. Deinde secure quædam etiam in gargarismos assumuntur, vt cicuta, &c. Quædam per clysteres, & potiones & alia dantur; at non nisi in digestis, in quibus iam veneni vim amiserunt; ipso Neoparac. id fatente infra & loco argumenti hoc ipso vtente ex Galeno contra Galenum. Ita se habet propositio a Sophista relicta. Finge iam purgantia esse venenata. Non tamen consequeris optatum. Sed antequam tuas probationes audiamus; dic an purgantia per se sint venena, an ex accidente? Per se negas. Alioquin væ tibi. Ex accidente ergo: Quorsum autem id? Infra dices: quia in crasso sunt corpore; & repetes Cantilenam: Omnia corpora feculenta venenum habent. Iam proba Assumtum. Procedunt primum testimonia maximorum Medicinæ Antistitum, vt Græci, Arabes; veteres, noui, numero quindecim, qui omnes testantur purgantia esse venenata.

non dicitur venenum nisi modificate.

Turcæ & Indi Opio vescuntur indies &c. Hispani Indorum toxico per vulnera læsi sublimatum insperserũt, & leuamen senserunt. Vnde non mirum si ille maritus alexiterium sensit ab hydrargyro. Autor illius est N. Monardes in epistola indica licet nõ omnes inuenerit. &c.

Purgantia quomodo venenata.

Testimonia quod pharmaca sint venenata.

Noueramus hoc Neoparac. etiam te non monente. Sed quæso hoc expedi; num dixerunt scripseruntque isti tantum de Ga-

Quæ purgãtia venenata.

de Galeni purgatiuis, an vero de purgatiuis absolute? Et si hoc; num καθόλου; an saltē de aliqua specie, nempe eorum, quæ vocari solent maligna? Hæres hic secundo: Et prostituis tuam causam in eo quod maxime probasse oportebat. Nos dicimus assumtum tuum quidem verum esse; at non de Galenicis tantum, sed & imo maxime de Paracelsicis. Non te iuuabit πρέπισμα præparationis spagiricæ. Totum enim principiū eodem peti in priore opere est demonstratum. Quo nunc Neoparacelse? Aduoca Vulcanum, vel potius forcipem eius, & apprehende aliquid. Donamus tibi etiam hoc; quod illi laudati viri depurgante vero omni (nam quędā non sunt vere purgantia, vt quæ lubricitate sua stercorum exitum promouent, & reliqua) sed qua est purgans locuti sunt, ne nobis molestiam crees, cum tuis inanibus prolepsibus. Donec itaque probaueris saltem Galenica purgantia ab illis intellecta, seu quæ in corporibus ad huc sunt, & non potius omnia; te vanitatis arguere non desinemus. Si dices; de his locuti sunt; quibus & vsi, sed vsi sunt integris. Ergo &c. Fallis Assumto. Nam non semper integris sunt vsi. Plurimorum dant infusum in vino vel eius spiritu. Hæc est Spagi-

Conceditur in gratiam sophistæ vera purgantia esse naturæ aduersa.

Medici non semper dant integra.

riæ pars quædam. Nam illæ vestræ extractiones ita solent fieri; nec improbo. Saltem hoc interest, quod in angustum contrahatis ad melius seruandum, quod tamen raro nisi iterum dilutum propinatis. Alioquin correctiones conueniunt, siue essentias additas spectes, siue corpora. Et tu mentiris, qui ais Paracelsicos corrigere sola præparatione. Pauca sunt in quibus non aliquid addant; quod patebit Paracelsum, Thurneiserum, Quercetanum, Lullium & alios percurrenti vel leui pede. Sed & intellexerint de integris: Non raro & vestræ familiæ proceres eadem adhibuerunt; & illud tuum SEMPER morbo vanitatis laborat. Sed & semper tibi donamus; at nondum demonstrasti Paracelsicos abiicere corpora cum corporibus vtantur: Deinde si non vtuntur corporibus, sed nudis formis, & virtutibus, adhuc tamen aqua hæret, rectiusue id fiat quam per corpora.

Discrimen inter extractum chymicum & infusum Galenicum.

Paracelsici non sola præparatione corrigunt.

Paracelsici etiam integra purgantia adhibēt.

Falsum est paracelsicos abiectis corporibus, vti nudis essentiis.

Omnes enim physici faciunt corpus nostrum & medicamenta actiua passiuaque, in quibus contactus fieri non possit, nisi sint corpora; eaque facile passibilia. Vide quo tu cum tuis essentiis tandem peruenias. Vsus vestri certe ar-

Si possint essentias nudas elicere, non tamen id sit recte.

te arguunt, vos vestræ caussæ & arti diffidere in totum, cum corpori crasso proprio & naturali remoto, substituitis alienum, cum quo essentias ingeritis. Strenuus esto Neoparacelse, erit tibi opus Vulcano socio. Antequam procedas ad argumentum aliud, impingis in Galenico ventriculo obiter seu perfunctorie viso. Negas illum coquere purgantia, si non exuperent. Prome argumentum: Quia, inquis, non potest vincere potentiores tincturas. At tamen isto eodem relaberis, & quæstionem plane non arguis. Id enim nouerat etiam Galenus. Itaque de violentis dixerat omnino ex illis alimentum nullum fieri posse; Et ideo aut eiici, aut si maneant, noxã inferre. De mitiorib. quæque vinci possunt, hoc est, quæ non habẽt tincturas fortiores, id asserebat. Vide vt stes? Cogita vero anum illam Atticam cicuta vesci potuisse: indicam puellam, & regem Cambiræ saginatos venenis: Tartaros ex intermortualibus viuere neglecta peste: Mithridatem venena non respuisse, &c. Cur non inueniatur, qui purgans in cibum vertat? De capellarum ventriculo digerente scammonium, & in lac vertente notum est. Tinctura ergo scammonij nõ absolute ventriculo fortior est: sed quodam. Theophrastus ille deus &

Remoto proprio corpore nihilominus usus requirit alienum.

An ventriculus leniter purgantia non exuperet.

Venena certa quoque ventriculus vincit.

Paracelsi lepida mendacia. pater tuus lepidus est cum suis historiis. Refert ille quendam intra sesqui mensem nihil comedisse, sed tantum ventriculo foris glebam humidam imposuisse, atque ita vixisse. Alium memorat multos annos durasse sine omni cibo & potu, tantum indies sumendo scrupuli dimidium de auri essentia. Credat Iudæus Apella. *Auri essentia habet fortem tincturam quomodo potest nutrire?* Non ego. Namque aurum didici tinxisse potenter. Vos vix grana de auri essentia porrigitis ob virtutem excedentem. Quomodo decem grana vicit ventriculus nudus, ieiunus, & ea sine liquore? Vnde etiam tantum essentiæ ei suppetiuit? Sed vobis mentiri sine pudore integrum est Nobis saluo honore non licet.

Galeno negantur benigna esse. Hoc scrupulo deuorato prolepsin ponis: At de benignis loquitur Galenus. Tu rides: Cur? Quia omne corpus crudum est venenatum. Ergo & benigna. O te *Contra venenum corporum.* Chrysippo dignum. Tune hoc sentires, & vinum potares ex cella potius quam ex Vulcania lemno? Si pruna sunt purgantia benigna, & tibi ea vxor tua vel hospes sæpe apposuit, abstinuisti opinor tanquã veneno, noluistiq; contingere, tanquam *Naturalis Spagiria.* sacrum. Vbi vero illa tua naturalis Spagiria? Certe ea adeo est benigna, vt quæuis venena corpulenta deglutiri sinat, quia natura prouida optime agit, separat pu-

rum

rum ab impuro, ita vt Medicus possit securè in vtramque aurem dormire. Sed de illo tuo veneno supra.

Alia Prolepsis. Es enim mire prouidus. Dicit Galenicus: Corrigimus. Ergo non nocent illa nostra pharmaca. Quid tu contra? Nouo argumento correctionem repudias. Supra enim docebas corpore corpus emendari a Galenicis, hoc est te expositore, venenum veneno. Nũc cumulas autoritates, & Galeno, Auenzore, Auerrhoe, Riffio testib. probas etiã correcta esse suspecta. Et ne quis tibi oggannirer Galenum non dixisse καθόλου, tu id quoque anteuertis. Bene vero istud. Accipimus negationem correctionis καθολικὴν, & dicimus eodem argumento & Spagirican tuam peti. Si enim nulli fidendum: neque tuæ. Videamus tamen quomodo tu Galenum tractes. Is capite eo in quo tua autoritas est, agit de pluribus potentiis in vna re existentibus, & confusis; Et producit cramben & betam, & alia quibus est succus δριμὺς, ἢ νιτρώδης ἢ ἁλικὸς, qui separatus purgat, relicto corpore non purgante, sed potius aluum sistente.

De correcturis Galenicis.

Si nulla correctio est, nec Paracelsica erit.

Galeni locus de his quæ laxantem & astringentem vim simul habent.

Ita de Gallorum veterum iure, de conchariis marinis & aliis disserit, donec perueniat ad æris squamam, quam dicit astringere & mordicare; intra corpus vero sum-

ſumtam etiam purgare, quia vis aſtringens ſuperetur ab acri & purgante perindeac in ſcammonio miſto cum rhois ſucco, quæ ſimul iuncta non ſiſtant aluum, ſed moueant, quanquam in lingua non niſi auſteritas pateat. Ita enim etiam multa cathartica cum carne Cydoniorum data guſtui non apparent, ſed effectu. Hic tu bonum agis Spagirum. Transformas non tantum caput 14. in decimum quintum, vt ſic melius lateas, verum etiam ex bona fide facis malam. Nam Galenus ibi non dicit, præparatione tantum falli guſtum, nec venenoſas & mortiferas qualitates tolli: Hoc tu illi tribuis malicioſe pro more tuo, ſed in vna re, ſeu natura, ſeu arte, miſta plures eſſe facultates, veluti aſtringentem & purgantem, quanquam nō niſi illa, guſtu percipiatur. Pari fide ille perfidus vtitur in reliquis. Vos boni, crimine ab vno diſcite omnia. Sed de corrigentium vi ſupra diximus. Omnino inuenimus naturam miſtura ſua quædam ita correxiſſe, vt ſumi citra noxam integra poſſint. Spagiri illi Pſeudochymici ſeparatione ſua harmoniam virium tollunt, & cerberum alligatum non raro liberant, vt graſſari impune poſſit. At qui clamant ſua ſegregatione correctionem fieri? Qui hoc ignorat, conſideret de ſero lactis purgante, de

Falſa interpretatio Paracelſici.

Paracelſici correcturi non raro malo frena laxant.

te, de succo brassicæ, betæ, spinachiæ, absynthij, cochlearum marinarum, cancrorum, &c. quorum omnium extractæ & in liquorem depositę essentiæ purgant; Integra non item, imo & reliquiæ vix quicquã habent noxæ per se, cum tamen audiatis hic agyrtam clamantem venenum nõ esse in extractis, sed in corporibus feculentis, seu reliquiis, cum ipsa experientia testetur contrarium.

Lac integrũ non purgat, sed serum et butyrũ, &c. seorsim nisi ex cibo purgante sit.

Sed missis prolepsibus ad argumentum ab effectu peruenitur, & atrocium symptomatum vi inter purgationes arguitur non correctum venenum esse, sed potius acutum Hoc argumentum etiam supra tractauimus. Tautologia committitur. Hoc monemus, Sophistam vti fallacia κατά τι & accidentis, imo & non causæ. Vniuersaliter arguit, quod vix verum est κατὰ μέρος. Eiusmodi crudelia effecta in verorum medicorum curis non deprehendũtur, sed in empyricorum Neoparacelsicorum, sicut euincunt superius commemoratæ historiæ. Deinde ex accidente aliquãdo euenire non negauerim. Multa enim incidunt foris. Nec medicum saltem suum officium facere decet, sed & ministros, & alia recte esse comparata. Quæ autem errata eueniant ob patientes immorigeros, & non attentos ad mãdata ministros, nulli est

Symptomatum vis nũ arguat incorrectũ purgantis venenum.

hydrargyro refert. Neoparacelsus depulsurus hoc telum accommodat istam experientiam nostris. Sed quis est, qui non istud mendacium agnoscat? Tot homines quotidie sub cura Galenicorum sunt, quorum quidam ter, quaterue anno purgantia sumunt nostra, in quibus scammonium est, rhabarbarũ, elleborus, turbith, & similia; Si omnes aut plurimi, aut etiam decima pars de tanto numero vi istorum medicamentorum moreretur, quæ pestis futura esset? Attendite mihi, qui Neoparacelsico atramento ventriculos a crapula laxatos constringitis, & gustum debilitatum nimia vini copia reparatis sepiæ huius liquore, ne hic verus vobis vates fuerit. Nostra medicamenta a medicis, non a barbitonsorib. agyrtis & aliis adhita eam vim non habẽt. Et quod nouimus numero saltem in Franconia, quib. familiare est se expurgare ferri squama, puluere pyrio, lathyridis granis, esulæ radicibus, succo iridis nostratis, radiculis ellebori nostratis, succo corticum de radicibus sambuci & similibus absque vlla arte præparatis, & non nisi rudi more ingestis non paruo pondere? Si quid tale inesset, quod aduersarius scribit, in his appareret. At licet commoti satis violente fuerint, salutem tamen sibi suam ab istis medicinis

Ad eos qui atramentũ Gramani vorant.

Plebeiæ purgationes exvalidis.

Periculosus vsus fortiũ non habet effectum illum, nedum medicus mitium.

dicinis gratulantur. Sed satis confusum mendacium est luce veritatis. Vulgi illa opinio de semel vsurpato medico omnes tangit. Non est vt se liberet Neoparacelsus: sicut & de cœmiterio nouo, quod si primis suis experimentis non impleuit, nō sibi tribuat, sed Deo, homines ab eius iniuria singulariter protegenti. Apparet autem etiam hic calumniosa interpretatio dicti vulgaris. Non de medicamentis catharticis solum vsurpari consueuit, sed de consilio medici omni, atque etiam venæ sectione. Neq; adeo absonum a vero est. Nam natura consuetas motiones annuatim solet sentire, aut etiam citius pro temporum modo. Id norunt etiam rustici in scarificando. Non tamen necessarium id plane in omnibus est. Noui viros grauissimos, quibus non aliter ac fœminis purgationes suæ per menses recurrere sunt solitæ, quibus non procedentibus male fuerunt affecti. Alios contra, quibus non opus fuit ad medicum semper recurrere.

De semel vsurpato medico & cœmiterio.

Non absurdum est assuetum medicinis eas repetere.

Menstruæ virorū purgationes.

Multi vix semel in vita vtuntur medico.

Sequitur prolepsis alia: At vtimur, inquient, Galenici, Benedictis; (supra nominauerat pro sua modestia maledicta) Respondet se diffidere: postea protestationi negat respondere factum, siquidem sine Colocynthide, Scammonio, Turpetho, &c. non acuamus lenia. Tertio, ne-

De benedictis Galenicorum.

gat

gat vllam benedictam medicinam esse nisi Spagirice præparatam, sed omnes maledictas & venenosas, id quod constanter pronunciet: quia corpora nihil faciant ad vim medicamentorum, & in se habeant venenum latens: Essentiæ vero sint innoxiæ. Huius prosyllogismus sumitur a confidentia quadã propria: promittit se essentias voraturũ citra noxam, modo nos voremus vicissim earum reliquias, sed tunc fore prædicit, vt clamemus: Vicisti Paracelse. Quarto arguit ab hominũ iudicio, qui mori malunt, quam nostra vsurpare, eadem esse maledicta, natura ipsa venenum præsagiente, quanquam id tegere festinent laborentque medici. Probat id Aristotelico vel potius Epicureo axiomate, quod natura appetat conseruationem sui, fugiat contraria. Hæc Neoparacelsus. Consueto more furit. Insanienti ignoscendum est, sicut olim debachantibus Mænadibus, quę obuios Thyrsis percutiebant. Prima responsio de diffidentia, maliciam hominis arguit. Nos contra monemus, ne quis facile credat versutiis Neoparacelsi. Latet anguis in herba. Si quis vero desideret veritatem rei: is accedat, hic rhodos est, hic saltamus. Innumerorum experientiæ, etiam iam nimis vulgares factæ in publico prostant.

Constanter dicũtur corporea venenata.

Confidens et temeraria obligatio.

Furor Paracelsici.

Paracelsicis non credendum.

Galenicorũ explorata fides.

Hoc procemium est. Sequitur quæstio ipsa cum sua tractatione. Hic oblitus est methodi suæ, quanquam in Rami Schola videri vult enutritus. Quomodo disputabimus Neoparacelse? Non patefecisti nobis per definitionem, purgantis seu cathartici significatum. Num catholice καὶ καθ' ἀυτὸ, καὶ κατὰ παντὸς αν κατὰ μέρος, καὶ καθ' ἕκαστον differendum est? Sumemusne purgans, qua tale; an qua aliud? Per se enimuero. Nam alioquin errabimus in magno pelago, & errorum scopulis crebro impingemus constat alios materias singulares respicere, & rhabarbarum, colocynthin & reliqua ostendere.

Paracelsicus amethodicus.

In disputatione purgans sumendum qua tale, & non qua rhabarbarũ vel elleborus.

Nos istis vtemur cum æger sub manu est certus & singulariter definitus. Nunc de purgante, qua hoc, disceptabimus, cui nempe facultas est ad euacuandum, id quod in corpore viuente potissimumque humano, præter naturam est, aptum ad expurgandum medicina. Non iam policemur exactam definiendi artem. Contenti simus descriptione aliqua, ad effugiendam incertitudinem. Hoc tu negas posse salua conscientia vti Galenicos. Quo argumento? Quia, inquis, sunt venenosa purgantia. Hic tu mihi

Purgans quid.

Thesis adversarij.

tu mihi statimin casses incidis. Si enim quæram; Ergone Paracelsici purgantibus non vtuntur? ἀπὸ τῶν καθόλου statim resilies πρὸς τό κατά μέρος, & dices; Imo vtuntur: Sed Paracelsica non sunt venenosa; Galenica sunt.

Si purgans qua tale, venenum? etiam paracelsici sunt venefici.

Forma Syllogismum:

Venenatis nemo potest vti salua conscientia. Galenicorum purgantia sunt venenata, Ergo his nemo potest vti salua conscientia.

Proba mihi propositionem. Quid? taces? Euge bonus es disceptator. In prima acie terga vertis. Primum hic dicĩmus falsum esse propositionem. Siue enim venenum accipias simpliciter pro medicamento; ita vt signet venenum non malum; seu pro veneno malo, si vsus sit medicus, ex præscripto artis, non malignus: dicimus nos venenis bona conscientia in medicina vti posse. Non tamẽn ex causa finali definitum. Hoc enim venenum veneficorum est, non medicorum; sed materialiter more passim vulgato: quanquam si Logicus rigor attendendus esset; id κρησφύγετον foret. Condonabunt autem Logici vsum hunc, propter autores, qui ita accipiunt. Ita Paracelsus adhibuit

Venena possunt vsurpari salua conscientia.

Venenũ proprie id vocari solet, quod occulta vi infestum est homini. Quod manifesta nocet, vt euphorbium. Opium &c.

non dicitur venenum nisi modificate.

Turcæ & Indi Opio vescuntur indies &c. Hispani Indorum toxico per vulnera læsi sublimatum insperserũt, & leuamen senserunt. Vnde non mirum si ille maritus alexiterium sensit ab hydrargyro.

Xenechdon suum foris; ita idem fecerunt alij bona cum conscientia. Opio, cicuta, mandragora in multis vtimur externis &c. Hæc autem habentur pro venenis. Deinde secure quædam etiam in gargarismos assumuntur, vt cicuta, &c. Quædam per clysteres, & potiones & alia dantur; at non nisi in digestis, in quibus iam veneni vim amiserunt; ipso Neoparac. id fatente infra & loco argumenti hoc ipso vtente ex Galeno contra Galenum. Ita se habet propositio a Sophista relicta. Finge iam purgantia esse venenata. Non tamen consequeris optatum. Sed antequam tuas probationes audiamus; dic an purgantia per se sint venena, an ex accidente? Per se negas. Alioquin væ tibi. Ex accidente ergo: Quorsum autem id? Infra dices: quia in crasso sunt corpore; & repetes Cantilenam: Omnia corpora feculenta venenum habent. Iam proba Assumtum. Procedunt primum testimonia maximorum Medicinæ Antistitum, vt Græci, Arabes; veteres, noui, numero quindecim, qui omnes testantur purgantia esse venenata.

Autor illius est N. Monardes in epistola indica licet nõ omnes inuenit. &c.

Purgantia quomodo venenata.

Testimonia quod pharmaca sint venenata.

Noueramus hoc Neoparac. etiam te non monente. Sed quæso hoc expedi; num dixerunt scripseruntque isti tantum

Quæ purgãtia venenata.

de Ga-

de Galeni purgatiuis, an vero de purgatiuis absolute? Et si hoc; num καθόλου; an saltē de aliqua specie, nempe eorum, quæ vocari solent maligna? Hæres hic secundo: Et prostituis tuam causam in eo quod maxime probasse oportebat. Nos dicimus assumtum tuum quidem verum esse; at non de Galenicis tantum, sed & imo maxime de Paracelsicis. Non te iuuabit πρόπομα præparationis spagiricæ. Totum enim principiū eodem peti in priore opere est demonstratum. Quo nunc Neoparacelse? Aduoca Vulcanum, vel potius forcipem eius, & apprehende aliquid. Donamus tibi etiam hoc; quod illi laudati viri depurgante vero omni (nam quędā non sunt vere purgantia, vt quæ lubricitate sua stercorum exitum promouent, & reliqua) sed qua est purgans locuti sunt, ne nobis molestiam crees, cum tuis inanibus prolepsibus. Donec itaque probaueris saltem Galenica purgantia ab illis intellecta, seu quæ in corporibus ad huc sunt, & non potius omnia; te vanitatis arguere non desinemus. Si dices; de his locuti sunt; quibus & vsi, sed vsi sunt integris. Ergo &c. Fallis Assumto. Nam non semper integris sunt vsi. Plurimorum dant infusum in vino vel eius spiritu. Hæc est Spagi-

Conceditur in gratiam sophistæ vera purgantia esse natura aduersa.

Medici non semper dant integra.

riæ pars quædam. Nam illæ veſtræ extractiones ita ſolent fieri; nec improbo. Saltem hoc intereſt, quod in anguſtum contrahatis ad melius ſeruandum, quod tamen raro niſi iterum dilutum propinatis. Alioquin correctiones conueniunt, ſiue eſſentias additas ſpectes, ſiue corpora. Et tu mentiris, qui ais Paracelſicos corrigere ſola præparatione. Pauca ſunt in quibus non aliquid addant; quod patebit Paracelſum, Thurneiſerum, Quercetanum, Lullium & alios percurrenti vel leui pede. Sed & intellexerint de integris: Non raro & veſtræ familiæ proceres eadem adhibuerunt; & illud tuum SEMPER morbo vanitatis laborat. Sed & ſemper tibi donamus; at nondum demonſtraſti Paracelſicos abiicere corpora cum corporibus vtantur: Deinde ſi non vtuntur corporibus, ſed nudis formis, & virtutibus, adhuc tamen aqua hæret, rectiusue id fiat quam per corpora.

Diſcrimen inter extractum chymicum & infuſum Galenicum.

Paracelſici non ſola præparatione corrigunt.

Paracelſici etiam integra purgantia adhibēt.

Falſum eſt paracelſicos abiectis corporibus, vti nudis eſſentiis.

Omnes enim phyſici faciunt corpus noſtrum & medicamenta actiua paſſiuaque, in quibus contactus fieri non poſſit, niſi ſint corpora; eaque facile paſſibilia. Vide quo tu cum tuis eſſentiis tandem peruenias. Vſus veſtri certe ar-

Si poſſint eſſentias nudas elicere, non tamen id fit recte.

te arguunt, vos vestræ caussæ & arti diffidere in totum, cum corpori crasso proprio & naturali remoto, substituitis alienum, cum quo essentias ingeritis. Strenuus esto Neoparacelse, erit tibi opus Vulcano socio. Antequam procedas ad argumentum aliud, impingis in Galenico ventriculo obiter seu perfunctorie viso. Negas illum coquere purgantia, si non exuperent. Prome argumentum: Quia, inquis, non potest vincere potentiores tincturas. At tamen isto eodem relaberis, & quæstionem plane non arguis. Id enim nouerat etiam Galenus. Itaque de violentis dixerat omnino ex illis alimentum nullum fieri posse; Et ideo aut eiici, aut si maneant, noxā inferre. De mitiorib. quæque vinci possunt, hoc est, quæ non habēt tincturas fortiores, id asserebat. Vide vt stes? Cogita vero anum illam Atticam cicuta vesci potuisse: indicam puellam, & regem Cambiræ saginatos venenis: Tartaros ex intermortualibus viuere neglecta peste: Mithridatem venena non respuisse, &c. Cur non inueniatur, qui purgans in cibum vertat? De capellarum ventriculo digerente scammonium, & in lac vertente notum est. Tinctura ergo scammonij nō absolute ventriculo fortior est: sed quodam. Theophrastus ille deus & pater

Remoto proprio corpore nihilominus vsus requirit alienum.

An ventriculus leniter purgantia non exuperet.

Venena certa quoque ventriculus vincit.

Paracelsi lepida mendacia.

pater tuus lepidus est cum suis historiis. Refert ille quendam intra sesqui mensem nihil comedisse, sed tantum ventriculo foris glebam humidam imposuisse, atque ita vixisse. Alium memorat multos annos durasse sine omni cibo & potu, tantum indies sumendo scrupuli dimidium de auri essentia. Credat Iudæus Apella. Non ego. Namque aurum didici tinxisse potenter. Vos vix grana de auri essentia porrigitis ob virtutem excedentem. Quomodo decem grana vicit ventriculus nudus, ieiunus, & ea sine liquore? Vnde etiam tantum essentiæ ei suppetiuit? Sed vobis mentiri sine pudore integrum est Nobis saluo honore non licet.

Auri essentia habet fortem tincturam quomodo potest nutrire?

Hoc scrupulo deuorato prolepsin ponis: At de benignis loquitur Galenus. Tu rides: Cur? Quia omne corpus crudum est venenatum. Ergo & benigna. O te Chrysippo dignum. Tune hoc sentires, & vinum potares ex cella potius quam ex Vulcania lemno? Si pruna sunt purgantia benigna, & tibi ea vxor tua vel hospes sæpe apposuit, abstinuisti opinor tanquã veneno, noluistiq; contingere, tanquam sacrum. Vbi vero illa tua naturalis Spagiria? Certe ea adeo est benigna, vt quæuis venena corpulenta deglutiri sinat, quia natura prouida optime agit, separat purum

Galeno negantur benigna esse.

Contra venenum corporum.

Naturalis Spagiria.

rum

rum ab impuro, ita vt Medicus possit securè in vtramque aurem dormire. Sed de illo tuo veneno supra.

Alia Prolepsis. Es enim mirè prouidus. Dicit Galenicus: Corrigimus. Ergo non nocent illa nostra pharmaca. Quid tu contra? Nouo argumento correctionem repudias. Supra enim docebas corpore corpus emendari a Galenicis, hoc est te expositore, venenum veneno. Nũc cumulas autoritates, & Galeno, Auenzore, Auerrhoe, Riffio testib. probas etiã correcta esse suspecta. Et ne quis tibi oggannirer Galenum non dixisse καθόλου, tu id quoque anteuertis. Bene vero istud. Accipimus negationem correctionis καθολικὴν, & dicimus eodem argumento & Spagirian tuam peti. Si enim nulli fidendum: neque tuæ. Videamus tamen quomodo tu Galenum tractes. Is capite eo in quo tua autoritas est, agit de pluribus potentiis in vna re existentibus, & confusis; Et producit cramben & betam, & alia quibus est succus δριμὺς, ἢ νιτρώδης ἢ ἁλικὸς, qui separatus purgat, relicto corpore non purgante, sed potius aluum sistente.

De correcturis Galenicis.

Si nulla correctio est, nec Paracelsica erit.

Galeni locus de his quæ laxantem & astringentem vim simul habent.

Ita de Gallorum veterum iure, de conchariis marinis & aliis differit, donec perueniat ad æris squamam, quam dicit astringere & mordicare; intra corpus vero sum-

ſumtam etiam purgare, quia vis aſtringens ſuperetur ab acri & purgante perinde ac in ſcammonio miſto cum rhois ſucco, quæ ſimul iuncta non ſiſtant aluum, ſed moueant, quanquam in lingua non niſi auſteritas pateat. Ita enim etiam multa cathartica cum carne Cydoniorum data guſtui non apparent, ſed effectu. Hic tu bonum agis Spagirum. Transformas non tantum caput 14. in decimum quintum, vt ſic melius lateas, verum etiam ex bona fide facis malam. Nam Galenus ibi non dicit, præparatione tantum falli guſtum, nec venenoſas & mortiferas qualitates tolli: Hoc tu illi tribuis malicioſe pro more tuo, ſed in vna re, ſeu natura, ſeu arte, miſta plures eſſe facultates, veluti aſtringentem & purgantem, quanquam nō niſi illa, guſtu percipiatur. Pari fide ille perfidus vtitur in reliquis. Vos boni, crimine ab vno diſcite omnia. Sed de corrigentium vi ſupra diximus. Omnino inuenimus naturam miſtura ſua quædam ita correxiſſe, vt ſumi citra noxam integra poſſint. Spagiri illi Pſeudochymici ſeparatione ſua harmoniam virium tollunt, & cerberum alligatum non raro liberant, vt graſſari impune poſſit. At qui clamant ſua ſegregatione correctionem fieri? Qui hoc ignorat, conſideret de ſero lactis purgante, de

Falſa interpretatio Paracelſici.

Paracelſici correctur[?] non raro malo frena laxant.

te, de

te, de ſucco braſſicæ, betæ, ſpinachiæ, abſynthij, cochlearum marinarum, cancrorum, &c. quorum omnium extractæ & in liquorem depoſitę eſſentiæ purgant; Integra non item, imo & reliquiæ vix quicquã habent noxæ per ſe, cum tamen audiatis hic agyrtam clamantem venenum nõ eſſe in extractis, ſed in corporibus feculentis, ſeu reliquiis, cum ipſa experientia teſtetur contrarium. *Lac integrũ non purgat, ſed ſerum et butyrũ, &c. ſeorſim niſi ex cibo purgante ſit.*

Sed miſsis prolepſibus ad argumentum ab effectu peruenitur, & atrocium ſymptomatum vi inter purgationes arguitur non correctum venenum eſſe, ſed potius acutum Hoc argumentum etiam ſupra tractauimus. Tautologia committitur. Hoc monemus, Sophiſtam vti fallacia κατά τι & accidentis, imo & non cauſæ. Vniuerſaliter arguit, quod vix verum eſt κατὰ μέρος. Eiuſmodi crudelia effecta in verorum medicorum curis non deprehendũtur, ſed in empyricorum Neoparacelſicorum, ſicut euincunt ſuperius commemoratæ hiſtoriæ. Deinde ex accidente aliquãdo euenire non negauerim. Multa enim incidunt foris. Nec medicum ſaltem ſuum officium facere decet, ſed & miniſtros, & alia recte eſſe comparata. Quæ autem errata eueniant ob patientes immorigeros, & non attentos ad mãdata miniſtros, nulli eſt *Symptomatum vis nũ arguat incorrectũ purgantis venenum.*

hydrargyro refert. Neoparacelsus depulsurus hoc telum accommodat istam experientiam nostris. Sed quis est, qui non istud mendacium agnoscat? Tot homines quotidie sub cura Galenicorum sunt, quorum quidam ter, quaterue anno purgantia sumunt nostra, in quibus scammonium est, rhabarbarũ, elleborus, turbith, & similia; Si omnes aut plurimi, aut etiam decima pars de tanto numero viistorum medicamentorum moreretur, quæ pestis futura esset? Attendite mihi, qui Neoparacelsico atramento ventriculos a crapula laxatos constringitis, & gustum debilitatum nimia vini copia reparatis sepiæ huius liquore, ne hic verus vobis vates fuerit. Nostra medicamenta a medicis, non a barbitonsorib. agyrtis & aliis adhita eam vim non habẽt. Et quod nouimus numero saltem in Franconia, quib. familiare est se expurgare ferri squama, puluere pyrio, lathyridis granis, esulæ radicibus, succo iridis nostratis, radiculis ellebori nostratis, succo corticum de radicibus sambuci & similibus absque vlla arte præparatis, & non nisi rudi more ingestis non paruo pondere? Si quid tale inesset, quod aduersarius scribit, in his appareret. At licet commoti satis violente fuerint, salutem tamen sibi suam ab istis medicinis

Ad eos qui atramentũ Gramani vorant.

Plebeia purgationes ex validis.

Periculosius vsus fortiũ non habet effectum illum, nedum medicus mitium.

gat vllam benedictam medicinam esse nisi Spagirice præparatam, sed omnes maledictas & venenosas, id quod constanter pronunciet: quia corpora nihil faciant ad vim medicamentorum, & in se habeant venenum latens: Essentiæ vero sint innoxiæ. Huius prosyllogismus sumitur a confidentia quadã propria: promittit se essentias voraturũ citra noxam, modo nos voremus vicissim earum reliquias, sed tunc fore prædicit, vt clamemus: Vicisti Paracelse. Quarto arguit ab hominũ iudicio, qui mori malunt, quam nostra vsurpare, eadem esse maledicta, natura ipsa venenum præsagiente, quanquam id tegere festinent laborentque medici. Probat id Aristotelico vel potius Epicureo axiomate, quod natura appetat conseruationem sui, fugiat contraria. Hæc Neoparacelsus. Consueto more furit. Insanienti ignoscendum est, sicut olim debachantibus Mænadibus, quę obuios Thyrsis percutiebant. Prima responsio de diffidentia, maliciam hominis arguit. Nos contra monemus, ne quis facile credat versutiis Neoparacelsi. Latet anguis in herba. Si quis vero desideret veritatem rei: is accedat, hic rhodos est, hic saltamus. Innumerorum experientiæ, etiam iam nimis vulgares factæ in publico prostant.

Constanter dicũtur corporea venenata.

Confidens et temeraria obligatio.

Furor Paracelsici.

Paracelsicis non credendum.

Galenicorũ exploratu fides.

De acumine. Secunda non opus habemus. Non enim negamus nos vti acumine cũ opus est, sed vti medice. Veni & vide. De tertia supra responsum est, & adducta exempla contraria. *An Galenica maledicta.* Est autem in Deum & naturam contumeliosus, dum maledicta illa vocat physice, quæ Deus ad salutem hominum cõcessit. Sed quid ille curet Deum, qui ab eius ouili profugit, & se mercenarium improbum fuisse testatus fuit, nisi fur simul fuit, & latro, sicut vatidico ore refert Saluator? Si constanter id pronunciat, cõstanter mentitur. Contrarium enim totum verum est pene in omnibus quę nouimus. Sed ille simplex vir putat se nobis simplicibus valde verba facere, putat nos ignorare quid Chymia præstet, sicut supra cum magna, sed ridicula & inepta fiducia dicebat: Scio quid ipsis desit. *An Galenici ignorent Chymiæ effecta.* At tibi deesse cerebrum sanum hæ ipsæ tuæ conuincunt & demonstrant furiæ. *Venenũ corporum.* Non est verum, vt iam sæpe diximus, in corporibus reiectaneis esse venenum simpliciter, sed si quæ venenata sunt, ex illis venenum extrahitur ita, vt corpus plane relinquatur mortuum, possitque citra incommodum, si quis velit vsurpari. *Venenũ potius in extractis.* Et natura id ostendit per se. Etenim aconiti succus expressus, opium seu succus nigri papaueris, Thapsiæ spiritus & liquor & alia innumera,

numera, extractæ res sunt, at quam venenatæ? Experire corpora ipsa, veneni vim deprehendes minorem; Experire feces seu reliquias expressionis, nihil inerit. Stibij vitrum an non extracta essentia est? Integrum sumitur innoxie, flos albus, & vitrum furiose mouent corpus. Supra fecimus mentionem lactis, Betæ & aliorum. Quæ infunduntur, sicut alias vires deponunt in menstruũ ita & venenatã. At infusione essentiæ chymicæ multæ extrahunt. Ita aquę quæ stant super cadmia, arsenico & similib. venenatæ inde fiunt, non tantũ quia alterãtur, sed & quia spiritus minerales, perinde vt acidulæ & Thermę, secũ vehunt, atq; etiam aliquid de subtili substantia. Aliquibus ita per macerationem crebram menstruis mutatis adimitur venenum: aliquibus eluitur, &c. Omnino hoc cõpertũ est, veneni maximã vim in essentiis venenatorũ esse, adeo vt cocti angues absq: noxa comedi possint, veneno ꝑ halitũ & ius coctionis deposito, tantũ abest vt Neoparacelsi sententia plane omnẽ experientiam & fidẽ euertens, sit vera. Stulta & inanis est fiducia illa, quę nobis reiectanea seu reliquias offert, seruatis sibi essentiis. Per Chymicos ignes ita aduruntur, & trãsmutantur & horribilia fiunt, vt nec saporẽ nec odorẽ aliquis ferre possit. Si certare

Infusio ostẽdit quod extrahatur venenum.

Extractio talis adhibetur in multis veneni tollendi gratia sicut & coctio.

De reliquiis vorandis.

vult; ſorbeatis ius decoctarũ raparum, betæ,&c.Item infuſum rhabarbari,turpethi, ſcammoniæ,eſulæ, iridis noſtratis, & reliquorum more ſolito extractorum, ita vt ex totorum vnciis duabus ſelectiſſimis ipſi relinquatur vna doſi accipienda eſſentia, nos nihil cunctabimur quin duplum fecum liberatarum tamen prius ab his, quæ ignis & aliorum adhibitorum vis intulit, ſimus deglutaturi.

Feces repurgata essentiis iterum adduntur a Chymicis.

Et quid cunctemur, cum feces denuo elaboratæ addantur extractis eſſentiis, & vna ſumantur? Et ne nos putet ludere extractionum modis, optimos ex ſpagyrorũ libris ſeligemus. Sunt autẽ optimi, qui eſſentiam ita extrahunt, ſine tamen igni & menſtruo abhorrente a natura, vt in reliquiis nihil deprehendatur,niſi ſolũ inſipida materia plane omnis virtutis expers, niſi quod terream aſtringentiam retineat. Si illud fecerit, vter vincat apparebit.

Mineralia, plus habent aliena materia quã propria,& longius absunt ab vsu humanæ conseruationis.

Non ita iniqui ſumus,vt ille. Nos offerimus ea quæ comedi poſſunt.Ille mineralia opponit, quæ nunquam venerunt in vſum culinæ, & quorum ſaltem terra ferri non poteſt, etiamſi reliqua omnia deceſſerint. Sed ignoſcant boni temerariis ſpõſionibus. Stulto non aliter fuit reſpondendum. Quæ experientia magiſtra probauit, a DEO ad ſalutem noſtram data, iis

ta, iis cum gratiarum actione est vtendum. Considerare debuerat audaculus ille: Non tentabis Dominum DEVM tuum. Est autem hoc firmum argumentum & nequitiæ & ψευδοχυμίας Neoparacelsi. Nullus enim ne Paracelsicorum quidem est, qui istud audeat excepto vno Muffeto, qui tamen cautius loquitur, nempe fixa se assumere sua dosi velle. Omnes alii referunt, totam totius vim per Chymian coarctari ita, vt minima quantitas sufficiat ad iustam dosin, sicut Paracelsus de magisterio gemmarum monet, guttam dari solum, quia sit valde acre: Et de magisteriis gemmarum scribit, quod vitra & instrumenta penetrent, nec possint seruari nisi in auro. Et ille nugator tam prompte vult ista vorare. De essentia salis idem ait autor, quod vna semuncia plus saliat, quam libra in iure de integro. Et ita de aliis. Itane est Paracelsista? Sed experiatur si libet, procul dubio clamabit, nisi prius erosæ sint fauces, quam id possit, vicisti Galene. Quarta responsio a vulgi nausea, inanis & indigna est prolatu. Plurimi sunt qui se expeditos ad remedia offerunt, & ideo medicos accersunt.

Paracelsici falsi Chymici.

Gutta datur in magisterio margaritarum Paracelsi.

Essen. Gem.

Essen. salis.

Nausea delicatulorum vel impotentium.

Vix vnus atque alter delicatulus ita fascinatus est, antequam tamen mortis spi-

Chymicis remediis plures aduersantur quã Galenicis.

cula feria experiatur, discit resipiscere. Hoc dicimus; nos sæpe voluisse Chymica propinare, idque cum magno patientum commodo, sed adeo aduersatum nobis est, vt animam exhalare citius, quam Paracelsicum, opinione sua, remedium sumere sustinuerint. Sunt autem remedia Chymica a veris quoq; Chymicis præparata adeo suspecta reddita per nequitiam & imposturas Paracelsistarum, vt paucos inuenias, qui illis etiam omni noxa destitutis, vel si iures, & fidem tuam interponas, fidere ausint. Amvvaldi medicina, quam Panacean vocant, caret noxa, nisi noxie vsurpes, quod experti dicimus. Inter multa millia inuenias vix centum, qui attentare eam ausint. Ita scelere impostorum infamantur etiam immeritissima.

Nequitia Paracelsica etiam vera chymica reddit suspecta.

Amuualdi Panacea innoxia.

Vis natura præsaga.

De præsaga naturæ vi, fabulam agit Sophista? Videat qua prudentia possit declinare, si quid noxij cum cibo vel potu voret. Acutæ naris homo est. Statim olfacit, si cum olere cocta est aranea, aut si muscerda (vnum ex Paracelsicis purgantibus per anatomiam naturalem in muribus grandibus, essentificatum, si credere fas est) cum pane præbetur. Non purgat illa, quia in mure est Spagirice separata, & in clibano concocta. At feces vna vorat. Ergo venenum. Nec potest

Muscerda vna est ex essentiis Paracelsicis.

corri-

corrigi corpus corpore. Duplex ergo edit venenum, cum panem muſcerdis pinguibus bene compactum devorat, neque tamen præſaga veneni natura eſt. O ſtuporem aſininum.

Liberare hic Chymicos ſatagit magno quodam crimine. Ab initio viuo ad huc Eraſto experientia cognitum eſt, Paracelſicos præparatione ſua non cœleſtes & innoxias eſſentias coquere, ſed diabolicas plane peſtes. In vulgus hoc emanauit. Addiderunt eruditi, ignis vim addere & augere perniciem. Amolitur id a ſe valde turbulente & indignabunde (quia crabrones ſunt moti, nimisque eſſentificata hæc veritas eſt, impuro omni ὄντως, hoc eſt eſſentialiter & vere ſublato.) Neoparacelſus; Et Galenico teſtimonio ex tractatu de Theriaca ad Piſonem comprobare nititur id falſum eſſe crimen. Sed non opus eſt vt commoueatur. Policitus multa eſt de ſuo Vulcano, & proprio experimento. Satisfaciet illis, ſi poteſt. Non tamen eluere maculam Paracelſiſtarum poterit, etiamſi ſe purget. Illi longe aliter ſua præpararant. Deinde nihil auxilij eſt illi in autore citato. (quem Galenum fuiſſe negant docti quidam.) Nam de aliquibus ſaltem id verum ſcribit, non de omnibus. Et loquitur de aperta & ſimplici ignis

De chymicis præparatione exaſperatis propter ignem.

Autor de Theriaca non iuuat Paracelſicos.

vstione. De Spagyrica nunquam in mentem venit. Imo contraria illi prorsus est Spagiria, quæ optimas essentias quærit in his, quæ nunquam in ignem venerunt teste Paracelso & Dornheusero; Et quorum spiritus, ne affugiant, arctissime clausis rimis retinentur. Dicunt enim cum spiritu abire essentiam, & nihil relinqui præter cadauer, in quo deceptus Spagirus, frustra quærat arcana. At ille Galenicus apertis fornacibus vrit. Neque tamen temere est quod sentiunt autores ignis vi immutari medicinarum potētias. Miscetur flamma spiritibus pabuli variis qui se insinuant etiam per minimos transitus. Res ipsa loquitur vaporaria & panes resipere ignem suum, de quo est & in Propheta & apud Macrobiū, &c. Inde requiritur etiam tanta industria in electione & gubernatione ignis. Sed de his satis.

Chymici optimas essentias quærūt extra ignē.

Tandem venenosa Galenica esse arguitur compositionibus, in quas ingrediūtur opium, colocynthis, sulphur, euforbium & alia. Sed plana responsio est, digestione facta illa non amplius esse quod fuerunt. Si ergo non sunt hoc, fuerunt autem venena, iam non erunt amplius. Et vsus Theriacæ, Mithridatij, pulueris Saxonici & aliorum adeo vulgaris iam est, vt omnibus venenis alexiteria esse pateant vulgo.

Vide Andernacum lib. 2 Dial. 6. de Vet. & no. med. circa finem

vulgo. Non ergo hærebit calumnia. Opponit autem nostris sua chymica Paracelsica, de quibus ad nauseam dictum est. In oleo vitrioli multus est. Non superbiat; nos melius præparare possumus ipso. Videre autem etiam hic est superbæ temeritatis certissimum iudicium, & ψευδοχυμίας argumentum euidentissimum. Non quidem curat aliorum præparationes; de sua promittit, se indies per totum mensem semunciam velle potare, quæ res perueniret ad vncias quindecim. Atqui certum est diligentissime id præparare Valerium Cordum & Dornæum, & alios quorum descriptiones sunt ad manum; quæ non dissentiunt a Quercetani quoque breui designatione & Andernaci aliorumque. At hi omnes, tres, quatuor, quinque guttas porrigunt vna dosi, nec facile excedunt scrupulum medium siue de dulci siue acido accipias, adeo vt chymici veri mirentur nostrum spiritum dari drachmæ pondere, atque etiam grauiore. Reprehendunt autem eum, quod multo adhuc scateat phlegmate, quod tamen nos non curamus, quia sic prodesse experiētia cognouimus, nec damus nisi dilutum aqua aut alio liquore. Andernacus vnam atque alteram guttam præbet cum cordialibus in peste. Nec parum fauet Paracelso. Nos hoc ipso

De oleo Vitrioli.

Cuius Vitriolati liquoris magna est dosis, in eo multum phlegmatis restare, aut non esse essentiam axiomate dicitur.

tempore gustauimus a chymico peritissimo factum. Impossibile est sine noxa capere drachmam per se, ne dumsemunciam. Alias, vero etiam aliorum, vt Francofurtensium, Norimbergensium, & amici cuiusdam nostri, præparatum sumsimus. In virtute parua fuit differentia, licet alterum altero empyreuma redoleret magis &c. Incorrectum omnino non est tutum. Erodit enim & carnes, quibus parcit correctum recte vsurpatum. In diluto sacharo, quo corrigitur acrimonia, sumi facile potest quod correctum est repetita destillatione. Vt & in multa aqua. At hoc non placet huic Sophistæ. Si Neoparacelsus semunciam singulis diebus potest concoquere, sine omni corrigente, quid erit præterquam merum pene phlegma seu aquositas? At hoc non erat obseruare Spagirorum regulam; Purum ab impuro: Et in minima quantitate esse plurimum virtutis. Sane Neoparacelse tu indignus es vel Paracelsi nomine. Nondum potes vitrioli spiritum facere, & chymiatrum profiteris? Quæ te intemperiæ agitant? Sed quid miramur? Domi didicit, e fugitiuo pastore factus agyrta lucifuga & tenebrio, qui putat statim credere debere omnes, quod blaterat αὐτο-

δίδακτος.

ἐνδεκτῳ. Ne autem nobis oggranniat doſeos diuiſionem, quaſi diſtribuere ita velit vt vna hora vnam guttam ſorbeat. Ignauo Sophiſmate peccauerit, & nihil magni fecerit, dignum promiſſis tantis, licet & hoc abſque temeritate non foret, ſingulis horis ſcrupulum pene deglutire, ſi die ſaltem ſemuncia ſit haurienda.

De virtute illius Spiritus nos præſtantiora cognouimus, quã tu declamare queas. Vrit virum, quod Galenici admiſerint Chymian. Sed quod tu tibi fingis a Paracelſo eos didiciſſe; improbe agis. Quod Amvvaldus de ſe ſcribit, non ſcilicet doctum eſſe ab illo; Nam nemo proficere ex diſciplina eius futili facile poteſt; id noſtri de ſe longe verius. A Paracelſo prioribus & longe eruditioribus veriori busque arripuerunt artem, & iam experientiæ acceſſione ita nobilitati ſunt, vt tuam ψευδοχυμίαν facile queant redarguere, & ad coruos mittere. Mentiris tamen turpiter, dum attribuis vitrioli ſpiritui plus quã omnibus aliis Galenicis medicamẽtis. Multa ſunt a quibus vincitur, nõ tantũ velocitate agẽdi ſed & præſtãtia effectus, nec in omni malo omnia adhiberi poſsũt. De ui refrigeratoria nugas agis imperitas. Noſtri ſciũt in eo plus eſſe caloris quã frigoris,

Galenici a Paracelſo nec didicerunt nec cupiunt diſcere chymiam vt expreſſe Crato, Arrãgoſius & alij ſcripſerunt.

Vitrioli ſpiritus non pollet plus omnibus aliis Galenicis.

An ſpiritus vitrioli ſit frigidus.

quan-

quanquam facile se accommodat ad coniunctorum naturam. Guintherius cum vitriolo insigniter calefaciẽtem virtutem asscribit; tum oleo eius ita vt instar ferri vrere possit. Et si omne purgans calidum est, ita vt etiam hydrargyrus ob hoc calidus esse quibusdam affirmetur, vitrioli autem spiritus purgat: Cur non sit calidus? Deinde affunde aliquam quantitatem cupro vel alij metallo; & in vitro manu tene: videbis sponte incalescere & feruere, instar aquæ fortis, fusæ super metalla; si stygia est calidissima: & spiritus ille quandam vim eius habet; Et est aquarum fortium potissima materia vitriolum; certe calidus spiritus ille erit. Nihil dico de acredine erodente &c. Galenus ob hanc aceto tribuit calorem. Et est quidam chymicus, qui axioma hoc refutat. Omne acidum frigidum, seu est a calore imbecilli: exemplo aceti radicati. ol. Sulph. & spiritus vitrioli, quæ acida cum sint, calida existant. De vi ignis & vitrioli per se taceo. Tuum credo satis erit frigidum. Nisi enim obtusum & fatuum habes palatum, alias synceri tantam copiam indies potare non posses. An tu es ex progenie Indorum de quibus Garzias ab Horto ait, quod nobis calida aromata plæraque frigida censeant.

Vitrioli oleum super metallo efferuescit sicut aqua regia, lenius tamẽ.

Non omne acidum frigidum.

Acidula.

De acidulis nobis constat sine tua admoni-

monitione. At illæ tuam confidentiam ſatis arguunt. In libris tribus vel quatuor vix ſunt guttæ decem. Nos in ſimplicia qua miſturam experti ſumus. Decem guttæ ſatis ſunt ad ſeſquilibram aut etiam duas eo acore tingendas, qui deprehenditur in Goppingenſibus. At quid in illis præſtiterunt reliqua mineralia.

Miſtura ol. Vitrioli cum aqua.

Satis putatur iam argutum venenum Galenicum, quanquam eius rei veſtigia ſint etiam inſequentibus argumentis. Acceditur ad corroſionem.

De corroſione Galenicarum medicinarum.

Corroſiua nemo poteſt cum bona conſcientia dare.

Galenica purgantia ſunt corroſiua; Ergo, Non poſſunt hæc dari cum bona conſcientia.

Aſſumtum firmatur vſu Scammonij, Eſulæ, Colocynthidis, laureolæ &c. Propoſitionem cur nō probas argutule? Etenim laborat morbo κατά τι. Cur non adhibitum eſt pharmacum ex regula κατὰ παντὸς, καὶ καθ᾽ ὅλȣ? Nos damus illa corroſiua, quorum meminit, ſecure in compoſitionibus, quia certum eſt, vires illas refractas eſſe digeſtione, & alteratas. Deinde damus etiam cum bona conſciētia cum dilutis corroſionem mitigantibus. Et hoc fieri poſſe vel vulgo conſtat. Vinum corroſiuam vim habet, & eius ſpiritus. Ita mel; acetum

Corroſiua tuto a peritis dantur & ſumuntur quadam etiam ab imperitis ſecure.

VINVM.

Ita muria, garum vrina, lixiuia quædã &c.

Condimenta corrosiua innoxia.

Esulæ.

Colocynthis.

acetum sal, succus berberum, limoniorum & alia plurima. At illa nobis velin cibo non raro sunt iucunda condimenta. Esulæ corrosio corrigitur coctura lactis. Alia vis nocens tollitur macerato aceti: Colocynthide raro vtimur in substantia, eaque non nisi digesta. Alias decoctum clysteribus non inutiliter miscetur. Foris forma Emplastri Epomphalici item vsurpatur, sed citra corrosionem.

Thymelea cuius generis est & hydropiper arum. iris nostras &c.

Diagridiũ.

Thymelæam vorant rustici per se, quanquam non raro fauces exulceret. Sed illi temperare norunt vt piper. Itaque nihil inde est incommodi. Nos rarissime vtimur pilulis e Thymelea, & Mezereo. Corrigimus ante compositionem vt esulam; & digerimus in ipsa. Scãmonij seu Diagridij, quod est eius extractum, vsus tam vulgaris est, vt pudere debeat Neoparacel. inter corrosiua id posuisse. Et si extractio corrigit; non metuendum ab eo est.

Serapio de Scammonio.

Serapionis experimentum in recente, integroque maxime verũ sit, aut etiam nimia quantitate dato. Ad nos succus perfertur, qui præparatus deprehenditur non tam noxius; quanquam rarissime per se detur, nec nisi ab imperitioribus.

Chymica paracelsi molliter tractata.

Galenus Diagridium etiam cibo miscuit sine noxa erosionis. Sed quam blande potest sua Chymica Paracelsica tractare Neoparacelsus?

An

An vos latet propria Paracelsi confessio? An mundi experientia vana est? Require supra de coraliis, perlis, antimonio, præcipitato, & reliquis; Et vide quid ipse Paracelsus scripserit. Deprehendes non leuem culpam. Oleum vitrioli imperite tractatum datumq; corrosiua virtute non vacat. Sed propter eam vsus eius Medicus, qui non est circumforaneus, sed congruens cum ratione recta, non est prohibendus. Sed & de his supra. Adduntur huic argumento quædam succenturiata; vt; Medici ipsi nolunt sumere quæ aliis præbent; sua ergo censura sunt mala. Lepidũ caput. Non absque ratione id nolumus. Quia non ita laboramus vt alij, nostra natura ab aliis discreta est. Nobis delectus est. Aliis placent sua. Spiritu vitrioli curaremus multos. Sed ægroti conqueruntur de sumptibus. Et vna dosi interdum parum proficimus. Sed de hoc supra. Aliud.

Ol. Vitrioli quod & ligna corrodit quatenus a Galenicis purgantibus nõ dum obseruata est.

De medicis recusantibus ea quæ propinant aliis.

Deus multa hominibus largitur, quibus non Vtitur ipse.

Non aliter præparant sua quam tusione &c. Item pharmacopoei fidei committunt, ipsi non soliciti de præparatione. Mentiris in vtroq;, magna ex parte. Non quidem Pharmacopoeos iniuratos nostræ ferunt ciuitates, neq; medicus cuiusq; periuria cauere, aut olfacere potest; Itaque & fidendum ipsis est: attamen non ita rari sunt in Pharmacopolio, vt non obser-

Præparationes Galenicæ.

Medicus nequit periuria ministrorum artu cauere.

uent

uent quid fiat. In plerisque locis ne inferre quidem in officinam audet quid pharmacopola non inspectum & iudicatum a Medicis: Et hoc iterum in compositionibus respicitur. Non opus est nostris tua virulentia. Tu vide vt tuus Vulcanus omnia recte coquat, & magister metallicus singula porrigat sine spiritu & essentia arsenicali, cadmiosa, & aliis, præsertim cum marcasitas elaboras. Non enim ignotum est quam varie misceat illa natura, quodque vt Geber ait, in profundo substantiæ adhæreant mala, quæ elui non possint vlla arte, nisi totum corrumpas, & mistu, ram soluas.

Maius periculum est in iudicio mineralium paracelsicorũ.

Quod nos ipsi non præparemus; caussa magistratus est, qui voluit in publicum consuli, vti sciretur quæ medicamenta conficiant medici. Tu vstulatam conscientiam geris cum tua tam arcana seruas, quam sacra eleusinia. Miror vllum hominem tua abscondita & lucifuga vsurpare. Dic quomodo & quo me curare velis, dicebat ille; & habebis me tibi obtemperantem. Sed de hoc etiam supra. Tautologi esse cogimur, quia nihil hic affertur præter nugas repetitas. Chymica nobis contemni fingis. In omni pharmacopolio prostant. Quod autem tua respuimus, quia iudicium & lucem fugis, & in nulla

Cur Galenici medici nõ sint pharmacopæi. Paracelsica fugiunt lucem. Itaque publicos ministros non ferunt.

Chymica nõ contemnuntur a Galenicis, sed paracelsica.

acade-



academia, nec vllo magistro didicisti, sed es fugitiuus apostata; ignosce nostræ rusticitati. Tales sumus fato quodam.

Argumentare. Qui ignorat præparationis suæ officiũ, idque committit item ignorantibus, is nõ potest bona cum conscientia dare purgatoria.

Galenici an præparationes ignorẽt.

Galenici ignorant &c. Ergo &c.

Negamus Assumptum. Et quanquã Fuchsij, Campegij & aliorũ adducas sententias; nihil tamen proficis. Scimus illos tibi non adulatos fuisse, sed de negligẽtia multorum conquestos diligentiam omnibus commẽdasse. Nec inter nostros, quod supra diximus, omnes sunt paris industriæ, experientiæ & alacritatis. Eos & nos improbamus. Incognita pro cognitis sumi internos nemo non nisi stultus patitur. Si Pharmacopolæ errant in hoc, deprehenditurque erratum; non impune ferunt. Idem dictũ esto de impostura eorundem, quam infra recoquis. De Dosi ita.

Inter Galenicos multi rudes & ignaui.

Scelus pharmacopoei est si sumit alterum pro altero inscio medico.

Qui dosin certam ignorat, non potest bona conscientia dare purgans.

Dosis.

Galenici ignorant dosin. Ergo &c.

Assumtum probas: quia obstinate retineant formas præscriptas; nec attendãt ætatibus & regionibus mutari vim medicinarum & dosium: idq; probas croco & isatide, quæ ex coloribus bona vel mala æsti-

mantur; item quod deleteria modo magis modo minus sint noxia; item vtamur coniecturis. Sed de dosi tibi supra etiam restitimus. Nunc assumtũ negamus; Et ad primam πρότασιν dicimus te falli elencho κατά τι. Non præscripta saltem & vsu probata retinemus; sed & ipsi præscribimus & componimus noua; vtẽtes simplicibus, mistis pro necessitate. Sed si vsu probata retinemus, tu negas id recte fieri, quia in annos res mutentur felicius infelicius prouenientes. Hoc quoq; supra refutatum est. Iam dicimus, si tuis mercatoribus tantũ tribuis, vt ex colore possint pronunciare de bonitate & malicia croci & Isatidis; quæ demẽtia est medicis in re medica non posse idem dare? At nos non ex solo colore æstimamus res: exploramus gustu, odore & tandem etiam effectu quantum polleant. Non est natura instar fucatarum & cerussa purpurissoq; inductarum mulierum. Vix ita se occultat, vt non aliqua nota suam bonitatem manifestet. Si experientia didicimus his notis in re repertis argui eam bonam, quorsum virulento tuo ore nos allatras? Tibi id neutiquam adeo est expeditum. Omnia enim mineralia per chymian elaborata, denuo semper sunt examinanda, & effectus spectandus propter materiæ inæqualitatem, & operationum

Responsio. Galenici nõ omnia ad vnum accommodant modulum.

Medici etsi præscriptas compositiones retineãt simplicium tamen delectus agunt antequam componantur.

Mineraliũ nota sunt fallaces propter spiritus inde prehensos &

onum varietatem. Id tu nobis expertis nunquam adimes, vt vt tuas prædicas præparationes. Vulcani mutatoriam vim delere non potes: neque in manu tua naturę crasis est. Bene a te exigitur προπόσμα, vt sis quasi prægustator ad mensam. Nihil enim a te sumerem, nisi in te compertum: quanquam ne sic quidem audaci & fugitiuo homini fiderem.

Varietatem misturarũ.

In chymicis mineralibus nihil propinandum est nisi toties effectu, qui tamen periculosus est, spectatum denuo, quoties nouum factum est.

Galenicorum multos negas vitrum luto perungere posse. Ridiculus es. Qui id non possint? At ne desiderant quidem. Quanta enim gloria est id posse, cum commune sit cum figulorum tyronibus? Ego nõ credo te posse calceũ bene vngere modo sutorio; ideone te vituperẽ? A luto ad analysin Spagiricã satis Ramee processisti. Logicorũ luto perungi non eras indignus.

Vitrum luto perungere, non est operosa gloria.

Essentias indicare dosin, supra negatum est, simpliciter verum esse. Tu autem non ex essentiis sed modo præparandi certitudinem sumebas. Sed quæso si essentiæ indicant id, quo argumento id deprehendis? An quia multæ vel paucæ extractæ sunt? Nullo modo. Eo enim non potest dosis definiri. Quo ergo? Effectu: Equidẽ. At hic vnde innotescit? an nõ gustu, operationis experimento & fine? Nam ex colore nullum tibi argumentum est; cum paulo momento possit is mutari. Nec

An essentiæ indicent dosin.

Color dosin non indicat.

quia antimonij vitrum rubet, ideo fortius est citrino; neque etiam quia pellucidum est. Nam parari potest tale, quod tamen non multum vehemens est. Ergo tandem ad eundem cum Galenicis portum peruenies. Interim tamen Galenici melius iudicare possunt, quam tu. Nam illi naturalia considerant, tu artificialia. Illi effecta per se; tu ex accidente, id quod supra abunde demonstrauimus.

Galenicorũ doses fixæ sunt præter quam in mineralibus, si cætera sunt constantia.

Galenicos artis principia ignorare, pars de crambe reposita est.

Sed iam vibras magnum telum.

Necesse est, inquis, vel infra vel vltra modum purgare:

Ergo periculosa est eorum assumtio.

Galenici negantur medium in purgando posse inuenire.

Probatur antecedens; quia medium non possunt inuenire; Cur hoc? Quia destituuntur spagiria quę monstrat medium. Proba etiam hoc Neoparacelse, & vinces. Interim tibi turpem petiti principij elenchum reponimus.

Felicitas Galenica.

Garris de felicitate & infelicitate nostra. Noster Hippocrates non totus valedixit fortunæ. Tu si nulla coniectura veteris, & in acutis morbis & extremis fortuito euentu non hæres; sane Diuus es. Non enim ausim te felicem vocare, quia tunc in te non caderet fortuna.

Quæ exotica sunt, ea sunt ignota, & eorum dosis ignoratur. *De exoticis.*

Galenicorum purgantia sunt exotica.

Ergo &c. Propositio probatur quia ignoratur collectio, duratio, mansio in emporiis, suffocatio: distinctio maris & foeminæ & alia de quibus Campegius.

Propositio fallit elencho κατά τι. Quanquam enim ista omnia sint ignota, tamen cum ad nos perueniunt secundum signa confirmatæ experientiæ, quantum apud nos valeant, bene potest sciri. Inde etiam idiotæ norunt aromata diiudicare &c. Sed de exoticis supra actum est. Symphorianus, Brunfelsius & alij aduersantes exoticis actum egerunt. Consuetudo successit naturæ. Nec ignotum est, aliis in regionibus nasci probiora, quæ in nostrum vsum versa non deprehensa sunt ignaua. Quid habes quo compensare possis charyophyllas Indicos, nucem moschatam, macerem, Cinanomum, & tantam gummatum cateruam: Imo saltem Zingiber & Zedoariam? cur vos essentias ex illis facitis? ex quibus celerrimæ & præstantissimæ actionis olea & odores sumuntur? Coralia & margaritas vnde sumitis? Thurneiser quam multus est in necessitate electionis mineralium, quæ

Lege Garziam ab horto & aliorum libros, dementes dices qui negant commerciorum necessitatē.

profectotu similiter in sylua Thuringiaca non inuenies. Sed de his supra. Assumtum magna ex parte falsum est. Non enim omnia sunt exotica quibus vtimur in purgando. Sunt nobis flores prunorum & persicorum; Est esula, sambucus, ebulus, polygala, rosa, Iris, lathyris, Polypodium, sigillum Salomonis, ferri & æris squama sales, & alia infinita, quibus adde serum, cereuisiam recentem cum butyro, & similia. Non tamen damnamus sennam, mannam, cassiam & similia, quia etsi in sua regione quid operentur, lateant licet hoc falsum fit ad nos pervenientibus historiis vel extremorum Indorum; quid tamen in nostris quoque peragant, vulgo notum est. Ne ergo tibi adeo inuisa sint exotica, ne minus Paracelsicus esse videaris. Quod dicis nos exoticis posse carere ideo, quia nostratia per vulcanum possint in gradu exaltari, id canas tuis Paracelsistis. Nos minoris comparabimus exotica & plus securiusque operabimur, quam tu cum tuis incertis, preciosis & laboriosis essentiis ad crucem vsque exaltatis. O te miserum exaltatorem, qui ne muscerdam quidem perducere potes ad temperiem rhabarbari, nedum alia. An tu putas crases illas naturæ per ignem dari; & ingenerare te posse elleboro nostrati tem-

Purgantia patria.

Futile figmẽtum nostratia per ignẽ vel chymiã posse exaltari vt assequantur vim & præstantiam exoticorum.

temperamẽtum Mechocanæ vulcani ministerio. Quæſo te experiare, vt reſinã ceraſi perducas ad excellentiam Benzoini;& oleũ nucis moſchatæ compenſes oleo nucis iuglandis:Et cinamomi eſſentiã ex cortice betulæ producas. Faciam te apud omnes Deum.

Qui incognita pro cognitis habet, is non poteſt bona conſcientia præbere purgantia.

Galenici incognita pro cognitis habẽt;

Ergo non poſſunt purgantia dare bona cum conſcientia.

Aſſumptũ probatur;quia ignorant catharticorum naturas tam varie miſcendo ea,quo fit vt aboleſcant. Deinde quia Galeno deſideratam ſpagirian ignorant, quæ tamen oſtendit varie confuſa: Item docent catharticorum operationes eſſe ex occultis proprietatibus; Ergo ignorant eorum naturam. Debent autem illæ eſſe notæ. Sed nec per qualitates phantaſticas noſcuntur; nec per Spagirian: Ergo omnino ignorantur. Subſiſte.

De ignorantia Galenicorum.

Negatur aſſumtum; & reſpondetur ad primam probationem, quod & ſimplicia nota ſint ſenſu, ratione, experientia, & quæ ex ſimplicibus fiunt. Etſi enim abolentur naturę ſingulorum actuales;tamen potentiæ reſtant in toto:Nec quiduis

fit a quouis. Omne effectum sapit suam causam. Sed nec omnia purgantia Galenica sunt mista per artem.

Chymia solaparum quid indicat.

Secunda probatio partim principium petit; partim nihil veri arguit, sed falsa est. Nam & sciunt separationes Galenici; & norunt non chymiam solam res indicare. Potiora instrumenta noticiæ sunt naturalia. Ex arte de natura rei parum firmi potest extrui, vt supra dictum est.

Nondũ constat an Galenus talẽde siderauerit separationẽ qualis est in Chymia.

An autem chymia expleat Galeni desiderium, magni iudicij est. Ita vult ille separari res, vt lac. Id non præstat chymia. Et confundit id exemplum Sophistæ feces, venena; & essentiam. Tertium firmamentum ita est.

Si catharticorum propietates sunt occultæ, & Galenici eas cognouerunt; aut per qualitates primas agnouerunt; aut per Spagirian.

Sed per neutrũ; Ergo non cognouerũt.

Probatur Assumtum quia Spagirian ignorant; qualitates autem phantasticæ non possunt eas iudicare.

Effectus argumentum præterit sophista.

Sed cur non probas Propositionẽ. Nos enim nimium quantum in ea desideramus; nempe effectus experientiam. Sed tu vnguẽ istum tuo vlceri noluisti. Et tibi ad tua probanda eadem incumbit necessitas, vel si rumparis. Nihil enim scis, nisi per sensum,

ſenſum & rationem. In aſſumto aliquid dabis qualitatibus primis & ſecundis. Itaq; nõ totum eſt verum. I ſophiſta & a Ramo diſce argumentorum numerum & efficaciam.

Qualitates non ſunt ſine vi arguendi.

Sed attexuntur hic emblemata. Galenici nihil habent quod opponant morbi grauioribus, quia occultas qualitates ignorant, manifeſte vero ſecundum Hippocratem nihil habent virium. Ferulam Sophiſtæ. Occultas nouimus experientia. Manifeſtas ſimplices & ſolitarias primas negat Hippocrates multum in medicina reſpici. Nam nõ admodum periculoſa eſt earum afflictio, niſi in totum negligatur, aut etiam vi procuretur, quia poſſit cito per contrarium tolli.

Occulta qualitates Galenicis plus nota quam Paracelſicis.

Quod autem δραστικαὶ ſint, nunquam negauit. Et quomodo potuiſſet, cum frigori extremam cõgelationem & mortem tribuiſſet? Loquitur autem, vt tu ſupra faſſus es, de ſynceris & nudis, non autem de his quæ in craſi ſunt, & alias multas habent coniunctas, quib. maximos effectus aſſignat. Siue ergo ſimplices & nudas accipias: magnis afflictionib. poſſumus ſubito occurrere, & in frigida tum nimis calefacere, &c. ſiue temperatas, medicina noſtra efficax eſt per eaſdem, ſiue occultas, quia cognitæ ſunt effectu, hic quoque valemus. Notamus tamen Idioſyncraſias, & modeſte fatemur nos circa

has plurimum hallucinari. Et licet experimentorum plaustra habeamus, res tamẽ ipsa docet in illis nihil esse stabile. Itaq; Parum confisi singularibus, plus attendimus artis præcepta ratione perpetua & immobilia. Paracelsici cum suo & aliorũ damno experiuntur idem. Et sic bruta fiunt illa tua tela: morbis sunt apponẽda specifica, quia oriuntur ex occultis & specificis. Possumus.n. istud. At tu magna parte fallis, dum omnes morbos ex specificis deducis. Vt tibi tuus Vulcanus oculos expiret, & pustulis cutem laceret, non opus ei est vi specifica. Calore id potest. Vt Gangrænã niues inducant, stupores, apoplexias & alia, satis est, si sint frigidæ. Ita de ventis, de vulneribus & aliis.

Porro ais:

Lapis philosophorũ negatur a Paracelso habere vim specificam, sed ex preparatione deducitur virtus eius tota. Nõ omnia Paracelsica specifica. Falsum est Spagiriam

Specifica Galenici ignorant: Ergo posuerunt quosdam morbos incurabiles. O te dementem hominem qui non vides inuersum arietem te ipsum petere. Tuus Paracelsus habet multos morbos incurabiles: necesse ergo est, vt ignoret specifica. Et si magister: Ergo & discipulus. Omnino ex ficta cerebri fumosi persuasione ortum est, quod putas te per Spagirian posse scire specifica. Nisi effectus spectes, cæcior eris talpa. Iam nos excludit numero medicorũ. Medicus is est qui sanat

nat per specifica: Galenici non sanant per specifica: Ergo non sunt medici. Propositio probatur, quia aut manifestis aut occultis sanat. Non manifestis, quia hæc sunt nota Idiotis; Vnde non opus est medico propter ista. Assumtum probatur Spagiria, & quia dicimus occultas esse illas qualitates. Sed elenchus κατά τι genuit paralogismum purarum particularium. Non sunt medici, qui occultis vel manifestis curant; Sed qui bene medentur, & non tantum occulta, sed & manifesta adhibent ex artis modo. Probatio propositionis ignorat elenchum. Etsi enim nouerunt Idiotæ qualitates manifestas, medicum tamen vsum & cognitionem non habent. Assumtum falsum ante repudiatum est. Eodem autem paralogismo etiam Paracelsici excluduntur a medicina. Putidum enim mendacium est, quod ex Vulcano discant specifica.

Specificas vires ostendere, non rarò eas peruertit, vt in magnete.

Galenici negantur medici esse.

Qui sint medici.

Idiotæ sciũt κατά τι.

Alia calumnia: Ignorant vim catharticã in aliis; Ergo nec in catharticis. Stultorum stulta somnia. Nugationem vocat id Sophisma Philosophus. Ratio & experientia satis id nos docuit, vt non opus sit Sophista Neoparacelso.

Alia:

In multis difficilibus arripiunt nomen obscu-

obſcuræ proprietatis. Ergo a medici officio abſunt. Elencho conſequẽtis fallitur. Scimus quoſdã morbos, præſertim Epidemios habere quid diuini, idq; incognitum nobis. Sed in eo longe ſunt imperitiores ſtupidioresq; Paracelſiſtæ. Si tantum valent in eſſentiis cognoſcẽdis, age deſtillẽt aerem, & ægrorum corpora, & videbimus quam futuri ſint ſcientes. Eſt autẽ impudens commentum poſſe morbos ſciri ex præparatione medicamentorum Spagirica, de quo ſupra. Adhuc ſi quid probabile habuit in hoc tractatu Neoparacelſus. Plurima ſunt ſupra expoſita, in quib. effudit veſaniæ ſuæ argumenta, ita vt nihil præter tautologias inanes ab eo in poſterũ ſint expectãdę. Quod nos cõuiciis & ignominioſis titulis exagitat, id ſupra ſatis repulſum eſt. Nec dignos eſt, cui reſpõdeat. Boni a malis nec laudem nec vituperium agnoſcunt. Pœna autẽ debetur pro ſtulticia. Perſuaſum omnino habemus, nullum virum bonũ poſſe ſibi ſalua conſcientia & dignitate huius apoſtatæ, & ſcurræ impudentiſſimi conſortium appetere, nedum conſtanter vſurpare, niſi reſipiſcat. Noſcitur ex ſocio qui non cognoſcitur ex ſe.

In morbis aliquid arcani & inexplicabile eſt: quod tamen non obſtat quin medici ſimus ſi bene medeamur.

De cõuitiis.

Paracelſicus hic talis vt ab omni bono ſit excludendus.

Boni noſtram ament & bene interpretentur.

DEO GLORIA.

NOTANDVM.

PAgina 183. quinq; prioribus lineis deletis, hæc substituantur. Tres purgantium formulæ: Vinum, Puluis, & Electarium. Optionem das rusticis: & iubes purgare quoad satis, in omni morbo, quãtum mihi adhuc comperire licuit. Et hoc, quoad satis, &c.

Ecce vero, Lector, schedulę illius exemplum: vnde agyrtam, tanquam ex vnguibus leonem.

Anwaldts Charteck/ die er den Bauwren gibt.

ANfangs soll [Cunz Bawrenfeind] alsbald den nechsten tag/ einen/ zween/ oder drey tag nacheinander/ oder in drey tagen einmal/ wie etwan die notturfft möcht erfordern/ allweg Morgens nüchtern nach verzeichnete Purgation gebrauchen: Man soll nemmen/ Senet dritthalb loht/ Wermut/ Melissen oder Müntzen/ Alantwurtz/ jedes ein halb loht/ Hirschzungen ein quint. Alles in ein Säcklin gethan/ in ein maß Wein gehenckt/ vnd Tag vnd Nacht in einem Keller stehen vnd ruhen lassen. Ist wie ein Wermut Wein zu trincken. Wann man an statt deß Wermuts so viel Salve nimpt/ ist solche Purgation

Eben dieses schlags ist auch fast Herrn Doctors Schmeltzkessels von Wenigwitz Proces.


gation wie ein Salve Wein zu trincken. Dar-
von soll [Cunz Barorenfeind] ein/ zween/ oder
drey Morgen/ wie erst bericht/ nüchtern ein
zimlichs trüncklein kalt thun: vnnd vber ein
halbe oder gantze stundt hernach ein Suppen-
brühlein niessen. Aber mit dem andern essen
vngefehrlich 4. oder 5. stund warten. Wenn
aber [Cunz Barorenfeind] dieses Purgier-
trüncklein Morgens nüchtern nicht kalt trin-
cken kan/ sol [er] zuvor ein Süpplein/ vnnd
hierauff solches Trüncklin zu sich nemen.

An dieser Purgation statt/ mag man die
nachfolgende brauchen. Man soll nemen
Senet ein loht/ Fenchel oder Enissamen ein
halb loht/ Zucker zwey loht/ Alles klein zerstos-
sen vñ wol vnder eynander gemengt/ Davon
soll man auff ein oder zweymal anderhalb
quintel/ oder ein halb loht (welches ohngefehr-
lich so viel ist/ als man auff zwey mal mit drey-
en Fingern fassen kan) wie es an jhm selber/
oder in einem Suppenbrühlein Morgens
nüchtern einnemen/ vnd vngefehrlich 4. oder
5. Stund drauff fasten.

Jetzbemeldt Purgierpulver mag man vn-
der sechs loht Rosen oder sonsten gemeinē ho-
nig mengen/ vnd also ein Latwerg drauß ma-
chen/ vnnd dann auff ein mal so viel nemen/
alß vngefehrlich ein Welsche Nuß groß ist.
Doch soll in diesem Pulver der Zucker auß-
gelassen werden.

Wann

Wann also [Cuntz Bawrenfeind] gnugsamlich purgieret / Soll [er] alßdan hierauff den nechsten Tag [etliche tag] nacheinander allweg zu Morgens vnd Nachts so viel deß Panaceæ, alß in [einem] Brieffiin ist / in eim Löffel voll Weins / Reinfall / Meth / Bier oder Suppenbrühlein einnemen / vñ zu Morgens vngefehrlich 4. Stund drauff fasten. Wann noch etwas vom Pulver am Löffel hangen verblieb / soll man widerumb ein oder zweymal den berührten Träncker eins nachgiessen / damit das Pulver alles sauber in Leib komme.





Errata lector ita corriget:

Pag.9.lin. 26. dixit. 12.9.tam.29.27. halitu. 41. I. tecte.48.12. & qualé.50.15.158.13.& pro e.56.29.580. 30,μιάσματα.57.8. ἀποκρίσεις.58.23. fumi. 60. 21.moneat.65.11.fugitiue.66.9 vllo. 77.12.mitioris. 84. 11. necat.85.6.tus.89.16.oenophorū.98.18.doſes.100.12. ſanguiſuga.29.videtur. 103.15. S.Viti.105.17. φύσεις. 116. 26. infamis. 130.18. fugacior. 137. 3. venabaris. 154.9. dele comma. 169.15.quorundam.175.1.nequiuiſſe.183 9. pharmacopolio. 190.lin. 11, & 12.connectantur 196.16 berberum, 202.14. indigitent. 204.5. peritia. 252.6.familiaria.259.1. Vulcaniam. 268. 28. irino.271.20 pene.275.27.permeantem.282.28.talcum. 295.5. ſcil 309. 28. curari. 318. 5. γένηται. 321. 19. contenta. 322. 25. tres. 329. 5. euectus. 332. 5. eccoprotico,anodyno. 333. 28. ideæ. 359.10.tactiles.362. 29. ſed. 375.13. rauim. 23. alterationem 384.9. agit. 11. prodiret. 390.23.lineam expunge.416.26. vorari. 434.20. agarici. 435. 26. 471. 25. deleatur punctum. 459.30.malacia. 463.16. quia. 486.19. ſpagiriæ. 509. 28.rerum,511.17.agentis.520.13.hoc. 528.23.ſeu. 560. 5. χαλεπώτατον. 563. 1. qui bene. 573.17.o nimis. 581. 3. tia. 605.9.ſcil. 611.4. βιώσας. 613.2. illos. 624. 19. autem. 625.23. ſophiſticam. 655.10. διαπλάσσει. 685. 18. genitos. 704. 7. Ex humoribus ergo. 711.10. Horum. 724. 14. ambubaiæ. 727. 28. pauoniis. 735.19. de vi tali.



